



## **Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque**

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &  
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis  
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,  
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1616**

Vltima Pars Hvivs Operis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)



# VLTIMA PARS HVIVS OPERIS.

## DISPVTATIO XLIX.

### DE POTESTATE CONCEDENDI INDVLGENTIAS.

*Et an sit, & quid sit Indulgentia.*



**H**aec est pars vltima huius libri, in qua tractandum est de alio modo obtinendi remissionem poenae temporalis ab-que propria satisfactio- ne, vel satisfactio- nis ipsius peccatoris, qui est per concessionem indulgentiae. Qui mo- dus communis est vi-uis, & defunctis, sicut

modus subueniendi aliis per suffragia. Differt tamē, quia suffragia offerri possunt, & applicari pro aliis per priuatam voluntatem, & potestatem: indulgentiarum vero concessio publicam potestatem, seu iurisdictionē requirit. Ut igitur a quaestione, an sit indulgentia, initium sumamus, videndum in primis est, an sit in Ecclesia potestas concedendi indulgentias, postea vero causas omnes, & affectus indulgentiae, & alia, quae ad legitimum usum huius potestatis pertinent, sigillatim declarabo. Prius vero vocis significatio praemittenda est: aliqui enim reprehendunt Theologos eo, quod hac voce in bona parte vtantur, id est, ad explicandum legitimum usum alicuius Ecclesiasticae potestatis, cum in Latina proprietate nimiam quandam licentiam, & facilem permissionem impune agendi contra ius significare soleat.

*Laurētius Vallam lib. 4. Eleg.*

*Lib. de Officiis. Lib. de Legibus.*

*Miron. Cyprian. Tertul. Vois indulgentia descriptio.*

Veruntamen, quantum hae vox interdum habet significationem hanc, saepius tamen in bonam partem accipitur, & significat honestam seu moderatam alicuius debiti, seu poenae remissionem ex liberalitate, vel misericordia factam: imo Cicero interdum naturalem amorem parentum ad filios, indulgentiam appellauit alibi vero amicitiam mutua, ac veniam, seu remissionē debitorum, quae sibi inuicem homines exhibere debent, dixit esse iudulgentiam, & beneuolentiam, qua humanum genus coninetur, & conseruatur. Hic etiam vsus frequens est apud sanctos Patres. Hieronymum in cap. 4. Daniel. Cyprianum lib. de Lapsis, & Tertulianum lib. de Pudicitia, & alios infra referendos, quos posteriores Doctores, & Scholastici imitati sunt. Sic igitur indulgentia, generatim sumpta in bonam partem, dici solet quae libet gratia, seu libe-

Fr. Suarez. tom. 4.

**A**ralis concessio, vel debiti remissio, aut etiam iusta legis dispensatio: imo aliquando etiam ius, quod benignam aliquam concessionem, seu moderationem continet, *Indulgentia*, nominatur, iuxta cap. *Interfectores*, 33. q. 2. In cap. autem, *Dudum*, de Priuilegiis quodlibet Pontificium priuilegium *Indulgentia* nominatur, idemque sumitur ex cap. vlt. Ut lite pendente, &c. Leges etiam civiles eadem voce in simili significatione vtuntur, vt Bellar. erudite notauit in principio huius materiae. Ex hac vero generali significatione vsu Ecclesiae accommodata est haec vox ad significandam specialem remissionem poenae debita pro peccatis iam remissis quoad culpam, quae fit a pastore Ecclesiae, habente ad hoc potestatem, iuxta cap. *Quod autem*, de poen. & remis. & c. *Indulg.* eod. tit. in 6. In hac ergo significatione voce hac in hac materia vtitur, quae explicando rem ipsam magis innotescet.

#### SECTIO I.

*An sit in Ecclesia potestas concedendi fidelibus peccatorum indulgentias.*

**S**ensus huius quaestionis exposita nominis interpretatione facilis est, nimirum an sit in Ecclesia potestas ad remittendam alicui poenam temporalem debitam pro peccato remisso sine propria satisfactio- ne eius, cui remittitur, & sine speciali aliquo suffragio aliorum fidelium. Vnde in hoc titulo supponitur in primis illud fidei fundamentum, quod asserit, post remissionem culpam per poenitentiam, saepe manere reatum poenae temporalis: de quo propterea disputare solent Doctores in principio huius materiae, vt videre licet in Corduba lib. 5. de Indulgent. q. 2. & Medina li. de Indulgentiis per quinque prima capita. Sed veritas haec sufficienter a nobis tractata & confirmata est in superioribus, tractando de effectibus poenitentiae, & ex dictis etiam de Purgatorio, & de Suffragiis est manifesta. Intelligenda etiam est haec quaestio de potestate remittendi poenam temporalem extra sacramentum, & sacrificium, licet in hoc cum eis conueniat, quod sit ad modum operis operati, seu (quod idem est) extra meritum & satisfactionem operantis: nam de remissione poenae temporalis per applicationem sacra-

*Post remissionem culpam potest manere reatus poenae temporalis.*

*Corduba Medina.*

Fff 3 menti,

menti, vel oblationem sacrificij, satis est in superioribus dictum. Ex quibus constat, eos qui possunt sacramentum ministrare, vel sacrificiū offerre, posse penas temporales pro peccatis remissis debitas remittere: veruntamē illa potestas non est per se primo (ut sic dicam) ad remittendam temporalem poenam, sed ad conficiendum sacramentum, vel offerendum sacrificium, quibus ex Christi promissione talis effectus adiunctus est, siuc ille sit secundarius, ut videtur esse in sacramētis, siue primarius, ut in sacrificio. Hic autē inquirimus, an extra sacramenta, & sacrificiū sit in Ecclesia potestas ad remittendam poenam temporālē immediate, ac per se, per solam relaxationē, seu condonationē ipsius poenae.

Rationes dubitandi.

Sensus  
quest.

Prim.

Ioan. 20.

Mat. 16.  
18.

Confirm.  
tio.

Confir.  
tio 2.

Secund.

Atque ex his colligi potest ratio dubitandi in questione proposita. Talis enim potestas ex nullo Scripturae loco sufficienter colligitur, neque etiam ex antiquo vsu Ecclesiae, neque etiam videtur ipsi Ecclesiae necessaria, igitur asserenda non est. Prima pars antecedentis probatur: nam duo praecipua sunt testimonia Evangelica, ex quibus solet haec potestas colligi: neutrum autem est efficax. Vnum est illud Ioan. 20 Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c. illud autem proprie in rigore intelligitur de remissione, quae fit in sacramento poenitentiae, & ad summum extenditur ad illam, quae fit per sacramentum Extreme vnctionis, vel etiam per baptismum: nulla ergo potestas remittendi peccata vel penas peccatorum extra sacramentum inde colligi potest. Cuius signum est: quia ibi est praecipue sermo de potestate ordinis supra Corpus Christi mysticum: potestas autem concedendi indulgentias non pertinet ad potestatem ordinis, ut infra dicemus. Aliud testimonium est Mat. 16. & 18. Quaecumque ligaueris super terram, erunt ligatae & in caelo, &c. Ibi autem sermo ad litteram est de potestate ligandi per leges, vel censuras, & de potestate remittendi proportionata: scilicet, per absolutionem a censura, vel per dispensationē in lege. Ergo alia potestas remittendi penas peccatorum inde colligi non potest. Vnde potest haec pars dupliciter confirmari. Primo, quia in Ecclesia nulla est potestas soluendi, cui non respondeat proportio data potestatis ligandi, ut patet ex citatis testimoniis: sed in Ecclesia nulla est potestas ligandi quoad penas peccatorum coram Deo debitas: nam illas, solus Deus imponit, & taxat: ergo, nec est potestas remittendi illas penas. Secundo, quia omnis potestas ligandi, aut soluendi est ordinis, aut iurisdictionis: haec autem non est potestas ordinis, ut supponimus. Potestas autem iurisdictionis, aut est in foro interiori, & haec non exercetur nisi medio sacramento poenitentiae: vnde constat sub illa non comprehendi hanc potestatem dandi indulgentiam. Vel est potestas iurisdictionis in foro contentioso: & haec etiam spectat ad externum, & politicum regimen Ecclesiae: non ergo extenditur ad internam remissionem poenarum in foro animae: relinquatur ergo nullam esse in Ecclesia huiusmodi potestatem quantum ex Scriptura & ratione in illa fundata colligi potest.

Quod vero spectat ad Ecclesiae vsum, legimus quidem aliquando pastores Ecclesiae solitos fuisse indulgere peccatoribus, remittendo eis penas temporales. Ad quod etiā induci solet illud ad Corinth. 2. Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. Et nonnulla antiquorum Pontificū decreta, quibus significant se remittere penas pro peccatis debitas. Illa autem omnia non oportet intelligi de remissione poenarum, quae debentur in diuino foro, sed de his tantum, quae debentur in foro Ecclesiae: nam in hoc sensu loquitur Paulus in citato loco: & in Pontificū decretis ad hoc significatum saepe additur illa particula, De iniunctis pa-

nitentiis, ut videre licet in c. Cum ex eo, & c. Nostro, de poen. & rem. & in Clem. vnica de Reliq. & venerat. Sanct. Ratio etiam supra facta id suadere videtur: quia Ecclesia eatenus soluere potest, quatenus ligare: ergo ad summum potest ex his poenis quas ipsa iniunxit, aliquas remittere, non vero ex his, quas iniunxit Deus: non est ergo in Ecclesia potestas ad tollendum ipsum reatum talis poenae, sed solum ad tollendam obligationem assumendi vel exequendi poenam impositam ab Ecclesiastico iudice.

Tertia pars in principio proposita, nimirum haec potestatem non esse Ecclesiae necessariam, ex eo probatur, quod absque hac potestate sunt in Ecclesia alia media sufficientissima ad remissionem harum poenarum obtinendam, ut constat ex dictis de effectibus sacramentorum, & praesertim Poenitentiae, & Extreme vnctionis, item ex dictis de sacrificio Missae, & Ecclesiasticis suffragiis. Ergo praeter haec superuacanea videtur alia potestas. Addere item possumus, per hanc potestatem, si sit, enervari diuinam iustitiam, & irritas quodammodo fieri Purgatorij penas, cum earū reatus possit omnino liberaliter per hanc potestatem auferri, & passim id fieri per indulgentias plenariae cōcessionem. Addunt denique Lutherani haeretici, potestatem hanc repugnare diuinae legi & iustitiae. Nam cum Deus sit supremus iudex, & eius voluntas sit efficacissima & immutabilis, nemo potest auferre poenam, quam Deus ipse pro peccatis statuit.

In hac re fuit antiqua haeresis, negans esse in Ecclesia huiusmodi potestatem. Ita docuerunt Valdenenses, quos secuti sunt Ioannes Vicleph, & Ioannes Mus, & Hieronymus de Praga, ut constat ex Concilio Constantiensi sess. 8. & 19. Sed praecipuus auctor huius haeresis est Lutherus, qui occasionem sui erroris, & omnium haeresum quas in Ecclesia seminavit, sumpsit ex affectu impugnandi indulgentias, & potestatem illas concedendi, quae conceptae ex immoderato avaritiae affectu, ut historice passim referunt, & auctores qui contra Lutherum scribunt, Roseafare. 17. & seq. lo. Echius in Enchiridio loco 24. Hostius in Institutionibus cap. 48. Iacobus Latomus art. 7. contra Luther. Lindan. lib. 4. Panopliae. c. 73. Castro verb. Indulgent. & Præcol. Praeter hos Petrus Oxoniensis, cuius mentionem in superioribus fecimus, inter alios errores hunc habuit, Papam non posse alicui viuo remittere Purgatorij poenam. Quidam etiam Catholici dixerunt, per indulgentias non remitti reatum poenae apud Deum, sed solum tolli obligationem exequendi canonicas penas, seu iniunctas per Ecclesiam. Quod docuit Caiet. sed ille non loquitur de potestate, sed de actu: & ideo illa controuersia magis spectat ad disputationem de effectu indulgentiae. Alij denique Catholici dixerunt de contrario, Ecclesiam posse concedere indulgentiam viuus, non autem defunctis: sed hoc etiam spectat ad specialem quaestionem de amplitudine huius potestatis, & de personis in quas exerceri potest, quae infra suum locum habebit.

Quaestio resoluitur.

Dicendum ergo est, esse in Ecclesia potestatem concedendi indulgentias, per quas remittantur fidelibus poenae pro peccatis remissis debite apud Deum: quam potestatem a Christo Domino Ecclesia accepit. Haec assertio est de fide, quam supponit Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 9. de Reformat. ubi indulgentias, Caestres thesauros appellat. Clarius vero in sess. 25. in Decreto de Indulgentiis id docet, cuius initium est, Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesia concessa sit: & infra eos anathemate damnat, qui indulgentias aut inuites esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. Solet autem in primis probari haec assertio ex cita-

tis verbis Scripturæ, præsertim ex illis, quibus Christus promittit Petro claves regni caelorum, quarum vim & efficaciam declarans, subdit, *Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis.* Quæ verba specialiter intelligenda esse de hac potestate remittendi pœnas temporales per indulgentias, contendit Roffensis supra & latissime prosequitur Medina lib. de Indulgentiis, disputatione quinta à capit. 17. vsque ad 22. Sed omnia quæ adducit, parùm efficacia, parumque necessaria esse iudico: non enim putandum est Christum in illis verbis de hac sola potestate in speciali esse loquutum, cum illa generalia sint, & per ea Ecclesiæ primatum Petro, & successoribus eius Christus promittat: sed illud præsentis instituti sufficit, quod verissimum est per illam generalem promissionem cœlestem quandam, & supernaturalem potestatem Petro promissam esse, quæ inter alios actus hunc etiam concedendi indulgentias complectitur. Et quidem primatum horum per se satis manifestum est: quia cum Ecclesiæ Reipublicæ institutio diuini opus, & Christi Domini proprium fuerit, eiusque fundamentum posuisse, Petrum esse voluerit, manifestum est hoc fuisse supernaturale donum. Item, quia, cum clavis sit ad aperiendum & claudendum, & Petro claves regni caelorum singulariter promittantur, manifestum est ei promitti singularem potestatem aperiendi, & claudendi regnum caelorum, qui actus per verba ligandi & soluendi etiam significatur. Hanc autem potestatem supernaturalem esse per se constat, cum & finis, & effectus eius omnem naturalem virtutem excedat: sed de hoc alibi latius, ubi de Primatu Petri disputabimus.

Quod vero sub hac vniuersali potestate indulgentiarum concessio comprehendatur, quidam ex eo colligunt, quod Christus hanc potestatem promittit Petro in præmium suæ confessionis de Christi diuinitate: hanc enim vim habent illa verba, *Beatus es Simon Bar Iona, &c. & infra, Ego dico tibi, &c.* Illa enim particula, *Et*, vim habet causalis, ac si diceret Christus, *Ac propterea ego dico tibi, &c.* Ergo signum est per illa verba, *Quodcumque solueris, &c.* non solum esse datam potestatem necessariam ad regimen Ecclesiæ, qualis est potestas dispensandi in lege, vel absoluedi à censuris, sed præterea ampliore potestatem esse concessam ex merito prioris confessionis, quæ non potest esse alia nisi potestas hæc remittendi pœnas per indulgentias: nam potestas remittendi culpas & magis necessaria est Ecclesiæ, & alibi data est: sicut, Ioann. vigesimo. Probatur illatio: quia potestas simpliciter necessaria ad regimen communitatis non datur alicui propter aliquam bonam actionem, vel meritum, sed datur ei, qui virtutes necessarias ad magistratum recte gerendum obinet, etiam si alia merita non habeat: quod si hæc etiam habeat, aliquid ultra potestatem necessariam ex liberalitate, seu gratitudine Principis concedi solet. Ad hunc ergo modum interpretandum putant aliqui hoc factum Christi respectu Petri.

Veruntamen tota hæc collectio parum efficax profectio est. Primo, quia licet magistratus ipse seu potestas necessaria ad gubernandum danda sit ei, qui præditus sit virtutibus necessariis ad tale regimen, tamen non excluditur quin dari simul possit alicui propter honestas eius actiones, & merita: imo, cæteris paribus, ratio iustitiæ distributiue id postulat: ergo eodem modo potuit Christus promittere Primatum Petro in præmium confessionis, etiam si solum necessariam potestatem ei concederet. Præsertim quia Christus non solum dedit Petro Primatum propter virtutes, quibus ad tale munus idoneus effectus erat: sed etiam è conuerso ideo ei dedit tales virtutes talemque fidem & dilectionem, vt

eum redderet idoneum ministerio, ad quod illum elegerat: ideo ergo ab eo prius postulauit fidei confessionem, vt ostenderet ipsum esse dispositum ad tale munus suo tempore suscipiendum. Sicut etiam, Ioan. 20. priusquam Christus hanc promissionem impleret, ostensionem & confessionem eximii amoris erga se ipsum à Petro postulauit, quamuis ipsum pastorale regimen quoad omnia illi intrinseca, & necessaria ei esset daturus: igitur ex illa coniectura non recte colligitur, aliquam potestatem ibi fuisse Petro liberaliter promissam, præter eam quæ ad conueniens Ecclesiæ regimen necessaria est. Secundo: quia vel est sermo de potestate necessaria simpliciter, vel de potestate necessaria ad melius esse: si intelligatur priori modo plures potestates comprehenduntur sub illis verbis, quæ non erant ita simpliciter necessaria: sicut est potestas, verbi gratia, dispensandi in voto, vel in matrimonio rato, & similes: ergo quilibet ex his potestatibus dici potest adiuncta huic muneris in præmium confessionis Petri: & ita non recte colligitur potestas concedendi indulgentias: erit enim collectio ex puris particularibus, vt sic dicam, cum ad præmium confessionis sufficiat liberalis concessio alicuius potestatis non necessaria. Si vero sit sermo de potestate necessaria ad melius esse, etiam hæc potestas concedendi indulgentias potest dici necessaria ad conuenientissimum Ecclesiæ regimen: tum quia confert ad tollendum quoddam impedimentum introitus regni caelorum: tum etiam quia est valde necessaria hæc potestas, ad conuenientem dispensationem thesauri, vt infra videbimus: ergo etiam hæc potestas non fuit danda Petro in præmio confessionis.

Et re vera ita est, si de primaria ratione dandi hæc potestatem loquamur: sicut enim claves Regni caelorum non sunt instituta à Christo, & data Petro principaliter propter eius meritum, sed propter bonum Ecclesiæ, ita hæc potestas concedendi indulgentias non est à Christo instituta vel promissa propter remunerationem Petri principaliter, sed propter Ecclesiæ utilitatem: alioquin non fuisset instituta tanquam perpetuo duratura, sed tanquam speciale aliquod priuilegium Petri: igitur sicut totum pastorale munus, totumque Primatum Petri per se primo institutus fuit in bonum & utilitatem Ecclesiæ, applicatus vero fuit ad personam Petri ex Christi voluntate considerata (secundum ordinem executionis) Petri idoneitate, & congruitate confessionis eius: ita omnino sentiendum est de potestate indulgentiarum concedendi: ergo ex eo quod potestas illa ligandi, & soluendi data sit Petro quasi in præmium confessionis suæ, non recte colligitur extendi potius ad indulgentiarum concessionem, quam ad alios actus. Quod igitur sub illis verbis comprehendatur hæc potestas: primo ex proprietate & amplitudine ipsorum verborum colligendum est: sunt enim verba vniuersalissima, quæ ex vi sua omnem actum includunt, qui ad aperiendum regnum caelorum possit esse accommodatus: ideoque non solum includit potestatem soluendi à præceptis, vel obligationibus, sed etiam ab omnibus vinculis, & impedimentis: quæ, nisi tollantur, non potest intrari in regnum caelorum, ideoque non dicitur, *Quodcumque solueris*: sed, *Quodcumque solueris*, id est, quodcumque vinculum vel impedimentum regni caelorum abstuleris. Merito ergo sub prædicta potestate comprehenditur hæc actus remittendi pœnas per indulgentias: quia reatus pœnæ temporalis est vnum ex impedimentis & vinculis quæ detinent homines ab ingressu regni caelorum. Quam intelligentiam maxime confirmat Ecclesiæ traditio, quæ est optima legum, & sacræ Scripturæ interpret: de qua traditione postea videbimus.

Huic testimonio adiungitur aliud simile ex Matt. 18. ubi Christus omnibus Apostolis, & in eorum nomine

Mat. 16.

Roffens. Medina.

En Mat. ubi loco potestas hac colligitur.

7 Quisdam colligendi modus.

8 Improbatur.

Verus colligendi modus indulgentiarum ex illo Matt. 16 loco.



Mar. 18

Rossenf.

Medina  
discursus  
ad colligen-  
dam ex hoc  
loco indul-  
gentias  
conceden-  
das.

bus Episcopis dixit fere similia verba, Amen dico vo-  
bis, quacunque ligaueritis super terram, erunt ligata &  
in celo, & quacunque solueritis super terram, erunt solu-  
ta & in celo. Sed non obstant hac verborum simi-  
litudine, Rossensis supra exiimat ibi non esse ser-  
monem de hac potestate, sed tantum de potestate  
ligandi & soluendi per censuras Ecclesiasticas, vt  
præcedentia verba declarant, Si Ecclesiam non audie-  
rit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. At vero  
Medina hoc reputat inconueniens, quia alias, inquit  
potestas cōcedenti indulgentias soli Petro fuisset à  
Christo promissa, atque ita Episcopi non haberent  
potestatem ordinariam indulgentias concedendi,  
sed ad summum delegatam ex concessione Summi  
Pontificis, quod reputat inconueniens. At ergo,  
etiam per hæc verba Matth. 18. fuisse hanc potestatem  
promissam, quamuis non solum, sed etiam potestatem  
ligandi, & soluendi à censuris. Ad hoc autem ex-  
plicandum considerat tres status correctionis pec-  
catoris. Primus est quando primum corripitur à fra-  
tre, vel omnino priuatim, vel coram vno, vel duo-  
bus testibus, iuxta illud, *Corrip illum*, & c. ad quæ  
actum nulla specialis potestas à Christo data est, sed  
tantum explicata illa, quæ naturalis est: quia illa  
actio priuata est, & ad charitatem fraternam spe-  
ctans. Secundus status est quando post priuatam cor-  
rectionem Peccator non corrigitur, ideoque ad  
prælatum deferitur, iuxta illud, *Dis Ecclesia*. Tertius  
est quando subditus post prælati correctionem ad-  
huc est pertinax, & incorrigibilis, ideoque per censu-  
ras compellendus, iuxta illud, *Si Ecclesiam non au-  
dieris, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus*. Hinc  
ergo colligit duplicem potestatem Ecclesiæ promissam  
in illo loco. Vna est potestas ligandi contumacem  
peccatorem per censuras, cui correspondet etiam  
potestas soluendi à tali censura eum, qui à contuma-  
cia recedit: quæ potestas certa est, & de illa dice-  
mus late in toto sequenti volumine. Alia potestas  
est imponendi conuenientem poenitentiam pecca-  
tori, qui denunciatus fuit prælato, & ab eo corripitur,  
eiusque correctioni obedit: nam illa peccati  
correctio iam non est mere priuata, neque ad solum  
charitatem pertinet, sed est pastoralis, & ad iustiti-  
am instaurandam ordinata, ideoque requirit in Ec-  
clesiastico prælato potestatem imponendi cōueni-  
entem poenam propter præcedentia delicta, etiam si  
subditus à peccando desistat. Potestas autem hæc  
punitiua, potestas ligandi est, cui cum proportionem  
respondere debet potestas soluendi, quæ non est  
alia nisi potestas remittendi satisfactorias poenas,  
qualis est illa, quæ per indulgentias exercetur.

Hic vero discursus tam longe petitus parum pro-  
fecto persuadet. Nam in primis non constat ex vi  
illius ordinis correctionis fraternæ requiri in prælato  
Ecclesiastico specialem potestatem ligandi distin-  
ctam à potestate ferendi censuras, vt illi possit sub-  
diti peccatum paterne denunciari: nam illa denun-  
ciatio præcise sumpta ad correctionem fratris ordi-  
natur, non vero ad punitionem, si ipse obedire, &  
corrigi velit. Vnde licet, in Magistratu, seu prælato  
ad perfectionem muneris eius requiratur potestas  
coercendi, & puniendi delicta commissa, etiam si  
in posterum emendentur nihilominus illa potestas  
non pertinet ad hunc ordinem correctionis vt sic,  
sed requirit aliam iuridicam notitiam per viam ac-  
cusationis, vel denunciationis iudicialis, vel legiti-  
mæ inquisitionis: ergo ex illo secundo statu seu actu  
correctionis non rectè colligitur specialis potestas  
ligandi ad poenam, sed solum illa auctoritas, quæ in  
Prælato in subditum requiritur ad emendationem  
eius. Deinde, quamuis concedamus illam potestatem  
ligandi, cui respondeat proportionata potestas sol-  
uendi, non rectè inde colligitur indulgentiarum  
potestas: quia illa potestas ligandi solum erit ad im-  
ponendam canonicam seu Ecclesiasticam poenam

pro delicto commisso, quæ per se non tollit reatum  
poenæ debitæ apud Deum, nisi quatenus homo per  
illam poenam potest ex opere operantis satisfacere  
apud Deum, si fit in statu digno, sicut posset satis-  
facere per alia opera poenalia: nam ad hoc nihil pec-  
culiare addet illa poenâ superiore imposita, cum  
sacramentum non sit: ergo potestas soluendi, cum  
proportionem respondens huic potestati ligandi, ad  
summum erit potestas remittendi subdito hanc cano-  
nicam poenam, quæ longe diuersa est à potestate  
concedendi indulgentias, vt per se patet.

Et confirmatur à simili: nam etiam sacerdoti-  
bus data est potestas ligandi, imponendo satisfactorias  
poenas in foro poenitentiae, cui respondet potestas  
soluendi proportionata, quæ non est potestas  
concedendi indulgentias, vt per se constat, sed est  
potestas mutandi vel auferendi poenam semel im-  
positam, aut certe illam omnino non imponendi, si  
confessor æquè esse iudicauerit: ab ipsa vero poena  
debita apud Deum, per se & immediate confessor  
non soluit, nisi quatenus iuxta dispositionem poeni-  
tentis cum culpa ipsa remittitur. Sicut etiam con-  
fessor reatum alicuius poenæ per se non imponit, sed  
interdum retinet seu non tollit propter defectum  
dispositionis poenitentis. Semper ergo potestas sol-  
uendi cum proportionem respondet potestati ligandi.  
Cum ergo ex dicto loco Matth. 18. ad summum  
colligatur potestas ligandi ad poenam canonicam &  
Ecclesiasticam, qualis fortasse olim erat poeniten-  
tia publica solum potest inde colligi potestas remit-  
tendi poenam in foro Ecclesiæ, non vero soluendi à  
reatu poenæ coram Deo per indulgentiæ concessio-  
nem. Cuius etiam signum est: quia quantumuis  
peccator alias satisfaciatur apud Deum, vel lucretur  
indulgentias, nihilominus puniri potest ab Ecclesi-  
astico iudice hæc poena Ecclesiastica, seu canonica,  
iuxta denunciationem ipsi factam, & merum culpæ:  
quia satisfactio apud Deum, & apud Ecclesiam  
sunt diuersarum rationum, & vna non tollit obli-  
gationem alterius: signum ergo est potestatem sic  
ligandi etiam esse diuersæ rationis, ideoque non  
respondere illi potestatem remittendi reatum poenæ  
apud Deum per indulgentias, sed solum remit-  
tendi talem poenam canonicam in foro Ecclesiæ.

*Potestatem concedendi indulgentias soli Petro &  
successoribus eius immediate fuisse pro-  
missam. Matth. 16.*

Sentio igitur potestatem concedendi indulgentias  
soli Petro, eiusque successoribus fuisse per se ac  
immediate promissam Matth. 16. Vnde verum etiam  
cento, solum Summum Pontificem habere imme-  
diate à Christo, & ex diuino iure hanc potestatem  
indulgentias concedendi: illi enim soli immédia-  
te data est hæc potestas, cui fuit immediate promissa.  
Item in superioribus ostensum est, omnem po-  
testatem iurisdictionis ordinariæ, & perpetuo du-  
raturæ in Ecclesia, soli Petro fuisse immediate com-  
missam, per ipsum vero, & successores eius alius com-  
municari: ergo à fortiori idem dicendum est de  
potestate concedendi indulgentias. Atq; hoc ipsum  
colligitur e. *Cū ex eo, & c. Nostro de Poenit. & remiss.*  
vbi pōtiffex præseribit, & moderatur indulgentias,  
quas Episcopi vel archiepiscopi possunt concedere:  
atq; eadē ratione posset Pontifex illam potestatem  
minuere, vel omnino auferre, si expedire iudica-  
ret: eadem est enim ratio, nec magis repugnat iuri  
diuino vnum, quam aliud: ergo signum est potesta-  
tem hanc immediate datam esse Pontifici: alius vero  
solum iuxta communicationem eius. Neque inde  
fit potestatem hanc tantum esse delegatam in Epi-  
scopis, si proprie loquamur: quia non omnis pote-  
stas, quæ per hominem conceditur, delegata est:  
alias omnis iurisdicção Episcoporum, & paroch-  
rum

Non tantum  
propria  
potestatem  
hanc signa

*in Episcopis* rum esset delegata, cum tamen non ita sit, sed ordinaria, quia conceditur ex vi alius muneris: cui per se coniuncta est iuxta Ecclesiam institutionem & ordinationem. Ita ergo hæc potestas, prout conceditur Episcopis, est per se coniuncta cum eorum munere, & ex vi illius eis conferitur, ideoque non delegata, sed ordinaria dicenda est. Iuxta hanc ergo sententiam hæc potestas propriè colligitur ex loco Matt. 16. ex loco autem Matth. 18. per se non colligitur, nisi quatenus posterior locus cum priori coniungitur, & in eo fundatur.

14 Dicit verò aliquis, quæ vniuersalia esse posteriora illa verba Matth. 18. *Quæcumque ligaueritis, & quæcumque solueritis, sicut ea, quæ dicta sunt Petro Matth. 16. ergo non est cur hæc potestas magis ex his verbis, quam ex illis colligatur, nos enim fundauimus hanc collectionem in amplitudine & vniuersalitate verborum. Respondetur in primis, illam singularem promissionem factam Petro, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni celorum, aperte indicare singularem excellentiam potestatis Petro concessæ ad dispensandum diuitias immortalitatis, vt dixit Ambrosius serm. 66. & Maximus homil. 5. de S. Petro, & Paulo. Et notauit etiam Origines homil. 6. in Matth. ponderans singula verba promissionis factæ Petro. Vnde vterius concedo, vtraque verba, prout sonant, esse vniuersaliter intelligenda, tamen cum debita proportione iuxta circumstantiam loci, & sermonis. Illa ergo verba dicta Petro omnem perfectionem Ecclesiasticæ potestatis comprehendunt: quia dicta sunt ad explicandum summum principatum illi promissum in vniuersam Ecclesiam, vt notarunt dicti Patres, & Chrysostr. hom. 55. in Matthæum, & Gregor. lib. 4. Epist. 32. & Leo Pap. Epist. 84. & 89. & alii frequenter. In loco vero Matt. 28. Christus dixit illa verba occasione eorum, quæ immediate præcesserant, Si Ecclesiam non audieris, sit tibi tanquam ethnici & publicani: ve enim ostenderet futuram esse in Ecclesia potestatem excommunicandi rebelles, subdit. *Quæcumque alligaueris super terram, &c.* ex vniuersali potestate ad ligandū, & soluendum, colligens illum peculiarem actum excommunicandi: atque in hoc sensu verū est, etiam illa verba intelligi de vniuersali clauium potestate. Non explicat autem ibi Christus apud quæ futura sit hæc potestas, sed tantum quod in Ecclesia futura sit. Quomodo autem futura sit, ex alio loco Matthæi colligendum est. Vnde, cum c. 18. in plurali dicitur: *Quæcumque alligaueritis super terram, quantum ad potestatem ligandi & soluendi, omnia in vniuersum comprehenduntur, quæ sub talem potestatem cadunt, ita vt tam late pateat signum illud distributionis, Quodcumque, sicut aliud simile, quodcumque, Matth. 16. Quantum vero ad eos, per quos exerceri potest hæc potestas, distributio fit accommodata, ita vt iuxta potestatem vnicuique concessam: vel participatam, quod vnusquisque ritè ligauerit, vel soluerit super terram, sit ligatum, vel solutum in celo. Atque hoc modo potest ex hoc loco probari potestatem concedendi indulgentias esse in Ecclesia seu prælatis eius, siue sit immediate à Christo in multis, siue in vno tantum, hoc enim aliunde inuestigandum est.**

In quo loco Evangelij potestatem Matth. 16. promissam, Christus dedit.

15 Dicit aliquis in his duobus locis nullam potestatem esse à Christo datam, sed promissam tantū, vt manifeste patet ex illis verbis Matth. 16. Tibi dabo, &c. & Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Vnde quod subiungitur, *Quodcumque ligaueritis, aperte intelligitur, postquam Ecclesiam fundauero & claves dederō. Idemque est sensus similibus verborum Matt. 18. nam illa verba. Quæcumque ligaueritis*

A manifestè referuntur ad tempus in quo futura erat fundata Ecclesia, & in ea futuri erant sacerdotes, & prælati, quos nondum Christus creauerat, vt per se constat. Imò verba illa, *Quæcumque ligaueritis, ex vi suæ significationis non tā sunt promissua, quam prædictiua futuræ potestatis Ecclesiasticæ. Quia vero Christus hic non prædicebat nisi quod erat ipse facturus, ideo verba illa virtualè promissionē continent. Adhuc ergo querendum restat vbi fuerit hæc promissio impleta, atque aded vbi Christus hanc potestatem Ecclesie dederit.*

16 Aliqui censent eam dedisse Ioan. 20. verbis illis: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: ibi enim peccatorum nomine non solum culpæ, sed etiam pœnæ comprehenduntur: vnde ad vtrasque remittendas potestas conceditur: ad singulas verò modo eis proportionato. Nam, quia peccata quo ad culpam non remittuntur nisi per gratiam, quæ per ministros Ecclesie non infunditur nisi mediò aliquo sacramento, ideo potestas illa quantum ad remissionem peccatorum quo ad culpam, alligata est sacramento pœnitentiæ: pœnæ vero remitti possunt sine infusione gratiæ, & ideo ex vi illius potestatis remitti possunt extra sacramentum pœnitentiæ, per indulgentiarum concessionē. Hæc verò sententia mihi nō probatur (vt supra retigi) scilicet, quia illis verbis propriè instituit Christus sacramentum Pœnitentiæ, solumque dedit potestatem ordinis sacerdotalis: quæ ad hoc sacramentum ad ministrandum necessaria est, & consequenter etiam ad reliqua sacramenta, quæ consistunt in vsu fidelium, quatenus eorum administratio propria est sacerdotum: potestas autem concedendæ indulgentias non spectat ad potestatem ordinis sacerdotalis, neque illam necessario supponit: nam à non sacerdote & haberi, & exerceri potest, vt infra dicam. Accedit, quod ex discursu illo sequeretur, per potestatem à Christo datā in illo loco posse remitti peccata venialia extra sacramentum pœnitentiæ: quia ad remittendū peccatum veniale quoad culpā, nō est per se necessaria gratiæ infusio. Cōsequens est falsū: quia est contra communē vsū, & sensum Ecclesie: tum etiam quia alias posset quilibet sacerdos peccata venialia tollere extra iudicium confessionis: quia respectu venialium Ecclesia non solum non limitauit potestatem ibi datam à Christo omnibus sacerdotibus, sed etiam iurisdictionem necessariam ad hoc concessit: tum deniq; quia etiā per indulgentias non possunt remitti venialia peccata quoad culpā, & infra ostendemus. Respondet ali-  
quis, licet venialia secū dū se spectata possint remitti quoad culpam sine infusione gratiæ, nihilominus ex vitalis potestatis non posse remitti sine gratia: quia illa potestas alligata est sacramento pœnitentiæ, & sacramentū nō operatur, nisi infundēdo gratiā. Sed contra, vā pari ratione dici potest, & debet, licet remissio pœnæ per se non requirat gratiæ infusionē, tamen, vt fit per talem potestatem, nō fieri sine gratiæ infusione: quia illa potestas alligata est sacramento, quod nihil omnino remittit, nisi prius gratiā infundat. Vnde, licet verum sit eo loco datam esse potestatem remittendi peccata quoad culpā, & quoad pœnam, nō tamen aliter quam in foro sacramentali & iudiciali, ideoque ex vi illius potestatis non remittitur pœna: nisi vel simul cum culpa per absolutionem sacramentalem, vel per impositionem satisfactionis, quæ sit pars sacramenti.*

17 Dico igitur promissionem illam esse impletam, & potestatem hanc fuisse à Christo datam Ioan. 21. cū nam illam dixit Petro *Pasci oues meas: nullus enim alius locus in Euangelio est ex quo possit actualis donatio seu collatio huius potestatis colligi. Ex illo autem optime colligitur in hunc modum. Nam hæc potestas non fuerat à CHRISTO promissa in propria specie (vt sic dicam) seu in particulari, sed sub potestate vniuersali*

Chrysostr. Gregor. Leo Pap. Quid ex loco Matt. 18 circa potestatem hanc probatur.

16 Quorundam sententia, Cerdab. li 3 q. 6.

Improbatur.

Euasio.

Præcluditur.

17 Promissio.

impletam

Ioan. 21.

vera sententia.

uerfali promiffa Petro quādo clauēs cœli, & primatus Ecclefiæ illi promiffa fuere: ergo tunc impleta fuit illa promiffio, quando primatus, & vniuerfalis potestas data eft Petro: hæc autem data fuit dicto loco Ioan. 21. vt nunc fupponimus ex vniuerfali traditione & confenfu Ecclefiæ, & omnium Patrum, & alibi, Deo dante, latius oftendemus: ergo tunc etiam impleta fuit hæc promiffio quoad hanc potestatem. Et confirmatur, nam fub illo verbo, *Pafce*, includitur omnis actus iurisdictionis, qui ad claudendū, vel aperiendū Regnum cœlorum conferre potest, vt hoc modo donatio fit æqualis promiffioni: fed remiffio pœnarū per indulgentias eft vnus ex actibus, quibus aperiuntur regnum cœlorum: ergo ille etiam comprehenditur fub vniuerfali munere pascendi oues Chrifti. Et sane merito, nam ipfo vfu conftat hanc gratiam & fauorem indulgentiarum multum cōferre ad fpiritualem profectum fidelium vt melius ac frequentius ad peccatorum vinculis liberentur: ergo merito tale beneficium ad fpirituale pafum fidelium pertinere cenferur. Denique beneficium Principis (vt aiunt) ampliffime interpretandum eft, quantum & verba Principis, & finis concessionis patiuntur, fecundum rectam & conuenientem rationem: ergo hoc modo interpretanda eft hæc Chrifti concessio. Antecedens tanquam per fe decens ac verum, vtroque iure receptum eft, in cap. *Quamuis*, de Præb. in 6. & l. *Beneficium*, ff. de Conftitut. Princip. Cōfeguentia vero patet, quia hoc beneficium non qualecunque eft, fed pertinens ad perfectam Ecclefiæ gubernationem: quando autem alicui conceditur aliqua potestas, intelligitur concedi ad omnia, quæ vel neceffaria funt, vel valde commoda ad finem talis potestatis, vt alia iura docent, & Doctores in illis exponunt: cap. *præterea*, de Offic. deleg. l. 2. ff. de Iurisdic. omn. iud. Ob hanc ergo caufam intelligimus non folum datam fuiffe Petro vulgarem potestatem, quæ folet esse in Principibus ad ferendas leges & difpenfandum in illis; fed etiam ad ea omnia, quæ ad commune bonum animarum fpectant, etiam fi ad Deum ipsum aliquo modo pertineat, vt est v. g. difpenfatio in votis. Eadē ergo ratione recte intelligim⁹ fub illo verbo cōprehensam esse potestatem hanc remittendi pœnas temporales per indulgentias. Atq; ita etiam confirmatum manet quod paulo antea dicebamus, potestatem hæc immediate datā esse à Chrifto folei Petro, & fuffefforibus eius, per quos, aliis ex parte communicatur. Denique conftat ex dictis quomodo ex Scriptura hæc potestas colligatur. Et foluta ex parte manet prima ratio dubitandi in principio pofita: omnia vero magis confirmabuntur, fi oftenderimus hanc esse Ecclefiasticam traditionem, quod in fequenti fectione præftabimus: poftea vero reliquis difficultatibus fatisficiam.

## SECTIO II.

*Quam fit antiquus in Ecclesia vsus concedendi indulgentias.*

IN præcedendi fectione quali à priori oftendimus esse in Ecclesia prædictam potestatem: nunc idem est à pofteriori ex ipfo vfu talis potestatis demonstrandū. Vt autem probatio fit effficax, duo à nobis probanda funt. Vnum est esse in Ecclesia hunc vsum; aliud est illum esse legitimum, & validum: nam fi hoc non habeat, dici poterit (quod hæretici aiunt) illum non esse actum alicuius veræ potestatis à Chrifto datæ, fed esse abufum potestatis ab hominibus ex ambitione, vel auaritia vfurpatæ. Primum igitur horum facile probauimus ex his, quæ noftris temporibus experimur, & quæ in communibus hiftoriis Ecclefiasticis pafim legimus: vnde in hoc etiam ipfi hæretici nobis non contradicunt. Secundum ergo, fcilicet, hunc vsum esse legitimum,

*Vsum indulgentiarum esse*

prohamus primo autoritate Conciliorum, quæ huc vsum probauerunt, videlicet, Tridentini feff. vii. vbi addit hunc vsum facrorum Conciliorum autoritate fuiffe approbatum: ad quod citari folent Concilium Nicænum can. 11. Carthag. 4. cap. 75. Neocæfarienf. c. 3. Agatenf. c. 60. Laodiceum can. 1. & 2. Sed in his folum legimus femper licuiffe Epifcopis ex canonicis pœnitentijs publicis, quæ pro diuerfis criminibus imponi folebant, aliquid peccatoribus, & pœnitentibus remittere, fi eorum vita, & laudabilis conuerfatio id mereri videretur: quod autem illa remiffio fe extenderet vſque ad ablationem vel diminutionem reatus pœnæ apud Deum, ex illis Concilijs non fatis colligitur, ideoque non potest ex illis fumi argumētum effficax, fed ad fummum coniectura quædam, feu probabilis ratio à fimili fundata in potestate clauium. Exprefius probatur hic vſus à Clemente 5. in Concilio Viennenſi in clem. vnici de Reliquijs & veneratione Sanctorum, & à Clemente 6. in Extrauag. *Vnigenitus*, de Pœnit. & remiff. Concil. etiam Conftantienſ. feff. 8. 15. & 41. oppofitum errorem damnauit. Et in Decretalibus tam antiquis, quam in 6. & Clementinis, habentur multa decreta Pontificum, & Conciliorum, in quibus hic indulgentiarum vſus & probatur, & exercetur: Idem habetur in Bulla Leonis 10. contra Lutherum, & in Decretali, quam ad Caietanum Legatum fuum miſit in Germaniam, vt ipſe refert 3. p. quaft. 48. ar. 5. Idem confirmauit Sixtus 4. in Bulla contra Petrum Oxomenſem, qui in hoc etiam erraſſe dicitur.

Secundo probatur hunc vsum esse legitimum ex communi acceptione & confenfu Catholice Ecclefiæ: impoſſibile enim est, quod vniuerſa Eccleſia erret in remorali, & grauiſſima, & ad bonos mores fidelium pertinente, fed vniuerſa Eccleſia ita acceptat hunc vsum ac de illo ſentit, vt hæreticos exiſtimit illos, qui talem vsum reprehendunt, ſeu hanc potestatem Eccleſiæ negant: ergo impoſſibile est vniuerſam Eccleſiam in hoc errare, eſſet enim intolerabilis error præcticus, & moraliſ. Quocirca quanuis daremus (quod aliqui hæretici contendūt, & nonnulli Catholici non contradicunt) hunc indulgentiarum vsum non esse admodum antiquum, fed à temporibus Gregorij incepiffe, non propterea potest à viro Catholico reprehendi, cum videat vniuerſam Eccleſiam illum recepiffe ac probaſſe. Nec repugnat, potestatem esse antiquiſſimam, & à Chriſto collatam, vsum vero esse recentiore. Quia cum potestas Pontificia fit ampliffima, & varios actus complectatur, non est neceſſe vt omnes illos ſtatim, & à principio naſcentis Eccleſiæ exercuerit, fed diſcuſſu temporum pro occurrentibus occaſionibus, & opportunitatibus. Vt, verb. gr. quod miniſterium ſacramenti Confirmationis ſimplici ſacerdoti committatur, forte ſe ante tempora Gregorij nunquam factum est: quis autem recte deſeſſe ſentens propterea dicat commiſſionem illam (de qua in c. 1. 95. d.) fuiffe illegitimam, aut Gregorij vſurpaſſe potestatem, quam non habuit, & non potius exercuiſſe potestatem, quæ ſemper fuit in Eccleſia licet vſus eius neceſſarius forte ſe antea non fuiffet; Sic ergo in præſenti dicendum eſſet, quanuis daremus talem vsum nõ esse antiquiorem. Idemque de omni ſimili vſu cenſendum est maxime quando eiufdem Eccleſiæ definitione, vel vniuerſali conſenſione est approbatum.

Tertio vero argumentor ab antiquitate. Nam vſus, quem Apoſtoli inchoarunt, & ab Eccleſia ſuſcepit, & continuata paſtorū ſucceſſione ſemper retinuit, non potest non esse legitimus, & à Chriſti potestate, quæ ad illum ſe neceſſaria, deſcendens, hic enim est præcipuus modus probandi legitimam & Apoſtolicam traditionem, teſte Auguſtino lib. 4. de Baptiſmo c. 24. Huiuſmodi autē esse hunc vsum, proba.

z. Cor. 2. **Paulus** hac potestate utitur. probatur. Nam Paulus 2. ad Cor. 2. indulgentiam concessit alicuius partis pœnæ incestuoso illi, quem prius grauitur punierat. Hoc autem ostendunt illa verba eiusdē Pauli, Sufficit illi, qui huiusmodi est, oburgatio hæc. & infra, Nam & ego quod donauit, propter vos in perſona Christi. Vbi Chryſoſt. Theophilæus, Theodoretus, Occumenius, Ambrosius, & alij expoſitores ſuadent, Paulum vſum fuiſſe verbo ſignificandi liberalem remiſſionem, & con-donationem; quæ in ceſtuofus ille nondum plene ſatiſfecerat pro delicto, & nihilominus Paulus libe- ralem ei indulgentiam conceſſit vterioris pœnæ debitz, velex quadam prudenti miſericordia, ne forte abundantiori triſtitia abſorberetur, vt idem Apoſtolus dixit, vel in gratiam Corinthiorum, qui pro ipſo interceſſerant, vt verbum illud, Propter vos ſignificat. Illam autem indulgentiam fuiſſe veram, & per poteſtatem à Chriſto datam, declarauit Pau- lus illo verbo, In perſona Chriſti. Habemus igitur ex hoc loco indulgentiarum vſum à Chriſto fuiſſe in- choatum. Simili modo, cum olim variæ pœnæ, & ſatiſfactiones propter varia delicta præſcriptæ eſſent, ſemper fuit in poteſtate Episcoporum aliquid de eis remittere, vel propter interceſſionem aliorum fidelium, præſertim martyrum & confeſſorum, vel propter diſpoſitionem ipſorum pœnitentium. Ita colligitur ex Tertulliano lib. Ad Martyres cap. 1. vbi hanc indulgentiã pacem appellat, quam illi, qui in confeſſione fidei defecerant, à ſanctis Martyri- bus, qui in carcere exiſtebant, exorare conſueuerat. C. Similia ſcribit Cyprianus Epif. 11. alias lib. 3. Epif. 15. & alia ſumi poſſunt ex lib. de Lapis, & ex alio lib. ad Nouatianum quod lapis ſpes veniæ dene- ganda non ſit. Et Epif. 52. ad Cornelium, de Pace lapis danda & Epif. 54. ad Antoninum. Legi etiam poteſt Epif. 21. vſque ad 32.

Ab Apoſto- lu in Epif- copis deri- uatum fuiſſe vſum indulgentiarum, Tertul.

Cyprian.

*Difficultas circa vltimum modum colligendi hanc poteſtatem ex antiquitate vſus eius.*

**S**olet autem ad hæc loca reſpõderi, in eis non eſſe ſermonem de remiſſione pœnæ in foro animæ, per quam liberatur homo à reatu pœnæ coram Deo, ſed ſolum de remiſſione exterioris, & quati civilis pœnæ debitz in foro externo. Quam reſponſionem aliqui contemnunt, tum quia Paulus dixit, hanc remiſſionem fieri in perſona Chriſti: Chriſtus autē alibi dixit, Quod hoc modo ſoluitur in terris, ſoluit etiam in cœlis: ergo hæc remiſſio non ſolum eſt ra- ta in foro Eccleſiæ, ſed & in foro Dei. Tum etiã quia eæ pœnitentiæ non ſolum imponebantur pro delictis publicis & ſcandalofis, pro quibus imponi ſolent exteriores & publicæ pœnæ; ſed etiam pro occultis criminibus, imo non ſolum pro externis, ſed etiam pro mere internis, quæ ſola cogitatione, & affecti- one committuntur: quæ omnia conſtant ex anti- quis canonibus, qui leguntur apud Burchardum lib. 19. ſui Deereci, & apud Baſilium, Gregorium Nyſſenum, & alios, qui hos canones pœnitentiales collegerunt: ergo ſignum eſt hæc pœnas non fuiſſe tantum externas, id eſt, ad exteriorem Eccleſiæ ſatiſfactionem ordinatas, ſed etiam internas, id eſt, ad curationem animæ, & ſatiſfactionem Deo ex- hibendam impoſitas. Quod ſignificauit Concilium Nicænum cap. 8. & Cyprianus diſt. Epif. 52. & Baſi- lius canone 84. & 88. ad Amphiloſiũ. Vnde etiam iidem Patres referunt, in huiusmodi pœnis impo- nendis, non tantum externam Eccleſiæ offentionē, ſed etiam ipſius delicti grauitatem & modum pec- candi aliasque circumſtantias conſiderari ſolitas fuiſſe, vt patet maxime ex Cypriano in dictis Epiftoſis, & ex Gregorio Nyſſeno canon. 62. & 63. ſignum ergo eſt pœnas illas non tantum ſolitas fuiſſe imponi pro externo foro Eccleſiæ, ſed ad ſatiſfaciendum, & placandum Deum. Ergo pari ratione remiſſio & in-

Quorundam ſolu- tio.

Burchard. Baſil. Greg. Nyſſ.

Con. Nic. Cyprian.

**A** indulgentia, quæ de prædictis pœnis fieri ſolebat, non ſolum erat externa, ſed etiam interna, & apud Deũ. Quod ſignificaffe videtur Cyprianus Epifto. 14. in illis verbis, Qui libellum à martyribus acceperunt, auxi- lio eorum adinuari apud Dominum in delictis ſuis poſſunt: & infra, cum pace à martyribus ſibi promiſſa ad Dominũ remittantur.

**S**ed adhuc difficultas in prædicta reſponſione ta- cta, non videtur prædictis coniecturis, aut obiecti- onibus ſufficienter expediri. Duobus etiam modis intelligi poteſt pœnitentiæ variis criminibus olim præſcriptas potuiſſe imponi cõm tentionibus talia cri- mina. Primo in ſacramentali foro pœnitentiæ ſecũ- do extra illud forum ex ſpeciali mandato Prælate- rum Eccleſiæ. Quando priori modo inungebantur, cerum eſt per ſe primo fuiſſe ordinatas ad internũ bonum ipſius pœnitentis, vt & digne Deo ſatiſface- ret pro commiſſis, & caueret ſimilia in futurum committere. Et de his pœnis verum eſt, non ſolum pro delictis publicis, vel externis, ſed etiam pro in- ternis & occultis fuiſſe taxatas, nec ſolum pro gra- uioribus, ſed interdũ etiam pro leuioribus delictis & in eis imponendis veram delicti grauitatem apud Deum ex illius materiæ circumſtantis fuiſſe ſpecta- tam. Deniq; de hoc genere ſatiſfactionis verum eſt non ſolum habere valorem ad remittendum pœnæ reatum apud Deũ ex qualitate & quantitate pœnæ ſeu actionis, ſed etiam ex virtute clauium, per quam imponitur. Veruntamen ex toto hoc genere pœna- rum, non poteſt colligi vſus indulgentiarum in to- ta illa ætate, à tempore Pauli vſque ad tempora Cy- priani. Probatur & explicatur in hunc modũ: quia ſi conſideremus impoſitionē talis pœnæ, illa pœnis pertinet ad poteſtatem vindicandi, quam indulgen- di: ſi vero conſideremus remiſſionem pœnæ apud Deum, quæ fit ex opere operato per talē pœnã exhi- bitam, illa non eſt effectus indulgentiæ, de qua nũc agimus, ſed ſacramenti pœnitentiæ. Si vero conſide- remus remiſſionem ipſiusmet pœnitentiæ impoſi- tæ: primum in omnibus locis allatis nullum eſt ve- ſtigium huius remiſſionis: quia in illis ſermo non eſt de ſacramentali pœna in foro pœnitentiæ impo- ſita. Paulus enim aperte loquitur de grauiſſima pœ- na exteriori, qua inceſtuofum illum Satana tradide- rat, in priori Epif. cap. 5. à qua poſtea illum abſol- uit, & delictum condonauit, non imponendo am- pliorem ſatiſfactionē propter cauſas ſupra inſinua- tas. Et ſimili modo Tertullianus, & Cyprianus aper- te loquuntur de pace communionis Eccleſiaſticæ, ad quam non facile admittebatur lapſi in talia deli- cta, ſed poſt diuturnam pœnitentiam, & ſatiſfacti- onem Eccleſiæ exhibitam, de qua interdum aliquid remittebatur propter aliorum martyrum interceſ- ſionem, vel alias iuſtas cauſas. Apud hos ergo patres nulla eſt mentio de remiſſione ſeu indulgentia pœ- nitentiæ ſacramentalis. Nec facile (vt exitimo) in- uenietur in aliqua hiſtoria, fuiſſe aliquando vſitatũ in Eccleſia vt propter aliorum interceſſiones pœni- tentia ſacramentalis tolleretur, aut mutaretur.

**Q**uod ſi quiſtandem ex ipſa poteſtate imponēdi talem pœnam, colligere velit poteſtatē remittendi illam in primis hoc iam non eſt argumentari ex tra- ditione, & antiquo vſu Eccleſiæ, quod inquirimus: & deinde, vt ſupra argumentabar, hæc poteſtas ad ſummum eſſe poteſt ad remittendam ſpecialem ob- ligationem à confeſſore impoſitam ad talem pœ- nitentiam ſeu ſatiſfactionē exhibendam: hanc enim auferre poteſt, qui illam poſuit, non tamen inde ſe- quitur poſſe mere gratis remittere reatum pœnæ apud Deum, pro quo auferendo talis ſatiſfactio im- ponitur: talis enim confeſſio nullam habet fun- damentum. Neque ipſum conſequens verum eſt aut probabile: quia ſacerdoti ex vi poteſtatis remittēdi peccata in foro pœnitentiæ non datur facultas, vel iuriſdictio ad remittendam totam pœnam omnino gratis

Prædictam difficultatem non ſoluam, ſed etiam quædamque amplius roboratur. Ex poteſtate imponendi aut remittentiæ pœnitentiæ in foro pœnitentiæ non ſatis colligi hanc poteſtatem.

gratis, sed secundum talis iudicij æquitatem, ut supra in materia de satisfactione declaratum est: ubi etiam diximus, quod licet interdum bene faciat confessor leuiorem penitentiam imponendo vel ut descendat fragilitati penitentis, vel quia bona fide existimat iuxta dispositionem penitentis, & modum criminis illam penam sufficere: nihilominus in re ipsa per talē satisfactionem non auferri totum reatum penæ apud Deum, sed solum iuxta proportionem, iustam à Deo taxatam, quam solus ipse, prout est, cognoscit: ergo eadem, vel maior ratione, quoties confessor remittit obligationem talis penæ, non propterea remittit reatum ipsum apud Deum, donec alia satisfactio æquiualens loco illius exhibeatur: igitur ex hoc modo remittendi penitentiam sacramentalem, nullum argumentum sumi potest ad comprobendam remissionem penarum per indulgentias.

7  
Ad quid  
penitentia  
publica im-  
poneretur.

Venio ad alium modum, quo penitentia illæ, siue arbitrariæ, siue lege Ecclesiastica taxatæ, imponi solebant à Prælati Ecclesiæ extra sacramentum penitentia. De quo modo penarum aperte loquitur Paulus citato loco, & plura ex decretis antiquis, & apertissimè Tertullianus, & Cyprianus. Ex quibus coniectare licet huiusmodi penas non fuisse solitas imponi pro quibuscunque criminibus, sed tantum pro grauioribus, nec pro occultis, sed tantum pro publicis, ut in superioribus in materia de Penitentia tactum est, & sumitur ex 6. Synodo canone vlt. Trullano, & ex canone 34. ad Amphilochiū, apud Basilium, ubi etiam dicit, magnum discrimen constituendum esse inter eum, qui sua sponte sacerdoti confitetur, & eum qui punitur, quia de crimine conuictus est. Vbi indicare videtur duos modos imponendi penitentiam à nobis distinctos: nam prior spectare videtur ad sacramentale forum, non vero posterior, ut per se constat. Eademque distinctio reperitur apud Gregorium Nyssenum can. 62. & sumi etiam potest ex multis decretis apud Burchardum dist. libr. 19. Hæ igitur penitentia quando extra sacramentum imponebantur, magna quidem ex parte ad satisfactionem Ecclesiæ & ad reparanda scandala, & ad exemplum aliorum ne talia crimina auderent committere, ordinabantur: & quoad hoc vocari possunt illæ penæ politicae, quia ad politicū Ecclesiæ regimē pertinent, tamen quia politica Ecclesiastica ad bonum animarū ordinatur, ideo prælati Ecclesiastici in imponendis his penis non se gerebāt ut meri iudices seculares, sed etiam ut pastores, & spirituales patres, & ideo maxime etiam intendebāt placare Deum, ne propter talia crimina suæ fortasse Ecclesiæ irasceretur: intendebāt etiam spirituale commodum ipsius peccatoris, tum quoad correctionem in futurum, tum etiam quoad compensationem delicti commissi apud Deum, non quidem ut ex opere operato remissionem aliquam per talē penam consequeretur: id enim fieri non poterat cum penitentia non esset sacramentalis: sed ut saltem magnitudine penæ fieret ex opere operantis condigna satisfactio, ad quam inuare poterant humilitas, & obedientia penitentis, se subiicientis in hoc, Ecclesiastico prælato. Atq; ob hanc causam etiam in his penis imponendis considerabatur dispositio & voluntas penitentis, & aliæ circumstantiæ, quæ ad prædictos fines conferre poterant. Ex quibus etiam constat huiusmodi penam, quamuis sacramentalis non esset, nihilominus non nisi per potestatem à Christo datam imponi potuisse: quia illa impositio actus iurisdictionis erat, nō temporalis, & ab hominibus deriuatæ, sed spiritualis, & à Christo manantis.

8  
Difficultas  
circa præ-  
dicta ressi-  
monia.

Quoad hanc igitur penam recte conuincitur testimonij adductis, fuisse antiquum morem in primitiua Ecclesia remittendi aliquando huiusmodi penas, vel condonando illas postquam impositæ fuerant, vel aliquando etiam condonando delicta

in externo Ecclesiastico foro, nullam vel leuiorem penam imponendo: vtrumque enim eiusdem est potestatis, & in vtroque eadem rationes seu congruentiæ interuenire possunt, & vtrumque vstitutū fuisse probant allata testimonia, præsertim citata Epist. 54. Cypriani ad Antonianum. Difficile autem videtur explicare, quomodo ex illo modo remissionis satis probari possit tunc fuisse consuetū vsum indulgentiarum, prout nunc illi probare intendimus. Nam licet huiusmodi peccatores hanc veniam à prælati Ecclesiæ acciperent, ut sine tali, vel tali penitentia canonica admitterentur ad pacem & communionē cum aliis fidelibus, vel ut liberarentur ab onere exhibendi talem penitentiam publicam: nihilominus hæc remissio vel condonatio, præcisè sumpta, nihil ab eis auferebat de reatu penæ, pro tali peccato debita apud Deum. Quia prælati Ecclesiæ recipiens huiusmodi peccatorem ad pacem & vnitatem Ecclesiæ, absque onere talis penæ, non propterea liberabat illum ab eadem Purgatorij pena, sed necessarium erat ut peccator ille alio modo satisfaceret Deo, vel certe supponebatur, & credebatur ex modo & seruire cōuersionis, vel alia via, illum plene satisfacisse.

Accedit quod apud Paulum, non videtur innueneri sufficiens iudiciū talis remissionis alicuius penæ Purgatorij ex vi illius condonationis. Nā quod dicit, se id condonasse in persona Christi, solum ostendit illum fuisse actum iurisdictionis & potestatis à Christo acceptæ, quod verum est etiam de sola condonatione Ecclesiasticæ penæ: nā sicut potestas ligandi ad hanc penam à Christo est, ita etiam soluendi. Vnde parum etiam ad rem præsentem refert quod Christus dixerit: *Quicumque solueris super terram, erunt soluta & in celo*: nam sensus horū verborum non est, per omnem solutionem seu remissionem cuiuscunque penæ remitti aliquid de pena soluenda in Purgatorio, seu debita apud Deum, quia non est necesse omnem remissionem hæc intentione fieri, seu ad hunc effectum ordinari: sed sensus est, omnem solutionem factam virtute clauium nō errantium, ratam esse & validam apud Deum, quā tum ad effectum per eam intentum. Vtin præsentū quando Prælati remittit Ecclesiasticam penam, in celo probatur, & confirmatur talis remissio quia talis peccator ita manet liber à debito illius penæ, ut non possit amplius illi imponi, etiā apud Deum maneat liber ab omni reatu penæ pro tali peccato.

Neque etiam ex verbis Cypriani supra citatis videtur posse colligi, eum loqui de huiusmodi remissione: solum enim ait, *lapsos, qui libellum à martyribus acceperunt*, id est, pro quibus martyres intercesserunt, *necessitate urgente, cum pace à martyribus sibi promissa ad Dominum esse remittendos, & ex omni gestis facta, & penitentia accepta*. In quibus verbis, cum *pace remitti ad Dominum*, non est mitti omnino absolutos à culpa & penæ: quia nec verba hoc significant, nec martyres huiusmodi pacem lapsis promiserant: sed est remitti ad Dominum absolutos ab omni censura & cum pace & cōmunionē Ecclesiæ. Nullo ergo sufficiens fundamento affirmare possumus, illam remissionem quæ tunc fiebat à prælati, fuisse eiusdem rationis, cum illo vsum indulgentiarum, quem nunc inquirimus, aut processisse ex potestate liberaliter remittendi penas peccatis debitas apud Deum, sed debitas tantum apud Ecclesiam. Nam potestas soluendi & ligandi cum proportione sibi respondent: illa autem pena solum imponebatur per potestatem ligandi ad Ecclesiasticam penam: similis ergo seu proportionata erat illa remissio. Quod nunc etiam ex parte in vsum esse videtur: sæpe enim puniuntur peccatores, ut heretici, vel schismatici aliquibus Ecclesiasticis penis publicis, quæ interdum, vel omnino, vel ex parte remittuntur ob iustas & pias causas occurrentes, quantum

quantum spectat ad Ecclesie forum, quamvis nulla interna indulgentia quantum ad reatum poenae coram Deo concedatur. Ad hunc ergo modum intelligi potest factum fuisse a Paulo, Cypriano, & aliis antiquis Ecclesie praelatis. Imo ita videtur aperte exponere Paulum Innocentius 1. in Epist. 2. alias 23. ad Episcopos Macedoniz, cuius exemplum imitatus, intercessionem aliorum Episcoporum, quosdam in communionem recepit, sublata excommunicatione.

Innoc. 1.  
II  
Caiet.

Atque his, & similibus rationibus videtur conuictus Caeteranus infra citandus, vt diceret, per indulgentias, quae sunt in vsu Ecclesie, solum remitti poenitentias per ministros Ecclesie impositas, non vero poenas ipsas in iudicio Dei debitas. Quod quidem licet falsum sit de praesenti statu Ecclesie, vt supra tactum est, & infra etiam videbimus, de illis tamen temporibus ante Gregorium Magnum, de quibus nunc inquirimus, non videtur improbabile:

Non constat  
recessisse in  
Ecclesia ante  
Gregorium  
tempora in  
indulgentiarum  
vsu.

non quod positum, vt sic dicam, nobis constet tunc non fuisse eundem modum & vsum indulgentiarum, qui nunc est, hoc enim nulla historia, testimonio, aut ratione ostendi potest, sed tantum negariue, quod ex his, quae de illis temporibus legimus, non satis conuincitur hic vsus. Et hoc apud me suadent omnia quae adduxi, nihil enim occurrit, quod omnino satisfaciatur. Solum ergo potest aliqua coniectura fieri ex illo antiquo vsu, idq; dupliciter. Primo a simili: quia sicut Episcopi remittebant poenas ab Ecclesia definitas quando ad bonum animarum expedire censebant: ita verisimile est remississe etiam poenas apud Deum definitas, quando id facere oportebat, cum potestas ligandi & soluendi de se omnia complectatur. Secundo: quia cum illae poenae impositae essent non solum ad satisfactionem Ecclesie, sed etiam ad compensationem delictorum, vt diximus, verisimile est non fuisse remissas illas poenas, quin alia via aut modo compensaretur satisfactio seu remissio poenae apud Deum. Vnde Cyprianus dicit, Epistol. 14. dicit, ideo has remissiones solitas esse fieri per intercessionem martyrum, vel aliorum fidelium: quia auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possent, indicans satisfactiones istorum per modum suffragij prodesse lapsis ad remissionem apud Deum, ideoq; eorum intercessionem merito fieri remissionem apud Ecclesiam. Neque aliquid certius de vsu illorum temporum inuenire potui: nam quae hic etiam adduci solent de indulgentia facilius concedenda peccatoribus in necessitate existentibus ex Leone Papa Epistol. 77. 89. & Innocentio primo in Epistol. prima ad Decentium capit. 7. & ex aliis quae congerit Gratianus 26. quaest. 6. & 7. & non loquuntur de hac indulgentia, sed de absolutione, vel a censuris, vel a peccatis in sacramento poenitentiae cum Eucharistiae communione, non obstante cuiusvisque delicti grauitate, si sufficientia poenitentiae indicia ostendantur.

Cyprian.  
Leo Pap.  
Innoc. 1.  
Gratian.

Plurimum vero ad confirmandam indulgentiarum antiquitatem valet Romana traditio, quae in Vrbe habetur de stationibus aliquarum Ecclesiarum, in quibus plenariae indulgentiae lucrantur, quarum initium ignoratur, & a primis Pontificibus manasse videtur. Quod significauit Bonifacius Papa in Extrauag. 1. de Poenit. & remiss. dicens, Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum de Vrbe, concessa sunt magna remissiones & indulgentiae peccatorum. A temporibus vero Gregorij clarior est de hac re noticia: nam illum referunt plenariae indulgentiae concessisse, quamquam de ea re scriptam historiam non inueniam, sed publicam famam, tum Romae, tum etiam aliis locis: Scholastici vero septennem indulgentiam illam concessisse aiunt, D. Tho. 4. d. 20. q. 1. art. 3. quae a Altfiodor. lib. 4. Summae tract. 6. ca. 9. Leonem 3. Fr. Suarez. tom. 4.

22  
Pars Pontificum  
testimonium  
ostendit  
indulgentiarum  
vsu esse  
antiquissimum  
Bonifac.  
Pap.

anno Domini 800. plures indulgentias concessisse refert S. Ludgerus in Epist. quam refert Surius tom. 2. die 5. Martij post vitam S. Svuiberti. c. 9. Addit Bellarm. li. 1. de Indul. c. 3. Romae in Ecclesia S. Martini in montibus extare memoriam in marmore excelsam literis antiquissimis, indulgentiae illi Ecclesiae concessae a Sergio 2. Gregorius etiam 7. in Epistol. ad Episcopos Britaniae, & in Epist. ad fratres cuiusdam monasterij Mashliensis, plenariam indulgentiam promittere, ac concedere videtur. Eandem concessit postea Urbanus 2. Cum Concilio Claramontano in eorum fauorem, qui cruce in pectore signati, ad bellum pro recuperanda terra sancta proficiscerentur: quam postea confirmauit Clemens 3. Et rursus Innocentius 3. cum Concilio Lateranensi in decreto vltimo, cuius titulus est, *Expositio pro recuperanda terra sancta*, qui in eodem Concilio c. 3. eandem extendit ad Catholicos, qui Crucis assumptione characterem, ad hereticorum exterminium se accinxerint, & habetur in cap. *Excommunicamus*. §. *Catholici*. de Hereticis. Denique, vt supra dicebam, ex pluribus textibus iuris, qui habentur sub titulis de Poenit. & remiss. constat hunc vsum indulgentiarum maxime viguisse a tempore Alexandri 3. per quingentos fere annos, in quibus vel in fauorem religionum, vel piorum locorum, aut bellorum contra infideles, aut ob alias iustas causas, vel vniuersae Ecclesiae, vel variis Prouincijs, & regnis plures indulgentiae concessae sunt. Inter quas celebris est illa, quam Honorius 3. concessit B. Francisco, qui eam prius a Christo Domino impertrauit, vt late refert Medina libr. de Indulgentiis, Disp. 4. c. 13.

A

C

D

E

Greg. 7.

Urban. 2.

Clemens 3.  
Innoc. 3.

Honor. 3.

Medin.

13

Soto

14

Cur antiq.  
qui Patres  
mentionem  
expressam  
indulgentiarum  
faciant.

Soto.  
Rosoff.



de ea re, & de antiquitate fidei Purgatorij satis à nobis in superioribus dictum est.

SECTIO III.

Virum potestas concedendi indulgentias sit ordinis vel iurisdictionis.

Hactenus explicatum à nobis est, & probatum, esse in Ecclesia & potestatem & usum indulgentiarum: nunc, vt distinctius explicemus quid sit indulgentia, & solvamus nonnullas difficultates factas, declarandum superest qualis sit hæc potestas, ex quo etiam constabit qualis sit actus eius. Dixerunt ergo aliqui, potestatem hanc pertinere ad potestatem ordinis sacerdotalis: nam & sacerdotes omnes possunt aliquo modo indulgentiam concedere, & nullus non sacerdos potest illas concedere. Et hanc posteriorem partem refert Dur. d. 20. q. 3. & 5. & Hostiensis in cap. Accedentibus, de Excelsib. prælatis. Et prior pars probatur, quia omnibus sacerdotibus data est potestas remittendi peccata: ergo possunt ea remittere non solum quoad culpam, sed etiam quoad poenam: remissio autem poenæ gratis facta ex potestate à Christo concessa, est indulgentia: ergo omnes sacerdotes habent potestatem concedendi aliquam indulgentiam. Posterior vero pars probatur, quia per indulgentiam remittitur poena etiam iniuncta per sacerdotem de sacramento poenitentiae: sed nemo potest talem poenam relaxare, nisi qui habet æqualem, vel superiorem potestatem in illo foro, quam nemo habere potest nisi sacerdos: ergo nullus potest indulgentias concedere nisi sacerdos: pertinet ergo hic actus ad potestatem ordinis sacerdotalis. Et confirmatur, quia nullus habet potestatem ad remittendam poenam in foro interiori, nisi qui habet potestatem remittendi culpam, cui est annexa poena: sed per indulgentiam remittitur poena in foro interno: ergo nullus potest illam concedere nisi qui habet potestatem remittendi culpam, qui est sacerdos.

Prima sententia.

Durand. Hostiens.

Durandi sententia.

Ratio.

1. Confirm.

2. Confirm.

3. Confirm.

Addit præterea Durand. hanc potestatem, vel actum eius non esse iurisdictionis, sed cuiusdam alterius curæ vel providentiæ pastoralis: sunt enim hæc duo distincta: Vt, verbi gratia, in prælato religionis dispensare bona religionis, vt de eis cleemosynas facere, vel curare inermes, aut quid simile, non est actus iurisdictionis, sed est alia cura pastoralis muneris. Sic, inquit, indulgentiarum concessio solum est dispensatio Ecclesiastici thesauri ad subueniendum spiritualiter indigentibus: non est ergo actus iurisdictionis, sed potius dici potest paternalis quædam misericordia. Vnde & Pontifices, cum indulgentias concedunt, dicunt se illas misericorditer largiri. Et confirmat, quia si esset actus iurisdictionis, posset exerceri etiam in inuitam, quod de indulgentia dici non potest. Secundo confirmat, quia si esset actus iurisdictionis, non posset indulgentia frui, qui illam concedit, quia nemo potest exercere iurisdictionem in seipsum: consequens autem est falsum, & contra Ecclesie usum. Tertio confirmare id possumus, quia Ecclesia concedit indulgentias defunctis, in quos iurisdictionem non habet.

Potestatem concedendi indulgentias non consistere formaliter in potestate ordinis, neque, necessario illam requirere, i. Conclusio.

Dicendum vero est primo, potestatem concedendi indulgentias nec per se ac formaliter consistere in aliqua potestate ordinis, neque necessario illam presupponere, aut requirere. Hæc est commu-

nis sententia Theologorum cum D. Thom. in 4. q. 2. q. 1. art. 4. q. 2. vbi Palud. q. 4. Soto d. 2. qu. 1. art. 4. Caiet. d. Opusc. de Indulgen. ad Iul. c. 2. nec Durand. audeat omnino dissentire: nam fatetur ex consuetudine Ecclesie Romanæ hoc haberi. In quo etiam Canonice consentiunt, vt Calderin. & Panormitanus, quos refert, & sequitur Sylu. verb. Indulgentia. num. 13. Et quidem, quod potestas Ordinis non sit sola ad hunc actum valide exercendum non sufficiat, certissimum est, quia nec simplex sacerdos, nec simplex etiam Episcopus, id est, consecratus absque Episcopatu potest valide peccata remittere, neque aliquo modo quatenus ligare, aut solvere, vt paterebit facile discurrendo per omnes alios actus huius potestatis: ergo nec potest per indulgentias poenas peccatorum remittere. Ratio autem à priori est, quia ex vi solius potestatis ordinis nemo habet subditos: nullus autem potest indulgentias concedere nisi suis subditis, vt definitur in c. Quod autem, de Pœnit. & remiss. Hinc potestas hæc per se augeri potest vel minui, seu moderationem recipere, iuxta c. Cum ex eo, de Pœnit. & remiss. & c. Romana, eod. tit. in 6. At vero potestas ordinis per se non potest restringi aut limitari, sed hoc est proprium potestatis iurisdictionis: ergo signum est hanc potestatem non consistere in sola potestate ordinis.

Quod autem potestas ordinis non solum sola non sufficiat, verum etiam quod coniuncta cum alia non sit principium huius actus, ex eo aperte probatur, quod non est simpliciter necessaria ad talem actum exercendum, & ita prior pars assertionis ex posteriori recte colligitur, nam sine principio per se non potest actus exerceri. Vnde hæc est differentia inter remissionem peccatorum quoad culpam vel poenam, quæ in sacramento Pœnitentiæ fit, vel extrajudicialiter per indulgentias, quod ad priorē, licet potestas ordinis sola non sufficiat, est tamen per se requisita tanquam principium per se illius actus, vt in superioribus dictum est. Posterior vero remissio etiam hoc modo potestatem ordinis non requirit. Quocirca illa remissio poenæ temporalis, quæ fit ex opere operato per sacramentum Pœnitentiæ, non est propria indulgentia, de qua nunc loquimur, quia vel non est absolutio per se à poenâ, sed à culpa, & à poenâ tantum consequenter, vel certe non fit per modum puræ remissionis, sed per modum condignæ satisfactio- nis, quæ virtute clauium eleuatur ad ampliorem effectum: vnde illa potius est per modum punitionis, quam in indulgentia.

Superest vt probemus, ad hoc genus remissionis præstandum non esse necessariam potestatem Ordinis. Id autem ostenditur primo, quia, si aliqua esset, maxime potestas sacerdotalis: sed hæc non, ergo nulla. Maior ab omnibus conceditur, quia inferiores ordines per se non ordinantur ad remittenda peccata, sed magis instituti sunt ad ministrandum sacerdoti, quatenus potestatem in Corpus Christi verum exercet. Vnde etiam ad remittenda peccata in sacramento non sunt per se inferiores ordines necessarii, sed solum quatenus iuxta deipsum ordinem supponuntur ad sacerdotalem ordinem: ergo si excludatur in præsentem necessitas sacerdotalis ordinis, consequenter excludetur necessitas cuiuscunque ordinis inferioris. De superiore autem ordine seu consecratione Episcopali, facile idem persuadetur, tum quia ordinatio non ordinatur per se ad remissionem peccatorum, sed ad alia munia: tum etiam quia ordo sacerdotalis sufficiens est ad remittenda peccata quoad culpam, si alia requisita non desint: ergo multo magis sufficeret ad remissionem poenarum, si daremus aliquem ordinem esse ad hunc actum necessarium.

Iam vero probandum est, potestatem ordinis sacerdotalis necessariam non esse ad hunc actum. Id autem sufficiens probatur ex vsu Ecclesie: sepe enim per Diaconos & Cardinales, vel alij ex concessione Papæ indul-

D. Thom. Palud. Soto. Caiet. Calderin. Panormitanus. Sylu. verb. Indulgentia. num. 13.

4. Potestatem ordinis non sufficit, sed coniuncta cum alia non sit principium huius actus.

Ad hunc actum necessarium non est potestas ordinis sacerdotalis.

indulgentias concedit, & ipse etiam Summus Pontifex electus, quauis non sit consecratus, neque ordinatus sacerdos, sicut potest ab soluere a ceteris, ita etiam potest indulgentias concedere. Ratio vero est, quia potestas ordinis sacerdotalis per se & ex intrinseca necessitate solum requiritur ad sacramentum aliquod perficiendum: hæc autem remissio, quæ per indulgentias fit, non est actus sacramentalis, sed est quædam dispensatio Ecclesiastici thesauri, quæ extra sacramentum fit, ut infra dicemus. Vnde licet remissio poenæ, quæ consequenter datur ad remissionem culpæ, & ferendo de illa iudicium, necessario supponat in operante potestatem remittendi culpam; tamen remissio poenæ, quæ nullo modo versatur circa culpam, sed illam supponit alias remissam, non est cur requiratur in concedente potestatem remittendi culpam. Neque ratio Durandi contra hoc cogit, quia hæc potestas, & illa, quæ est in sacerdote ad imponendam satisfactionem in foro poenitentiarum, sunt diuersarum rationum, nec proprie subordinatæ sunt tanquam superior & inferior; sed habent se tanquam excedens & excessum diuersis considerationibus.

Nam potestas sacerdotalis excedit in hoc, quod se extendit ad conferendam gratiam, & ad remittenda peccata quoad culpam: alia vero excedit in hoc, quod potest liberaliori modo poenas condonare: vnde etiam fit, ut possit quasi subtrahere materiam poenitentiarum in confessione iniunctarum nimirum ipsum poenitentium, quo ablato, cessat obligatio aliarum satisfactionum, atque hoc modo relaxare potest sacramentales poenitentias, etiam si potestatem remittendi peccatum quoad culpam, in concedens indulgentiam non supponat.

*Potestatem hanc esse spiritualem, non ad ligandum, sed ad soluendum. 2. Conclusio.*

**D**ico secundo: Potestas hæc concedendi indulgentias est potestas spiritualis iurisdictionis, non cogentis, nec ligantis, sed miserentis potius seu benefacientis, & soluentis. Prima principalis pars probari potest, primo ex dictis in sectione prima, ubi ostendimus Christum promississe hanc potestatem Matth. 16. dedisse autem Ioan. 21. ubi *Pascite oues meas*: ibi autem Christus non dedit Petro aliam potestatem nisi iurisdictionis. Secundo probatur expresse ex cap. *Quod autem*, de Poenit. & remiss. ubi consultus Alexander III. an indulgentiæ concessæ ab Episcopis in dedicationibus Ecclesiarum, &c. profint aliis, quam eorum subditis: respondet non prodesse. Et rationem reddit, quia sicut nemo potest a suo non iudice ligari, ita neque solui: supponit ergo remissionem poenæ, quæ per indulgentiam datur, esse actum iudicis, qui solum erga subditum exercetur, atque adeo esse actum iurisdictionis. Tertio probatur a sufficienti partium enumeratione: quia omnis potestas spiritualis, quæ est in Ecclesia, aut ordinis est, aut iurisdictionis: sed hæc est quædam potestas spiritualis, & non est ordinis, ergo est iurisdictionis. Simile argumentum est, quod hæc potestas spectat ad clauem Ecclesiæ, ut supra ostensum est ex Mart. 16. & sumitur ex cap. *Cum ex eo*, de Poenit. & remiss. sed non spectat ad clauem ordinis, ut ostensum est, ergo ad clauem iurisdictionis. Declaratur etiam ex re ipsa quia dispensatio in aliqua lege, vel concessio alicuius privilegij, actus est iurisdictionis, sed per indulgentiam magnum privilegium conceditur fidelibus, dum poena purgatorij in leue aliquod opus commutatur, & quodammodo etiam fit dispensatio in ea lege, qua talis reus ad talem poenam vel satisfactionem condemnatus erat: ergo est actus iurisdictionis. Tandem: quia alias nulla esset ratio ob quam Summus Episcopus non posset indulgentias con-

Fr. Suarez, tom. 4.

Acedere alienis subditis, si iurisdictionem talis actus non postulat.

Altera pars assertionis posita est ad soluenda argumenta Durandi, & ex eorum responsione eadem pars confirmatur. Concedimus ergo principali argumento, indulgentiam concedi per quamdam dispensationem Ecclesiastici thesauri, quod infra latius declarabimus: concedimus etiam esse magnum beneficium, & opus misericordiæ concedentis indulgentiam: negamus tamen inde sequi hunc non esse actum iurisdictionis. Nam illa duo non repugnant, neque actus ille misericordiæ exerceri potest nisi a superiore in subditos quatenus tales sunt. Adde etiam, ita hoc esse opus misericordiæ, ut non omnino excludat æquitatem iustitiæ: tum quia non potest ille dispensatio pro solo arbitrio fieri, sed iuris ex causis: tum etiam, quia illa remissio nunquam fit sine aliqua sufficiente compensatione respectu Dei. Vnde ad primam confirmationem negatur sequela: nam, licet actus iurisdictionis includens coactionem, vel obligationem, locum habeat etiam in inuitum, actus tamen iurisdictionis voluntarij, qui est fauor, vel gratia seu privilegium, proprie non habet locum in inuitum. Et eadem ratione, quauis hic fit actus iurisdictionis, regulariter loquendo non obligatur superior ad illum exercendum: quia non obligatur ad fauores vel gratias concedendas, quauis interdum non repugnet obligari, saltem, ex charitate, si magna sit subditorum necessitas. Adde præterea, proprium esse horum effectuum interiorum, qui ad perfectam animæ purgationem coram Deo spectant, ut non possint inuitis concedi: sic enim absolutio à culpa, licet sit actus iurisdictionis, non potest inuito tribui: idemque est de absolutectione à poena. Vnde etiam in Purgatorio, ubi dubium non est, quin poenitentia illa sit actus diuinæ iurisdictionis, effectum suum non potest habere in inuitum. Sic ergo dicendum est in præfenti. Ad secundam confirmationem responderetur, licet actus iurisdictionis coactiuæ à nemine exerceri possit circa se ipsum, actum vero iurisdictionis fauorabilis, seu benefacientis, ut sic dicam, esse posse eiusdem ad se ipsum sub diuersis rationibus consideratum, scilicet ut Vicarium Christi, & ut hominem peccatorem, sicut in simili supra declarauimus tractando de ministro poenitentiarum. Atq; hoc facilius accidit, quando actus iurisdictionis directe respicit communitatem, & effectus eius redundat in concedentem, ut in partem communitatis: sic enim qui Ecclesiæ, vel civitati iubilæum concedit, illo frui potest. Ad tertiam confirmationem infra respondebimus, explicando modum quo indulgentiæ applicantur defunctis: nunc solum dicimus, etiam illud non fieri sine usu iurisdictionis erga viuentes, quibus conceditur, ut per modum suffragij lucrentur indulgentias pro defunctis.

Atq; hinc expeditur dubitatio, quam tractat Antoninus Roselli tractat. de indulg. num. 293 an hæc iurisdictionis indulgentiarum sit voluntaria, aut contentiosa: nam (ut ipse refert) quidam vnum affirmarunt, alij oppositum: ipse vero ait, esse voluntariam quando simpliciter conceditur indulgentia, esse vero coerciuam quando aliquis cogitur lucrari indulgentiam loco poenitentiarum iniunctæ. Nihilominus verum est semper esse actum iurisdictionis voluntarij: nam iurisdictionis voluntaria illa est, quæ tantum in volentes exercetur l. 2 ff. de Off. Proconf. huiusmodi autem est actus huius iurisdictionis: quia non ligat sed soluit, & non nisi volentem: vnde regulariter conceditur indulgentia sub conditione alicuius operis voluntarij. Quod si aliquando quis obligetur à confessore, vel superiore ad lucrandam indulgentiam, illa obligatio non nascitur ex hac iurisdictione indulgentiarum, sed ex alia, quam sacerdotes habent ad ligandum & soluendum in foro sacramentali, quæ

Argumenta Durandi diluuntur.

Ad 1. confirm.

Ad 2. confirm. firm.

Ad 3. confirm. firm.

Ggg 2 quæ

Alex. 3.

quæ longe diuersa est: & licet simpliciter voluntaria etiam sit, aliquid participat contentiose iurisdictionis, quatenus ligare etiam potest, & punire.

SECTIO IV.

Quid sit indulgentia, seu quomodo proprie definienda sit.

Indulgentia definitio.

EX dictis concludimus, quid sit indulgentia, quam sic possumus definire, est quidam actus spiritualis iurisdictionis, quo peccator in foro Dei liberatur à reatu pœnæ temporalis extra sacramentum. Quæ definitio omnia continet, quæ sufficiunt ad explicandam rationem huius actus, & distinguendum illum à ceteris, & fere ex superioribus factis declarata est. Ut autem res ipsa magis constet, nonnulla sunt circa illam obseruanda.

Sub quo genere indulgentia constituitur.

Prima sententia.

ET primum circa genus aduerto, varias esse opiniones Doctorum. Quidam enim definiunt, indulgentiam esse absolutionem, vel remissionem pœnæ temporalis, qui in hoc nobiscum conueniunt, quod existimant esse actum iurisdictionis: addunt vero esse per modum sententiæ, per quam à pœna absoluitur debitor. Caiet. tract. de Indulgentiis, qui est 15. primitoni, c. 1. & 2. Soto in 4. d. 21. q. 1. art. 1. late Cordub. q. 3. de Indulg. Angelus, Rosella, Armilla, & alij definiunt indulgentiam per remissionem, aut relaxationem. Et videtur hæc sententia probari in dict. q. Quod autem, ubi indulgentiæ remissiones vocantur, & solum in subditos valere dicuntur: quia iudex tantum sibi subditum absolvere potest: in quo significatur indulgentiam esse iudicalem absolutionem. Ratione probatur, tum quia indulgentia est actus iurisdictionis & potestatis clauium, & non est actus ligandi, ergo est actus soluendi: ergo est absolutio, quia omnes actus clauium ad hos duos reducuntur: tum etiam, quia per indulgentiam infallibiliter (si claus non errat) liberatur quis à reatu pœnæ temporalis, ergo est vera absolutio à tali vinculo. Et confirmatur, quia in hoc videtur distinguî indulgentiam ab aliis Ecclesiæ suffragiis: nam etiam per suffragia liberatur is, pro quo offeruntur, à reatu pœnæ temporalis, tamen illud non fit absoluedo ex potestate iurisdictionis, sed quasi priuata donatione, indulgentia ergo liberat à pœna per modum absolutionis.

Confirmatio.

Secunda sententia. Durand. Palud. Syluest. Anton. Adrian. D. Thom.

Alij existimant indulgentiam non constitui essentialiter sub genere absolutionis, sed sub genere solutionis, quod per se non requirit iurisdictionem, sed æqualem debiti solutionem. Dur. in 4. d. 20. q. 3. & fere Palud. q. 4. Syluest. verb. Indulgentia, §. 3. & 4. Anton. 1. p. tit. 10. c. 3. Adria. 4. q. de indulg. & tribuitur. D. Th. in 4. d. 20. q. 1. artic. 3. q. 1. ubi significat indulgentiam non esse absolutionem, sed distributionem de satisfactionibus Christi, & Sanctorum existentium in thesauro Ecclesiæ: & ad 2. ait, qui indulgentiam suscipit, non absoluit simpliciter à debito pœnæ, sed dari illi unde debitum soluat: & ad 3. discrimen constituit inter absolutionem sacramentalem, & indulgentiam, quod absolutio sacramentalis est diminutio reatus, & hic effectus, inquit, non inducitur per indulgentias, sed pro eo datur indulgentiam, soluit panam, quam debebat de communibus Ecclesiæ bonis. Fundamentum est: quia indulgentia non habet effectum remittendi pœnas, nisi quatenus, per eam applicatur de thesauro Ecclesiæ tanta quantitas satisfactionis, quanta necessaria est ad condignam solutionem, vt constat ex definitionibus Clementis VI. in Extrauag. vnigenitus, & Leonis X. in Bulla contra Lutherum supra citatis, ergo indulgentia est so-

Fundamentum.

Clem. 6. Leo X.

lutio quædam debiti non vero propria absolutio, si quis esset damnatus ad mortem, & alius solueret ingenem pecuniam, vt eum ab illa pœna liberaret, non diceretur absoluisse reum ab illa pœna, sed pro eo potius soluisse.

Sed obici potest: quia illa duo non repugnant in eodem actu: scilicet, esse solutionem, & absolutionem: quia potest fieri absolutio potestatiue, vt sic dicam, coniungendo solutionem. Sic enim sacerdos sacramentaliter absoluens, verè soluit iudicialiter, & nihilominus ex Christi meritis, & satisfactionibus applicat quidquid necessarium est ad condignam solutionem, ita vt illa absolutio & remissio quauis gratis fiat respectu peccatoris, respectu vero Christi fiat ex perfecta iustitia. Responderi potest ex Palud. & Sylu. negando assumptum: putat enim per absolutionem sacramentalem non applicari satisfactionem Christi, sed merè liberaliter fieri remissionem, quia alias, inquit, minus liberalis esset Deus cum hominibus. In hoc tamen errant, nam sacramenta non operantur, nisi in virtute Christi, & applicando merita & satisfactiones eius, vt in 1. & 3. tom. visum est, latius in primo, ubi ostendimus, sicut Christus satisfecit sufficienter pro omnibus, ita etiam satisfecisse efficaciter pro his omnibus quibus peccata cum effectu dimittuntur. Multum etiam derogat illa sententia consilio diuino in mysterio Incarnationis, quo voluit summam misericordiam cum perfecta iustitia coniungere, in negotio iustificationis hominum. Neque in hoc est minus liberalis Deus, sed cum perfecta liberalitate, quod homini tribuit unde soluat, coniungit iustitiam, non remittendo sine debita solutione.

Alij respondent, esse discrimen inter remissionem sacramentalem, & per indulgentiam, quod illa innititur solutioni ex satisfactionibus solius Christi, & ideo habet vim efficacis absolutionis: indulgentia vero nititur in thesauro constante ex satisfactionibus Christi, & sanctorum: & ideo non potest simpliciter habere rationem absolutionis: quia ex satisfactionibus Sanctorum non potest oriri potestas absoluedi à pœnis peccatorum, sed ad summum potest oriri facultas applicandi illas satisfactiones per modum suffragij, & solutionis. Quod ex parte indicat Sot. d. 21. q. 1. art. 2. ante conclus. 3. dum ait, quando dicitur virtute passionis Christi, & Sanctorum fieri remissionem per indulgentias, non esse intelligendum potestatem clauium inniti meritis Sanctorum, sed solius Christi. Quare, inquit, si sola applicentur Sanctorum merita, non esset absolutio, sed tantum applicatio preij, quo fieret solutio. Vnde inferius ante solutionem argumentorum concludit, indulgentiam esse absolutionem à pœna temporali in virtute Passionis Christi extra sacramentum factam, & indissolubili indulgentiam, quatenus fit ex satisfactionibus Sanctorum, non esse absolutionem: quia nulla absolutio dari potest, nisi in virtute Passionis Christi, & in nomine eius, iuxta illud 1. ad Corinth. 1. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine eius baptizati estis?

Veruntamen hæc responsio nõ expedit difficultatem propositam, primo quidè: quia indulgentiam nunquã conceduntur ex solis satisfactionibus Sanctorum sine satisfactione Christi, sed indistincte ex hoc thesauro ex verisq; constante: nõquam enim in forma concessionis talis distinctio fit, neq; aliunde colligi potest, neque esset expediens: quia nec Sanctorum satisfactiones excludi debent propter eorũ honorem, & nostram vtilitatem: quia nõ nihil inuuant, vt infra videbimus: nec satisfactio Christi excludi potest, tum quia sine illa thesaurus est finitus, & posset exhauriri, & esse insufficientis: tum etiã quia sine illa potest esse perfecta iustitia: sicut ergo absolutio sacramentalis includit solutionem ex satisfactione Christi, ita etiam indulgentia, ergo ex

Obici potest.

Respondi potest.

Alij respondent.

Indicatur.

Coroll.

Inferitur.

1145

hac parte potest esse vera absolutio. Quod autem etiam inueter satisfactoribus Sanctorum, non potest impedire veritatem absolutionis: quia infinita Christi satisfactio semper habet efficaciam suam. Nec potest ibi distingui aliqua pars poenae remissa per modum absolutionis: quia in re ipsa non est talis partitio, sed totum remittitur propter Christum, etiam si nitatur remissio satisfactoribus sanctorum. propter quod Marfil. in 4. q. 12. cōcedit, etiam in absolutione sacramentali fieri solutionem ex meritis Christi, & Sanctorum: qui, licet in eo erret, quia sacramenta eorumque efficacia soli Christo nituntur, vt infra dicam: tamen in hoc verum habet, quod id non repugnat cum veritate absolutionis.

Marfil.

7  
Impugnatur secundo.

Vnde argumentor secundo: nam, licet daremus indulgentiam aliquam concedi à Pontifice, applicando solum satisfactoribus Sanctorum, hoc non impediret rationem absolutionis, in quo nō placet sententia Soti. Probatur assumptum: quia aliud est congregatio thesauri, aliud vti illo thesauro ad remittendas illas poenas: primum potius pertinet ad Sanctos, sua voluntate operantes superabundanter satisfactiones, & eas relinquentes in thesauro Ecclesiae. Vnde clarum est in eo actu non exerceri absolutionem aliquam, vel actum clauium: imo nec solutionem: quia nulla fit remissio, sed sola depositio tantae satisfactoribus in thesauro Ecclesiae. Secundum autem non pertinet ad Sanctos, sed ad Christum principaliter, ministerialiter vero ad Vicarium eius, cui ipse commisit eius thesauri dispensationem, & applicationem, vnde etiam congregatus fit. Ille igitur, qui concedit indulgentiam, etiam si fingamus illam cōcedere ex solis satisfactoribus Sanctorum vere soluit pro aliis, quibus tales satisfactiones applicat: argo eadem ratione dici poterit vere absolueri: quia eam solutionem facit actum iurisdictionis exercendo: vnde etiam thesaurus congregatus fit, dispensatio eius non est, nisi ex potestate clauium. Ideoque talis indulgentia, & absolutio vere fieret in virtute, & nomine Christi, & non sanctorum: quia, licet sancti dederint precium, vt sic dicam, non tamen potestatem ad absolvendum vtendo tali pretio, sed solus Christus: & ideo concedens indulgentias, non operatur in persona sanctorum, sed in persona Christi. Tum etiam: quia, quod tales satisfactiones Sanctorum possint aliis prodesse, & applicari, & infallibiliter acceptari à Deo, id totum Christus promeruit, ideoque principalis auctor talis absolutionis Christus est, proximus vero Vicarius eius per potestatem ab ipso acceptam. Quod ergo indulgentia concedatur ex satisfactoribus Sanctorum, non repugnat quominus absolutio esse possit. Vnde neque in decretis, aut Bullis, vel priuilegiis, in quibus conceduntur indulgentiae, vlla fit in hoc distinctio, sed eodem modo de illis est sermo.

8  
Solutio vna.

Melius posset responderi pro hac opinione ad obiectionem contra eius rationem factam, non repugnare quidem solutionem coniungi cum absolutione quando ipsamet forma solutionis, est per modum iudicij, & sententiae, vt cōtingit in sacramento Penitentiae: seclusa autem illa speciali ratione iudicij, solutionem non habere secum coniunctam ratione absolutionis, vt in suffragiis manifestum est, quando vnus pro alio soluit, & in sacrificio Missae, quod ex opere operato poenam remittit, non per modum absolutionis sed satisfactoribus, vel redemptionis. Et in aliis etiam sacramentis, quae similiter remittunt poenam ex opere operato, non quidem per modum absolutionis, sed cuiusdam spiritalis curationis & sanationis. In praesenti autem, indulgentiarum concessio non exercetur per modum iudicij aut sententiae, sed per modum cuiusdam simplicis donationis, per quam vnique fidelium tantum donatur de thesauro Ecclesiae, quantum necesse habet ad solvendum Deo pro tali, vel tali reatu poenae: erit

Fr. Suarez. tom. 4.

A igitur indulgentia donatio quaedam, seu dispensatio thesauri Ecclesiastici, seu suffragium auctoritate publica factum fidelibus, vt pro peccatis suis soluant, non tamen erit propria absolutio. Et confirmatur: nam indulgentia in vniuersali communis est pro viuis & defunctis, sed indulgentia pro defunctis non est absolutio: ergo neque indulgentia in communi potest per illud genus definiti.

Propter hoc vero vltimum argumentum potest esse alia sententia, quae distinguendum putat inter indulgentiam pro viuis, & pro defunctis, & priorem asserat esse veram & iudiciariam absolutionem: posteriorem autem minime, sed esse tantum subsidium quoddam, quod per modum suffragij, pro defunctis offertur. Indulgentia autem in communi (iuxta hanc sententiam) definienda non est, sed diuidenda in illa duo membra: quia sunt diuersarum rationum, & distinctorum generum, per quae singula diuidenda sunt. Hanc opinionem obiter attingisse videtur Bellarminus lib. 2. de Purgatorio, ca. 16. vbi ait, indulgentiam pro defunctis nihil aliud esse quam applicationem satisfactoribus Christi, & Sanctorum: nam propterea dicitur cōcedi per modum suffragij, non absolutionis. Expressius docuit, & egregie explicauit hanc sententiam idem illustrissimus Cardinalis in opere quod post hoc confectum ad nostras manus peruenit lib. 1. de Indulgent. c. 5. Fundamentum autem huius sententiae primo sumitur ex diuerso modo loquendi Pontificum, & Doctorum omnium de his indulgentiis: nam illae, quae conceduntur pro viuis, simpliciter vocari solent remissiones, relaxationes, & alia huiusmodi, quae absolutionem significant. Imo Martinus Quintus in vlt. sess. Concilij Constantiens. absolutionem plenariam eam vocat, & similes formae loquendi inueniuntur in aliis rescriptis. Illae vero, quae conceduntur pro defunctis, neque his vocibus appellantur, neque Pontifices dicunt se remittere poenas defunctis, sed concedere talem indulgentiam viuis, vt per modum suffragij possint eam offerre pro defunctis. Ratio vero est: quia Pontifex concedens indulgentiam, habet directam iurisdictionem in homines viuentes, & ideo potest eos absolueri à peccatis, vel in sacramento, vel extra sacramentum secundum diuersas potestates, quas habet, seu diuersos actus suae potestatis: in animas vero Purgatorij non habet directam iurisdictionem: quia sicut per mortem constituta sunt extra statum vitae, ita etiam sunt extra forum Ecclesiae militantis, ideoque directe non subsunt iurisdictioni eius: ergo indulgentia respectu earum non potest habere rationem absolutionis, sed suffragij.

9  
Tertia sententia.

Bellarmin.

Fundamentum.

Martinus V.

Quaestiois resolutio.

DOctrina huius vltimae sententiae quoad illa duo membra nobis probatur, quoad definitionem autem indulgentiae in communi, aliquid ei addendum est, quod in definitione à nobis data est innuatum. Explico singula: nam in primis verum esse indulgentias viuorum esse absolutiones à reatu poenae temporalis: in quo conuenit haec tertia sententia cum prima, quae de his indulgentiis sine dubio loquitur, & sufficenter probatur ex omnibus dictis, praesertim ex locutionibus Pontificum, quae possunt cum proprietate intelligi. Et declarantur praeterea in hunc modum: nam Pontifex concedens viuorum indulgentiam pro seipso, non donat illi tantam quantitatem satisfactoribus, vt eam possit pro suis peccatis offerre, & per eam soluere poenam debitam, sed immediate liberat subditum à tali reatu poenae: vtens potestate iurisdictionis ad hoc sibi concessa, & ideo ibi non interuenit propria donatio alienae satisfactoribus facta ei, cui cōceditur indulgentia: sed interuenit potius condonatio proprii reatus in virtute

10

Inda. Sicut viuorum sub absolutione consistunt.



fatistationis repositæ in thesauro Ecclesie: neque etiam interuenit quasi oblatio illius fatistationis facta Deo, vt ipse remittat alteri pœnam; ad eum modum quo in suffragiis fieri solet: sed interuenit etiam remissio facta à Christi Vicario, vice ipsius Christi, seu (quod idẽ est) facta à Christo per ipsum: ergo nihil ibi deest ad veram rationem absolutionis, & remissionis. Denique hic modus est possibilibus, & maxime consentaneus potestati clauium Ecclesie, & communi modo, ac formæ, quo illa exercetur, & nullum habet inconueniens, cur ergo negãdus est? Neq; vero multum curandum est an vera ratio iudicij & sententiæ in concessione indulgentiæ intercedat, tum quia hic non contendimus esse absolutionem per modum particularis sententiæ; qualis proferri solet inter partes, seruatõ iudicij ordine iuxta exigentiam talis fori, quomodo remissio sacramentalis est vera absolutio, sed contendimus esse absolutionem, id est, efficacem remissionem pœnæ immediate factam per voluntatem & declarationem Vicarij Christi vtentis potestate iurisdictionis sibi à Christo concessa. Tum etiam, quia non immerito talis concessio potest dici quædam sententiã interlocutoria, & absolutoria, quam iudex profert sine strepitu iudicij contentiosi, aut vindicatiui, vtendo benigna condonatione propter iustas causas, & simul, ac in actu exercito, vt sic dicam, bona ex communi thesauro applicando, quantum necessarium est: hæc enim sententiã partem hanc nõ excludit, vt recte sentit Bellarm. supra, ita interpretans auctores eius.

Altera pars de indulgentia pro defunctis pro nũc sufficienter probata est referendo tertiam sententiã: inferius enim in specie de hac indulgentia dicendum est in propria disputatione. Iam vero declaratur vltima pars: quia indulgentiæ pro viujs, & defunctis non ita sunt diuersarum rationum, quin sub aliqua communi cõuenire possint. Neque enim quando de indulgentia abstracte & in communi loquimur, æquiuoce loquimur, solumq; vt in communi nomine, sed conceptum aliquem habemus communem, ratione cuius multi effectus causæ, & proprietates vtriq; indulgentiæ communes sunt. Propter hanc ergo causam non sum vsus in definitione nomine absolutionis, & applicationis, sed in communi dixi, esse actum clauium, quo mediante liberatur peccator à reatu pœnæ temporalis: nam hoc vtriq; indulgentiæ conuenit, quatenus ea liberatio fieri potest & per modum absolutionis, & per modum suffragij, distinguiturq; per hoc genus indulgentiæ non sunt: nam illa non sunt actus clauium, aut iurisdictionis, non enim fundantur in potestate soluendi à Christo data, sed sunt actus charitatis, in cuius vnione & communicatione fundantur. Contineturq; sub ea definitione non tantum indulgentia concessa omni viuẽti pro seipso, vel pro alio defuncto, vel etiam pro alio viuõ: nam hæc etiam per modum suffragij concedi solet, vt infra declarabimus, non tamen sine actu iurisdictionis, & vsu clauium. Aliquibus autem videtur genus hoc nõ fuisse declarandum per actum iurisdictionis: quia definitiones debent esse communes omnium conceptiones, & ideo dari non debent per ea, quæ in controuerfia versantur, quale est, an indulgentia sit iurisdictionis actus. Veruntamen non censeo de vnus vel alterius dicto curandum, quando ceterorum omnium est concors sententiã atque ita fundata, vt singulare dictum vnus, nec probabile habeat fundamentum. Huiusmodi autem esse existimo sententiã hanc, quod indulgentia sit actus iurisdictionis: & ideo merito ac securissime potuit loco generis constitui. Quod si quis velit amplius ab opinionibus abstinere, dicat, indulgentiam esse concessiõem virtutis clauium factam, qua mediante liberatur peccator ex

II  
Indulgentia  
in communi  
communicatione  
conuenire,  
Et ideo vni  
ea definitio  
non esse de  
finita.

A opere operato, seu ad modum eius à reatu pœnæ temporalis extra sacramentum. Et hæc sufficienter ad explicandum genus indulgentiæ.

De differentia indulgentiæ constituta.

Circa differentiam quæ definitionem indulgentiæ cõplet. Caiet. in dist. Opus. de indulgentiis c. 2. definit indulgentiam esse absolutionem à pœna iniuncta in foro pœnitentiã. Sed ille procedit ex falsa sententiã, quam sequenti disputatione referemus, ibi ostendemus indulgentiam non tantum esse remissionem pœnitentiæ iniunctæ, imo, si nihil aliud remittatur quàm pœnitentiã iniuncta, illam non esse proprie indulgentiam, etiam si talis remissio extra sacramentum fiat, quidquid aliqui dicant: idem enim confessor, qui pœnitentiã iniunxit, potest illam remittere, etiam si non possit propriam indulgentiam concedere. Soto vero d. 23. qu. 1. art. 1. ita definit, Indulgentia est Ecclesiastica relaxatio pœnæ pro peccato delicti, qua extra sacramentum fit. Quæ quidem definitio in vltima differentia cum nostra cõuenit, & statim à nobis declarabitur. Simpliciter autem videri potest tota definitio conuenire remissioni pœnæ, quæ fit per suffragia: nam etiam illa fit extra sacramentum. Veruntamen si genus illud Ecclesiastica relaxatio, in bono sensu accipiatur, per illud videntur excludi omnes illæ remissiones, quæ indulgentiæ proprie non sunt, ideo enim relaxatio illa Ecclesiastica dicitur: quia debet fieri virtute clauium. Quod explicauit idem Soto in artic. 2. proxime ante solutionem argumentorum, dicens collationem indulgentiarum esse absolutionem à pœna temporalis virtute passionis Christi, non applicatæ per suum instrumentum, id est, per sacramentum, sed per peculiarem Ecclesie facultatem: atque hoc sensu parum dicit definitio à nostra differre. Et eandem ferè habet Medina disp. 4. de indulgent. capite 11. quanquam plures alias particulas, quæ nobis necessariae non videntur, addat, vt statim adnotabimus: & ponat loco generis compensationem, sentiens indulgentiam nunquam cõcedi per modum absolutionis. Aliam definitionem habet Corduba quæst. 3. de Indulg. quam latissime explicat, aliam Henricus quodlib. 15. quæst. 2. aliam Alexander A. lense. 4. part. quæst. 83. membr. 2. Alias refert, & explicat Albert. d. 20. artic. 16. Sed illas omitto: quia reuera sufficientes non sunt, & quam maxime Albertus approbat, cum definitione à Caietano data coincidunt.

Igitur in definitione à nobis proposita loco differentie vltimæ positum est, quod hæc pœnæ relaxatio, quæ per indulgentiam fit, extra sacramentum fiat: nam per hanc particulam, suppositis prioribus, sufficienter declaratur, & distinguitur indulgentia ab omni remissione pœnæ temporalis, quæ indulgentia non est. Per indulgentiam ergo dicitur liberari peccator à reatu pœnæ: quia indulgentia vt sic non liberat à culpa, sed supponit illã remissam, de quo infra videbimus. Et inde necessario fit talem pœnam debere esse temporalem, nec posse esse æternã: quia pœna æterna non per se, sed simul cõ culpa remittitur, & ideo non per alia remedia tollitur, nisi per ea, quibus remittitur mortalis culpa. Additum vero est, hanc pœnam esse debitam in foro Dei, & in eodem fieri remissionem hæc, quia etiam post peccatum remissum potest manere reatus pœnæ temporalis in foro humano, civili, vel Ecclesiastico, cuius remissio à prælato liberaliter facta são modo vocari potest indulgentia, non est tamen illa de qua nunc tractamus. Debet ergo hæc pœna esse debita ex lege diuina, & luenda in Purgatorio, si pro illa hac vita aliquo modo non satisfiat: reatu ergo huius pœnæ tollit indulgentia: & ideo dicitur tollere pœnam in foro Dei, quia pœnam ipsam legè diuinã relaxatam

11  
Caietani  
prima ratio  
110.

Medina

Corduba

Henricus

Alexander

Propriam  
Indulgentiam  
distinguitur

A quatuor  
liberari  
Indulgentiam

relaxatam

taxatam tollit: Deo ipso annuente, seu principaliter A remittente.

14  
Particulam  
ordinariae  
penae, à Me-  
dina ad hanc  
ad indulgentia  
definitio-  
nem non  
esse necessa-  
riam.

Addit vero Medina supra particulam quandam: scilicet, ordinariae penae: supponit enim quosdam esse poenas ordinarias, quae in vindictam peccati lege divina statutae sunt, alias vero esse extraordinarias, quae absque certa lege pro divinae voluntatis arbitrio interdum peccatoribus inferuntur, quales esse solent aliquae poenae huius vitae, ut in peccato David fuit mors filij, & similes. Vt ergo significetur, per indulgentias remitti ordinarias poenas, non vero extraordinarias putat particulam illam in definitione esse addendam. Sed non in officio compensationem, seu remissionem poenae temporalis ex vi indulgentiarum solum fieri de poena ordinaria in purgatorio sustinenda, ex praescripto divinae legis: quia aliae poenae, sicut sub certam legem non cadunt, ita nec de eis remittendis, vel commutandis in alia remedia facta est certa aliqua lex, aut promissio. Imo aliquando tam definita Dei voluntate statuuntur, ut propter nullam causam, vel orationem condonentur, ut in commemorato facto David videre licet. Nego tamen propterea necessarium esse particulam illam in definitione addere: tum quia iuxta subiectam materiam constat sermonem esse de hac poena: quia sermo est de remissione poenae, pro qua fieri posse condigna satisfactionem per se, vel per alium: ostendimus autem hanc condignam satisfactionem solum habere locum in ordinariis poenis: tum etiã, quia nulla est remissio, quae virtute clauium fieri possit circa extraordinarias poenas, ut propterea necessarium sit addere illam particulam ad distinguendam indulgentiam à tali remissione. Igitur quantum simpliciter sit sermo de poena, intelligitur de ea poena, quae sub potestate clauium cadere potest: quod non est necessarium explicite declarare in definitione: quia non omnia in ea declaranda sunt, sed ea tantum, quae ad constituendum definitum, illudque ab alio distinguendum sufficiunt, alioqui esset prolixissima, & redundans. Sicut etiam per indulgentias non tollitur medicinalis poena, sed satisfactoria, seu vindictiua, non tamen necesse est id in definitione explicare: quia medicinalis poena nullo medio remitti solet: talis enim remissio potius esset supplicium, quam fauor vel indulgentia. Adde denique, etiam si quis maxime illam particulam desideret, satis insinuari per alteram: in foro Dei, quia nulla poena dicitur proprie debita in foro Dei, nisi quae aliqua certa Dei lege taxata est, ac definita. Dũ ergo dicitur hæc remissio esse in foro Dei, satis indicatur cuius poenae futura sit.

15  
Alia particula non necessaria ab indulgentia definitione requiritur. Nam.

Idem dicendum censeo de alia particula, quae frequenter ab auctoribus additur: videlicet, quod hæc remissio fiat ex Ecclesiastico thesauro, ut inter alios addit Nauarrus, in Commentario de Indulgent. notat. 29. qui etiam ponit in hac definitione, indulgentiam debere concedi à prelato Ecclesie, & ob rationabilem causam. Verum quæ ad causas extrinsecas pertinent, non sunt in definitione ponenda. De priori vero particula aliqui necessarium putant addere, quod fiat ex thesauro constante ex satisfactionibus Christi, & Sanctorum, ut per hanc particulam differat hæc remissio ab illa quæ fit in sacramentis, vel sacrificio: illa enim fit ex solis meritis & satisfactionibus Christi, hæc vero etiam ex satisfactionibus Sanctorum. Et ratio differentie est, quia sacramenta & sacrificia sunt Ecclesie fundamenta, quam solus Christus sanguine suo fundauit, & ideo solum voluit, ut in suo merito, suaque potestate excellentie niterentur: extra sacramenta vero voluit honorare sanctos suos, & modum instituire, quo possent eorum abundantes satisfactiones per clauas Ecclesie aliis applicari, & prodesse. Atque ita illa particula recte separat remissionem indulgentiarum ab omni requisitione sacramentali. Hæc sententia, quoad

differentiam, quam declarare intendit, vera est. Opinor tamẽ clarius & melius declarari per particulam à nobis positam: scilicet, extra sacramentum, & hæc posita, aliam non esse necessariam. Primum ex terminis patet: solum aduerto, maxime positam esse particulam illam propter sacramentum Penitentiae: nam cætera satis exclusã videri poterunt per ipsum genus: nam in sacrificio, & aliis sacramentis, per se non interuenit actus clauium, nec est necessaria iurisdictio, nisi, ut recte & ordinate fiant, & ideo per illam particulam excludi etiam potuerunt omnia sacramenta. Maxime tamen posita est propter sacramentum poenitentiae, in quo intrinsece, & substantialiter, ut sic dicam, exercetur actus iurisditionis spiritualis, virtute cuius remittitur ex opere operato temporalis poena, vel simul cum culpa, vel interdum etiam relicta post dimissam culpam: illa tamen non est indulgentia, sed excellentior quædam remissio & absolutio, scilicet sacramentalis. Extra sacramentum vero nullo alio modo fit remissio temporalis poenae virtute clauium, & ad modum operis operati, nisi per indulgentiam: ergo posita illa particula, satis completur definitio indulgentiae.

Dices, per sacramentalia remittitur aliquando aliquid poenae temporalis ex vi institutionis Ecclesiasticae addendum: ergo fuisse: Extra sacramenta, & sacramentalia. Respondetur negando Assumptum, nisi contingat vlti alicuius sacramentalis adiunctum esse indulgentiam ex concessione Ecclesie. Vt, v. g. in templi dedicatione, vel Episcopali benedictione dicuntur concedi quadraginta anni indulgentiae, quæ remissio non fit per ipsum sacramentale, formaliter loquendo, sed concomitanter per indulgentiam illi adiunctam. Quomodo etiam in sacramento, v. gratia, communionis, contingit dari indulgentiam plenariam, si ad vltum sacramenti accedat concessio Ecclesie: sed illud non est per se, sed tantum concomitanter, & ideo talis remissio formaliter etiam fit extra sacramentum: sufficienter ergo per particulam illam completa est ratio indulgentiae. Non addidi vero illam particulam, De thesauro Ecclesie, aut, de meritis Christi, & Sanctorum, aut, de alienis

16  
Non esse necessarium in definitione addere particulam, extra sacramentalia.

meritis, ut alij aiunt, quia in primis omnes istae particulae necessariae non sunt ad distinguendam remissionem indulgentie ab aliqua alia, vt ex dictis patet. Deinde particula, de alienis &c. communis est omni remissioni peccatorum, quæ fit sine propria satisfactione eius, cui remissio donatur quia nulla fit nisi ob alienam satisfactionem alteri applicatam, vt in materia de satisfactione, & de suffragiis diximus. Et de remissionibus, quæ in sacramento, vel sacrificio fiunt, vere dici potest fieri ex thesauro Ecclesie, saltem quatenus constat ex Christi meritis, & satisfactionibus: licet autem non fiant ex satisfactionibus Sanctorum: tamen cum ad rationem indulgentiae parum hoc referat, quid necesse est in illius definitione hoc inuoluere? Maxime, quia licet fingeremus applicari ex Christi institutione per sacramentum poenitentiae, non tantum satisfactiones Christi, sed etiam Sanctorum, nihilominus illa non esset indulgentia, sed altioris ordinis remissio: scilicet sacramentalis, & ex diuino iure immediate proueniens, cum tamen indulgentiae remissio proxime, & immediate semper proueniat ex hominis concessione. Et è conuerso, licet per possibile, vel impossibile consumptæ essent omnes satisfactiones Sanctorum, quæ erant in thesauro Ecclesie, & ex solis CHRISTI satisfactionibus fieret similis concessio extra sacramentum, virtute clauium, illa nihilominus esset vera indulgentia, vt per se notum est.

17  
Particulam de thesauro Ecclesie, & similes non esse necessarias in hęc definitione.

Vltimo explicari solet in hac definitione poenam hanc, quæ per indulgentiam remittitur, debere esse relictam ex peccatis prius remissis quoad culpam.

17  
Non esse in hac de.

fnitione po-  
nendam,  
pena debere  
esse ex culpa  
remissis vel  
etiam.

Quæ quidem doctrina in se verissima est, sed adeo clara, ut ob eam rem non oportuerit definitionem pluribus particulis onerare. Nam eo ipso quod dicitur per indulgentiam dari remissionem pœnæ temporalis, indicatur non dari remissionem culpæ, quantum hoc etiam postea disputandum, & probandum sit. Rursus per se notum est in foro Dei non remitti pœnam, nisi remittatur, vel iam supponatur remissa culpa: quia quantum manet culpa, tantum manet homo dignus pœna, cum ergo indulgentia remittat pœnam in foro Dei, & per se non valeat remittere culpam, necesse est ut illa pœna sit ex his, quæ relinquuntur post remissionem culpam: atque in totum hoc sufficiens in prædicta definitione continetur. An vero necesse sit culpam, cuius pœna per indulgentiam remittitur, esse iam dimissam quando sit necessarium ad indulgentiam lucranda, vel sufficiat postea dimitti ante indulgentiæ effectum: item an hoc necessarium sit, non solum in culpa, quæ est causa talis pœnæ, sed etiam de quacunque alia concomitante mortali, quæstiones sunt infra tractanda, non vero in definitione involuenda, & ideo de definitione indulgentiæ hæc sufficiunt. De diuisione autem tractando de effectu, bus dicemus.

SECTIO V.

Utrum Indulgentiarum usus, vel iustitia, vel perfectioni repugnet.

Quæstionem hanc expediemus commode satisfaciendo nonnullis difficultatibus, in principio fere disputationis positus, quæ illam attingit, & illis nondum responsum est. Erat ergo prima difficultas, quomodo possit Ecclesia soluere quod non ligauit: videtur enim hoc iustitiæ repugnare, quia potestas ligandi & soluendi proportionem inter se seruare debent: at Ecclesia, nec imposuit, nec taxauit pœnas debitas in foro Dei: ergo nec tollere potest. Responderetur autem idem argumentum hinc posse de remissione pœnarum per sacramentum, quia etiam Ecclesia non taxauit illas pœnas. Dicendum ergo est, potestatem soluendi latius inter se patere potestate, ligandi: Pontifex enim soluit hominem à voto, quantum ipse illum non ligauerit. Probabile etiam est aliquando posse Pontificem soluere hominem ab obligatiõne ex iure diuino proueniente, atque ita posse soluere quod non ligauit. Unde secundo dicitur potestatem ligandi, ut sit ad æquata potestati soluendi, non semper iudicandum esse positivè, sed interdum priuatiuè, sicut de potestate retinendi peccata in sacramento penitentiæ declarauimus. In præsentibus ergo licet Ecclesia non liget per se ad pœnas Purgatorij, potest tamen quodammodo retinere illas quantum ad usum huius potestatis, vel iusta de causa non concedendo indulgentias, vel reuocando concessas, vel aliquem illarum usum & fructum priuando.

Nisi potestas  
ligandi prima  
sine summa  
197.

Solutur se-  
cunda diffi-  
cultas.

Diuina lex  
penam taxat  
non est abso-  
luta, sed co-  
nditionata.

Secunda difficultas erat, quomodo possit Ecclesia legem à Deo statutam irritam reddere, aut eius præscriptam voluntatem immutare. Sed hæc difficultas obijci etiam potest contra omnem effectum suffragiorum, imò & contra omnes satisfactiones iustorum. Dicendum est ergo, in hac lege diuina pœnam Purgatorij taxante non interuenisse efficacem, & omnino absolutam Dei voluntatem statuentem, ut omnis qui semel contraheret reatum talis pœnæ, illam in specie omnino sustineret, neque aliter posset illo reatu liberari: sed adiunctam esse conditionem nisi pro suis peccatis satisfaceret, vel aliis modis ab ipso Deo concessis plenam peccatorum veniam consequeretur: ex quibus modis vnus est per indulgentias, quarum concessio licet ab homine fiat: non tamen nisi ut à ministro Dei, utente potestate à

Christo concessa. Ideoque indulgentiarum usus neque est contra diuinam legem, neque illam irritam facit, sed est fauor quidam ipsamet diuina lege permixtus, & ad eius rigorem temperandum humanæ fragilitati valde accommodatus.

Ex quo facile soluitur tertia difficultas nimirum videri nimiam, & superuacaneam tã liberalem indulgentiam, cum sint in Ecclesia tot alia media, per quæ possint pœnæ peccatorum remitti. Respondetur tamen, hoc argumentum ad summum probare hoc medium non esse simpliciter necessarium, non tamen non esse valde vtile, & (ut Concilium Tridentinum dixit) Christiano populo maxime salutare. Quod non solum verum est propter proprium fructum, qui per se inrentum per indulgentias, qui est remissio pœnarum, sed etiam propter multa bona opera, quæ occasione, & desiderio talis fructus à fidelibus exercentur. Exercentur enim fides in Christum, & circa pœnas peccatis debitas, & circa valorem meritorum Christi, & potestatem ab ipso datam ad peccata tollenda. Ea etiam occasione crescit cultus, & religio, non tantum Christi, sed etiam Sanctorum, & obedientia, & amor erga Christi Vicarium. Quæ est moralis congruentia non contemnenda, indulgentiarum potestatem valde credibilem faciens: quilibet enim Rex, qui regna, vel prouincias longinquas per proreges gubernat, eis concedit facultatem aliquam distribuendi aliqua bona, vel fauores aut priuilegia aliqua concedendi subditis. Cum ergo Christus Vicario suo non dederit temporalia bona, quæ posset distribuere, deicit maxime ut saltem daret facultatē largiendi aliqua spiritalia, quibus Christianum populum sibi beneuolum redderet. Denique, est alia utilitas in hac gratia, quia spe & desiderio consequendi illam, aliqua opera pietatis, orationis, & penitentiæ exercent fideles, & ad iustitiam disponunt per contritionem, vel etiam per confessionem, atque interdum etiam ad Eucharistiam accedunt: quæ omnia absque huiusmodi fiducia non facerent, ut experimèto constat. Et quantum fortasse aliqua occasione satisfactionis aliquas, vel penitentiæ opera pro peccatis suis facere omittant, id tamen est per accidens, & ut ego opinor, spirituales viri dum indulgentias lucrantur, potius inde magis excitantur & prompiores redduntur ad penitentiæ opera: qui vel o illa occasione hæc omittunt, vel æqua facilitate id facerent, vel diutius in suis peccatis manerent sine indulgentiarum usu. Accedit tandem alia publica utilitas, quia cum sepius sint in populo Christiano plures calamitates & afflictiones, hoc medio excitat Ecclesiæ fideles ad purgandos animos, & exorandum Deum, ut ea mala seu calamitates auertat.

Vltimo ex dictis expeditur dubium tractatum à Caietano tom. 1. Opusc. tract. 10. quæst. 2. & Cordub. quæst. 40. de Indulgent. & Soto in 4. dist. 22. quæst. 7. art. 1. in fine, nimirum, an liceat, vel magis expediat usus passiuus indulgentiarum, id est, operari ad lucrandas illas. Certissimum enim ac de fide est, ex suo genere bonum & optimum id esse, cum quia si indulgentias concedere sanctum est, etiam illas recipere: tum etiam, quia frui thesauro Christi modo ab ipso concessio & instituto, sanctum est. Tum denique quia opus, quod sit ad lucranda indulgentiam, ex suo genere sanctum & bonum est, ut supponimus: & finis etiam ille est bonus, cum pertineat ad maiorem animæ puritatem, & ad tollendum impedimentum gloriæ. Propter quæ etiam censetur certum, tale opus non posse dici imperfectum, seu imperfectum. Duplici enim de causa hoc potest attribui: aliquid operi, scilicet, vel quia impedit perfectius opus, vel quia caret aliqua perfectione. Primum hic dici non potest, quia per se euidenter est hoc studium indulgentiarum per se non excludere alia perfectionis opera. Secundum etiam hic locum non habet, quia

quia fit sermo de carentia priuatiua, id est, perfectionis debita; fallum est: quia potest quis lucrari indulgentiam nihil eorum omittendo, quæ ad talis operis perfectionem necessaria sunt. Si vero fit sermo de carentia negatiua, est impertinens, quia hoc modo quidquid est præter Deum, imperfectum est.

Dices nullo ex his modis vocari hoc opus imperfectum, sed in genere satisfactionis, quia talis modus satisfaciendi Deo pro culpa commissa, imperfectus est. Respondeo primo, acquisitionem indulgentiæ, non impedire quominus possit homo, si velit, propriam & personalem satisfactionem exhibere per propria opera pœnalia, & ita hoc lucrum ex se nullam perfectionem excludit. Deinde nego illam satisfactionem esse imperfectam, alioqui etiam satisfactio, seu remissio pœnæ per sacramenta, vel sacrificium esset imperfecta, quia non fit iuxta mensuram proprii laboris seu pœnæ, sed infra illam: id autem fallum est, quia fit perfectissima compensatio ex satisfactionibus Christi. Sic ergo in presenti in hoc sensu fit perfecta satisfactio, seu potius solutio. Nam satisfactio in rigore connotat habitudinem ad hominem operantem: in quo sensu verum est, eum, qui lucratur indulgentiam non perfecte satisfacere; illa vero, vt dixi, tantum est imperfectio negatiua, quæ non excludit, quin talis satisfactio aliter exhiberi possit, neque aliud quidpiam ad perfectionem necessarium est. Quin potius assero, exhibere satisfactionem per propria opera pro reatu pœnæ temporalis, si alioqui ex satisfactionibus Christi, vel Sanctorum facta est condigna solutio, per se non pertinere ad perfectionem sanctitatis, aut charitatis, quia iam sufficienti modo comparatus est ille effectus: ipsa vero opera conuenientia talem satisfactionem, conferunt maxime ad perfectionem, vel propter eorum merita vel propter comparandas virtutes, moderandas passiones, & vitia præcauenda, vel propter conformitatem cum Christo in passionibus & doloribus, quæ possint aliis ad remissionem prodesse; denique ad exercendam charitatem, & promptitudinem voluntatis satisfaciendi Deo, ac si pœnam non remississet: quæ omnia propter acquisitionem indulgentiarum nec impediuntur, nec minuantur: nulla ergo ratione dici potest imperfectus ille actus.

6  
Nunc religio  
si expedit  
indulgentias  
lucrari.

Ex quo etiam (vt obiter dicamus, quia res est factilis) cessat illa questio vulgaris apud Scholasticos, an indulgentias lucrari cõsentaneum sit statui religiofori: omnino enim affirmandum est, nam etiam illi possunt indigere huiusmodi subsidio, & nihil repugnat, per se loquendo, statui eorum, vt declaratũ est. Quod si aliquando opus aliquod requisitum exercere non valent, talem quidem indulgentiam obtinere non poterunt, nisi in ipsa exprimat, vt infra dicemus: tamen id non prouenit ex eo quod lucrari indulgentias repugnat statui perfectionis, sed quia talis indulgentia hic & nunc pro illis nõ est concessa, seu non est illis accommodata.

7  
An sit con-  
sultius pec-  
niam in ele-  
mosynam  
dare, quam  
in subsidium  
ad lucrandum  
indulgentiam.

Cessat præterea alia questio, quam Caietanus in dicit. Opuscul. questio tertia, tractat, nimirum, an sit melius dare argentum, verbi gratia, in elemosynam, quam dare in subsidium ad consequendam indulgentiam: hæc enim comparatio, vt recte fiat, non debet fieri inter actus in indiuiduo, sed ex suo genere. Nam in indiuiduo aliquando potest esse, nõ solum melius, sed etiam necessarium ad bonitatem moralem dare elemosynam, prætermissa indulgentia, si vtrumque fieri non potest, vt si præceptum elemosynæ pro tunc vrgat. Aliquando etiam, quæuis circumstantiæ non obligent ad præceptum, tales esse possunt, vt hic & nunc consultius sit dare elemosynam, quam lucrari indulgentiam: aliquando vero mutatis circumstantiis, potest hoc esse melius. Sicut Magdalena melius fecit vngendo corpus

A Christi, quam si vnguentum illud pro pauperibus reseruasset, vt Christus ipse Matth. vigesimosexto, significauit. Loquendo autem ex genere, censo esse melius subsidium facere ad consequendam indulgentiam, tum quia tale opus ex illo sine ad pœnitentiam spectat, cuius munus est diuinam recompensationem & solutionem intendere, licet sub aliis motiuis possit etiam esse à charitate, vel spe, quæ omnes sunt virtutes perfectiores misericordia. Ex fine etiam intento à Pontifice regulariter tale opus aut est religionis, aut iustitiæ legalis, aut charitatis ad commune bonum, & ideo ex suo genere melius est.

Math. 26.

Cessat deniq; interrogatio, quam attigit Soto in fine dicitur. scilicet, an sit opus maioris charitatis ad Deum, velle in Purgatorio soluere per rigorosam pœnam, quam ex alieno soluere per indulgentiam. Ad quam ipse respondet, considerata solum pœna sensus, videri illud maioris charitatis, ob tolerantiam tamen pœnam damni, & impedimentum visionis beatæ: quam maxime appetit charitas, simpliciter melius esse velle liberari ab illo reatu quocunque modo. Ego autem non video quomodo ad charitatem pertineat velle pati pœnas Purgatorij, aut per illas soluere, potius quam per quamcunque aliam satisfactionem propriam, vel alienam, quia in illis pœnis non crescit charitas, neque in illis est cõformitas ad Christum, neq; pro aliis est aliqua vtilitas, sed solum ad purificandam animam viles sunt: quacunque ergo alia via hoc perfecte fiat, eligibilis est etiam ex charitate, quia, omnibus pensatis, melius est purificationem hanc fieri in hac vita, quam in alia, si cætera paria sint quoad meritum, & augmentum charitatis.

8  
Sine opus  
maiori cha-  
ritate velle  
satisfacere  
in purgato-  
rio, quam  
lucrari, in  
indulgentia.

DISPUTATIO L.

De effectu Indulgentiarum.

**R**inquam de causis indulgentiarum dicamus, dicendum est de illarum effectu, quoniam proxime coniectus est cum propria ratione & quasi essentia indulgentiæ. Vnde inter eam explicandam multa supposuimus, quæ nondum probata, nec satis explicata sunt. Hoc ergo in presenti disputatione perficere necesse est. In qua præcipue tractandum est, scilicet quis, & quoruplex sit hic effectus, vbi obiter constabit quoruplex sit indulgentia. Quomodo autem hic effectus fiat, tractare non est necesse; sit enim per simplicem hominis concessionem, vt satis in præcedenti disputatione declaratum est: ideoque solum fit morali modo, non phylice: nam & ipse effectus omnino moralis est, neque alium modum causalitatis requirit, vel admittit.

SECTIO I.

Vtrum effectus indulgentiæ extendi possit vsque ad culpam.

**R**atio dubitandi sumi potest ex verbis Christi Matth. decimosexto, quibus potestatem concedendi indulgentiam probauimus, Tibi dabo clauem. Regni celorum & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in calis. Nam, si argumentũ superius à nobis factum ad potestatem indulgentiarum probandam ex vniuersitate & amplitudine horum verborum efficax est; perinde probare videtur eam potestatem extendi ad indulgendas culpas, quia culpa est maximum impedimentũ ingrediendi Regnum celorum;

Ratio dubi-  
tandi.  
Matth. 16.

calorum: & signum illud distributum, quodcumque omnia hæc impedimenta complectitur: ergo clavis illa valet etiam ad tollendum hoc obstaculum, & potestas ibi promissa non est illa sacerdotalis, quæ data est Ioann. 20. solumque operatur in sacramento; sed est illa pastoralis, quæ data est Ioan. 21. & operatur extra sacramentum, vt supra in sinu uimus: sub qua continetur potestas concedendi indulgentias: ergo illa etiam ad remissionem culpæ extendi potest. Confirmatur ex tenore uerbis, uel aliorum priuilegiorum, quibus hæc indulgentiæ conceduntur, absolute enim promittunt remissionem peccatorum; quæ simpliciter dicta non est nisi remissio culpæ: & interdum distincte concedunt integram absolutionem à culpa; & à pœna: ergo utrūque potest indulgentia remittere. In contrarium uero est communis usus & sensus Ecclesiæ: nam indulgentiæ solum ad remissionem pœnarum temporalium ualere censentur. Atque hoc etiam probat definitio indulgentiæ superius data, quæ ex hoc usu & communi consensu Doctorum sumpta est.

*Prima Conclusio.*

**D**icendum est primo, indulgentiam per se non posse conferre remissionem culpæ mortalis, concomitanter uero aliud interdum secum affert, quod ad illam facilius consequendam prodest. Hæc posterior pars est facilis, nam interdum cum indulgentia conceditur facultas absoluedi à peccatis seruatis, uel à censuris, uel ad cõmutanda uota, uel interdum etiam alia debita; & restitutiones componendas; quæ omnia multum iuuant ad facilius obtinendam ueniam & absolutionem culpæ, quæ facultates non sunt indulgentiæ proprie loquendo, sed alia priuilegia, quæ quatenus ad indulgentiam disponunt, adiunguntur. Addo etiam ad indulgentiam obtinendam sæpe postulari opera, per quæ remissio culpæ obtinetur, tunc autem indulgentia non est causa per se & formalis (vt ita dicam) uel efficiens talis remissionis, de qua causa prior pars conclusionis intelligitur. Quæ certa est de fide, vt exiſtimo. Probatur autem ab aliquibus, quia remissio indulgentiarum solum fit per dispensationem thesauri Ecclesiastici: thesaurus autem ille solum consistit ex satisfactionibus Christi, & Sanctorum, quæ tantum ualent ad temporalem pœnam propter peccatum debitam compensandam: ergo neq; indulgentia, quæ fit per dispensationem huius thesauri, potest ultra hanc pœnam extendi ad remissionem ipsius culpæ mortalis. Hæc uero ratio non est cõueniens: nam licet satisfactiones Sanctorum solum ualerent ad compensandam temporalem pœnam, satisfactiones Christi, etiam ad æternam pœnam compensandam; & morale culpam delendam non solum æquiualentia, sed etiam superexcedentia sunt: ergo ex parte thesauri secundum se totum spectati non est inopia, sed abundantissimum premium ad huiusmodi effectum. Vnde, si de potetia absoluta loquamur, non dubito quin potuisset Christus concedere potestatem suo Vicario ad remittendas culpas, etiam mortales, per simplicem concessionem ueniæ extra sacramentum, postulando etiam ex parte peccatoris solam attritionem, nam in hoc nulla est repugnantia, uel contradictio ex parte effectus. Nam etiam de fide certum est, Christum ipsum per potestatem excellentiæ posse hoc facere. Neque etiam est repugnantia ex parte causæ, quid enim obstat quominus potuerit Christus participationem illius potestatis cum suo Vicario communicare? Illo autem casu posito, talis remissio esset indulgentia quædam similis illi, quam descripsimus circa temporales pœnas.

**3** Quod ergo in Ecclesia non sit potestas ad talem

**A** indulgentiam concedendam ex parte thesauri, probari non potest: sed ex eo probandum est, quod talis modus dispensandi thesaurum, seu satisfactiones & merita Christi in eo contenta, non est Ecclesiæ concessus: & hoc dicimus esse de fide. Quod probatur primo, quia peccatum mortale non remittitur sine infusione gratiæ sanctificatiõis: sed gratia iustificans non potest infundi per solam indulgentiam, seu remissionem aliquam extra sacramentum factam: ergo. Maior est certa de fide; vt suppono ex materia de iustificatione, & ex doctrina Concilij Tridentini sessio. 6. cap. 7. Minor etiam de fide est ex doctrina eiusdem Concilij Tridentini sessio. 6. canon. 4. de Sacramentis in genere, ubi definit, sacramenta nouæ legis esse ad salutem necessaria, & sine eis, aut eorum uoto neminem posse gratiam iustificationis adipisci: quod dictum est ratione baptismi respectu infidelium, & (quod ad præsens spectat) ratione sacramenti Pœnitentiæ respectu baptizatorum, qui post baptismum lapsi sunt. Vnde idem Concilium sessio. 14. in particulari de his agens, docet capitulo secundo, sacramentum Pœnitentiæ esse ad salutem lapsi post baptismum necessarium. Est ergo de fide, non esse in Ecclesia potestatem ad conferendam gratiam iustificantem, uel remissionem peccati mortalis homini lapsi post baptismum extra sacramentum Pœnitentiæ: ergo nec ad concedendam indulgentiam, per quam talis remissio tribuatur extra sacramentum.

**D**icere quis potest, esto hoc uerum sit, si omnino excludatur sacramentum, tamen posse intelligi huiusmodi indulgentiam extra sacramentum in receptum, cum uoto illius. Respondetur, etiam hoc nullo modo locum habere, quia uel illa iustificatio in uoto sacramenti futura erat per ueram contritionem, aut per solam attritionem, aut sine utraq; per solum propositum consistendi: hoc postremum est manifeste contra principium fidei, sine pœnitentia neminem iustificari posse: quia est, semper que fuit ad salutem necessaria, ex eodem Tridenti, sess. 14. c. 4. omnis autem uera pœnitentia sub contritione, uel attritione includitur, ibidem cap. 4. Secundum etiam dici non potest iuxta principia fidei: nam contritio imperfecta, quæ attritio dicitur, sine sacramento pœnitentiæ per se perducere peccatorem ad iustificationem nequit, vt eodem c. 4. idem Concilium docuit. Et quantum probabile sit huiusmodi attritionem bona fide coniunctam alicui alteri sacramento in re ipsa suscepto, vt v. g. Eucharistiæ uel Extremæ vnctiõis, possit perducere hominem ad iustitiam & remissionem peccati mortalis, in uoto sacramenti pœnitentiæ: tam quod hoc possit facere sola attritio sine adminiculo & operatione alicuius sacramenti, propter solam extrinsecam hominis concessionem, aut remissionem, alienum est à doctrina fidei, & inaudientum in Ecclesia. Quia nulla sunt, instrumenta continentia gratiam Christi, illamque ex opere operato conferentia, præter septem sacramenta: nec ministri Christi possunt aliter gratiam conferre ex opere operato, nisi ministrando aliquod ex his sacramentis: attritio autem non potest perducere hominem ad iustificationem, nisi ratione alicuius gratiæ collatæ ex opere operato: extra sacramenta ergo fingi non potest remissio peccati mortalis cum sola attritione. Si autem dicatur primum, scilicet, tale uotum habendum esse per contritionem, iam tunc indulgentia non operatur remissionem peccati mortalis, sed supponit illam, quia supponit contritionem, quæ hominem Deo statim reconciliat, in se includendo pœnitentiæ sacramenti uoti, quem effectum, quantum attinet ad remissionem culpæ, & pœnæ æternæ, quæ conferret, etiam si indulgentia concessa non sit, aut licet homo habeat uoluntatem & propositum non lucrandi illam: ergo signum est indulgentiam per se nihil conferre ad remissionem mortalis culpæ. Atque

*2* Posterior conclusio pars uisitat.

*Quorundam probatio prioris partis conclusionis.*

*Improbatio*

Atque hoc confirmant omnes formulæ concedendi indulgentias, vñtate in Ecclesia, semper enim explicant concedi hominibus contritis, vel confessis, vel aliquid simile, per quod ostenditur, supponendam esse confessionem, vel contritionem, quia proprius eius effectus non potest per indulgentiam dari. Et in iure sæpe significatur per indulgentiam compensari satisfactionem, quæ est tertia penitentię pars, non vero contritionem, vel confessionem. Et ideo in c. Cum ex eo, de Pœnit. & remiss. dicitur, per indulgentias in discretas enervari satisfactiones: Atq; ita in hac parte conveniunt Theologi omnes in 4. dist. 20. vbi D. Tho. qu. 1. arti. 5. p. 1. brevitè indicat discursum à nobis factum, dicens, quantum merita illa, quæ per indulgentiam communicantur, possent valere ad merendum gratiam: non tamen propter hoc dispensari, sed determinate propter remissionem pœnæ. Eadè in sententia conveniunt ibi Palud. Dur. Capr. & alij. Soto d. 21. q. 2. art. 3. & Summistæ omnes ver. Indulgentia, præsertim Sylvest. q. 1. e. Anton. 1. p. tit. 10. cap. 3. §. 4. & 5.

Cap. Cum ex eo, de Pœnit. ut & re. wiff.

D. Tho.

Palud. Durand. Capr. Soto. Sylvest. Anton.

Possintne indulgentia per modum impetrationis valere ad remissionem culpæ.

Rationes pro affirmativa parte.

D. Thom.

300.

7

An concessio ad impetra.

Dicit vero aliquis, prædictis rationibus recte probari, indulgentias non valere alicui immediate & per se ad culpam mortalem remittendam, non tamen probari quin mediate valere possint, impetrando saltem peccatori bonum motum, quo se dispensat sufficienter ad remissionem peccati mortalis: hic enim fructus indulgentiæ non includit in se repugnantiam, quia vnus homo iustus potest alteri impetrare, & mereri de congruo remissionem peccati mortalis dicto modo, ergo ex parte effectus nõ repugnat idem fieri per indulgentias Ecclesiæ. Neque etiam repugnat ex parte thesauri, in quo indulgentiæ nituntur, vt à fortiori probant quæ in superiori discursu diximus, imo ad hoc nõ solum Christi merita, sed etiam merita Sanctorum valere possunt, saltem de congruo, nam hæc etiã reposita sunt in thesauro Ecclesiæ, vt in sequenti sectione declarabimus, & nõ omnia habuerunt proportionatũ præmium: poterunt ergo per Ecclesiam ad hunc effectum applicari, Neq; etiam est aliqua ratio ob quã Ecclesiæ negamus hanc potestatem, cum hoc beneficium non sit minus necessarium toti Ecclesiæ ad suorum membrorum sanctificationem, quam remissio temporalis pœnæ. Vnde D. Thom. supra refert quosdam antiquos Doctores dixisse indulgentias valere ad hunc effectum, & quantum ad illud posse esse viles, etiam his, qui sunt in peccato mortali. Et ipsemet D. Thom. ait, quantum est ex parte thesauri & potestatis Ecclesiasticæ ad applicandum illum, posse indulgentias habere hunc effectum; tamen de facto non valere, quia ad hoc non applicantur: hoc autem colligit ex vñtata forma indulgentiarum, per quam solum conceduntur pro vere contritis vel confessis: vnde peccatoribus vt sic, nõ applicentur ad aliquem effectum, Si autem (inquit) fieret communicatio per hunc modum; Facio se participem meritum totius Ecclesiæ, vel vnus congregationis, vel vnus specialis personæ: sic posset valere ad merendum aliquid ei, qui est in peccato mortali, vt prædicta opinio dicebat. Atque idem sentit Soto, d. 21. q. 2. ar. 3. qui solum dicit, opera Christi, & sanctorum non applicari per indulgentias in ratione meriti, sed solum in ratione satisfactionis: hoc autem non probat, neq; amplius declarat. Vtrumq; autè à nobis præstandũ est quoad fieri possit. Tria ergo hic possunt inquiri: primum est, an illa concessio possit fieri ab Ecclesia ad talem effectum; secundum, an aliquando fiat: tertium, an fiat per indulgentias, seu an talis concessio habeat rationem indulgentiæ, Vt autem ab hoc vltimo incipiam, cer-

te talis concessio, neque est, neque proprie dici potest indulgentia. Probat, quia indulgentia, vt constat ex ipsa voce, & ex vsu Ecclesiæ & ex omnibus dictis de illius definitione, est remissio quædam: illa autem concessio non est remissio, sed impetratio, seu adiutorium quoddam longe diuersæ rationis: sicut quado vnus iustus impetrat peccatori bonũ motũ contra peccata, non potest dici illi remittere peccatũ. Vnde colligo concessionem huiusmodi non pertinere ad potestatem ligandi, & soluendi, quæ est in Ecclesia, quia non est proprie actus iurisdictionis, nec vinculi, aut solutionis. Nihilominus tamen negandum non est, esse hanc potestatem in Ecclesia, vt D. Thom. aperte, docet, & probat ratio facta, & ex ipso actu magis declaratur. Pertinet enim genus hoc beneficij ad suffragia & intercessiones Ecclesiæ, quæ sicut publicas orationes pro suis membris offerre potest, ita etiam merita Sanctorum suis orationibus adiungit, vt facilius à Deo exaudiantur: seclusa enim remissione pœnarũ, non videtur posse merita Sanctorum aliter applicari ad aliquem effectum, quatenus merita sunt; sic enim in hac concessione applicatur, & nõ vt satisfactiones sunt. Pertinet ergo hæc potestas, quæ est in Ecclesia, & communicationem suffragiorum in ratione meriti vnus pro alio, quæ vel est eadè cum impetratione, vel certe ab illa non separatur. Vnde actus eius consistit in Ecclesiæ intercessione offerentis etiam merita Sanctorum, vt facilius exaudiat, & hoc totũ applicantis ad aliquod beneficium tali personæ, Prouinciæ, aut etiam toti Ecclesiæ obtinendum. Quomodo etiam potest applicari ad impetrandam detestationem peccatorũ, morum emendationem, extirpationem errorum, & similia, quæ frequenter in tabularis proponuntur; & ideo licet hoc beneficium non sit indulgentia, solet esse cum illa coniunctum: quanquam regulariter potius sit finis intentus per tabulariam, & indulgentiam, quã præparatio ad indulgentiam consequendã: ideoq; indulgentia solum conceditur confessis, vel contritis, vt ipsi puriores sint, meliusq; dispositi ad fouendam Ecclesiæ orationem, & cooperandum ad efficaciorẽ impetrationem.

differe. sionem est pa habet rationem indulgentiæ.

Est tamen in Ecclesia potestas ad hanc concessionem.

Indulg. non habet aliquem spirituale effectum, sed solum vniuersum.

Indulg. non valet ad remissionem pœnæ aternæ. Ratio dubia. Valeatne indulgentia ad commutandam aternam pœnam in temporalem.

Ex quibus infero primo, indulgentiam, quatenus talis est, per se & immediate nõ habere aliquem spirituale effectum positiuũ in eo, cui conceditur, sed solum princiũ moraliter, qualis est ablatio alicuius pœnæ. Probat ex dictis: nam, si posset habere aliquem effectum positiuũ, maxime esset aliquod diuinum auxilium obtentum per modum impetrationis aut meriti de congruo: hic autem operandi modus non pertinet ad indulgentiam, quatenus talis est, vt ex proxime dictis constat. Ratio enim facta de impetratione auxilij ad contritionem habendã, quæ procedit de quocunq; alio auxilio, aut effectu positiuo. Dixi autem, per se & immediate, quia remote, & ex accidenti multum deseruit indulgentiæ & eius proprius effectus ad alios spirituales effectus, tũ quia conscientie puritas interiore pacem, & spirituale gaudium secum affert: tum etiam quia cæteris paribus oratio cum ea dispositione facta magis accepta Deo est, faciliusque à Deo impetrat. Secundo sequitur ex dictis, sicut indulgentia per se non valet ad remissionem culpæ mortalis, ita etiam neque ad remissionem aternæ pœnæ, quia hæc simul & copcomitanter cum aterna pœna remittitur. Dubitari autem potest, quia pœna aterna frequentius commutatur in temporalem, an saltẽ hæc commutatio fiat aliquando ratione indulgentiæ in minorem pœnam. Est ratio dubij, quia interdũ commutatio fiat aliquando ratione indulgentiæ in quo aliquis iustificatur, vt, v. g. quando homini conceditur, vt per confessionem talem indulgentiã obtineat, vel vt simul absoluitur à culpa, & à tota pœna: tunc enim ratione indulgentiæ sæpe commutatio fiet in minore pœnã quam fieret sine indulgentia, vt

erit

erit totalis remissio pœnæ æternæ: ergo interdum valet indulgentia ad minorem commutationem, vel etiam ad integram remissionem pœnæ æternæ. Respondedo, etiam in his casibus indulgentiam proprie non versari circa æternam pœnam, sed tantum circa temporalem. Duplex enim causa, & duplex actio moralis, atque adeo duplex remissio ibi intervenit, licet utraq; in eodem instanti fiat: prima causa est sacramentum, vel contritio, quæ prius natura remittit culpam & consequenter pœnam æternam, eamque in tantam temporalem commutat, quantum est ex se; statim vero in secundo signo naturæ applicatur alia causa, nimirum indulgentia, quæ pœnam ex prioris remissione relictam, vel minuit, vel omnino aufert. Neque obstat, quia videtur sequi, in eodem instanti fieri reatum tantæ pœnæ temporalis ex vi prioris commutationis, & tolli, vel diminui per posterioris remissionem, quod iuxta principia Metaphysicæ videri potest impossibile: nam hoc moraliter spectandum est, nam revera in eodem instanti non fit introductio, & mutatio in eodem reatu pœnæ temporalis: sed quia ex vi solius sacramenti, vel contritionis commutatio fiat in tantum reatu, ideo talis causa hunc tantum effectum moraliter habere dicitur, quæ vero ratione indulgentiæ fit ut talis vel tantus reatus non introducatur, ideo remissio, vel diminutio talis reatus temporalis dicitur esse effectus talis indulgentiæ.

*Indulgentiam per se non valere ad remissionem culpæ venialis. 2. Conclusio.*

**D**ico secundo in hac sectione: Indulgentia per se non valet ad remissionem culpæ venialis. Conclusio præcipue intelligitur de immediata remissione: nam quoad remissionem mediatam per imperationem alicuius mōris, eadem ratio est in præsentibus, quæ in culpa mortali, vt ex dictis patet. De remissione autem immediata non est tam certa hæc conclusio, sicut præcedens, quia ad remissionem culpæ venialis non est necessaria gratiæ infusio, neque operatio, aut votum alicuius sacramenti, sicut ad remissionem culpæ mortalis. Item, quia multi existimant sacramentalia delere culpas veniales ex opere operato, ob solam Ecclesiæ institutionem, quæ non potest esse nisi concessio quadam per modum indulgentiæ, sicut videntur hoc vel illo sacramentali. Præterea Beatus, & alii existimant transacto peccato veniali, nihil manere nisi reatum pœnæ temporalis: sed quilibet reatus pœnæ temporalis potest remitti per indulgentias: ergo iuxta illam sententiam peccata venialia possunt per indulgentias remitti: nam, quidquid in peccato veniali remissibile est, per indulgentiam remitti potest. Denique Palud. licet alias sentiat peccatum veniale habituale habere veram rationem culpæ, nihilominus in 4. d. 20. q. 4. in fine sentit vt probabile, posse culpam venialem per indulgentiam tolli. Sequitur Anton. 2. p. tit. 20. c. 3.

Palud.

Anton.

*Conclusio probatur: solvantur quæ aguntur in contrariis. Nauar. Adrian.*

Nihilominus conclusio posita multo probabilior est. Quam tenet Nauar. in Comment. de Indul. not. 10. n. 12. & seq. citans Adr. hum. 4. in materia de Indulgentiis fol. 4. Et est communior sententia Theologorum, restringunt enim effectum indulgentiæ ad pœnam temporalem, vt absolute culpam excludit. Ad quam probandam supponendum in primis est, peccatum veniale transiens actu, & manens habituale, esse aliquid distinctum moraliter à reatu pœnæ temporalis: quod in superioribus late à nobis confirmatum est. Quo supposito, certum est, donec auferatur culpa venialis, non posse tolli reatum pœnæ temporalis proportionatæ, quia in fine coniunctus est cum ipsa culpa, quæ intrinsece habet reddere hominem dignum pœna. Vnde posset quidem Deus manentem culpam, nolle dari homini pœnam debitam,

A quod etiam posset facere durante actuali culpa: tamen, quod existens culpa non sit homo dignus pœna ad fieri non potest. Soli ergo superest probandum, indulgentiam per se non habere vim ad tollendam culpam venialem habitualiter manentem, inde enim consequenter conflabit, nec pœnam tali culpæ debitam posset remittere, nisi aliunde supponat culpam ablatam. Primo autem potest hoc potest ex forma vitata in concedendis indulgentiis, scilicet, si is, qui ea lucrari vult, sit contritus & cōfessus, nam hæc conditio non videtur intelligi tantum absolute de ipsa persona, sed respectu de ipsi peccatis, quorum plenam remissionem aliquis consequi vult. Vnde sapientia in his privilegiis vel decretis explicatur, per indulgentias concedi remissionem temporaliū pœnarum.

B Secundo potest ratione ita declarari, quia venialis culpa deleri non potest secundum ordinariam legem sine actu hominis, quo prior voluntas aliquo modo mutetur, in quo multum differt à remissione pœnæ temporalis, quæ huiusmodi mutationem voluntatis non requirit. Sed per indulgentiam non datur homini huiusmodi actus contra peccatum veniale: ergo. Respondet in virtute Paludanus supra, licet ad remissionem peccati venialis requiratur talis, quæ contritio, nihilominus aliqua attritio cum indulgentia posse sufficere ad tollendum peccatum veniale, quæ per se sola non satis esset, & nunc vere dicitur tale indulgentiam, tollere veniale peccatum, sicut sacramentum dicitur tollere peccatum, non quia sine vlla contritione, vel attritione id faciat, sed quia cum aliqua attritione id facit, quæ per se non sufficeret ad illum effectum. Sed contra hoc est, quia quoties remissio culpæ etiam venialis tollitur sine dispositione per se sufficiente ad remissionem eius, necesse est intervenire aliquam causam, quæ ex opere operato possit delere culpam venialem, cuiusmodi est sacramentum: indulgentia autem, seu qui illi concedit, non habet virtutem sic operandi sine sacramento. Cuius ratio reddi potest, quia per sacramentum infundi potest gratia, seu gratiæ augmentum, & non per indulgentiam. Quamvis autem, absolute loquendo, ad remissionem peccati venialis non sit necessaria gratiæ infusio, tamen ad remissionem eius ex opere operato necessaria est.

C Quod aliqui adeo verum putarunt, vt dixerint, etiam de potentia absoluta non posse peccatum veniale tolli absque infusione gratiæ habitualis, quando aliquo tollitur sine dispositione actuali, quæ per se sola sufficeret ad remissionem venialis peccati, Quod licet in ordine ad potentiam absolutam non ita sit, cum non possit repugnantiæ vel contradictioni ostendi; tamen secundum legem ordinariam est id factum consentaneum rationi, tum quia ad remissionem venialis peccati per se necessaria est talis dispositio actualis, ergo quando Deus minori dispositione contentus, remittit talem culpam, id non facit nisi supposito imperfectionem actus per aliquid nobilius donum, etiam ipsi animæ inhaerentem, quod non est nisi habitualis gratia, vel iustitia: tum etiam, quia remissio venialis culpæ est aliqua hominis sanctificatio, quæ non fit quasi connaturali modo, nisi fiat per formam, vel dispositionem animæ inhaerentem: cuius signum est, quia ex se, & secundum legem ordinariam, & conclusis privilegiis legis gratiæ, non fit sine actuali dispositione sufficiente: ergo quando intervenit privilegium legis gratiæ, non fit sanctificatio minus perfecta: ergo non fit sine aliquo intrinseco dono saltem habituali. Vnde propter hæc causam, & similes, tractando de sacrificio Missæ dexti, non delere peccata venialia immediate & per se, quia non potest per se conferre gratiam habitualem, sed solum impetrare contritionem, vel amorem repugnantem peccato veniali. Quæ ratio cessat in pura remissione pœnæ temporalis, quia hæc non est propria sanctificatio, cum

Palud.

Palud.

Palud.

Palud.

Palud.

Palud.

cum non excludat veram malitiam mortalem ab anima, sed solum poenam, quae non est malitia simpliciter, & deinde fit, ut reatus poenae temporalis auferri possit sine vlla in trinitate dispositione hominis, per intrinsecum suffragium sacerdotij, aut satisfactionis alienae.

Rationi dubitandi in principio sectionis posita Javissit.

Ad rationem ergo dubitandi in principio positam respondetur, vniuersalem promissionem Petro factam non solum includere potestatem iurisdictionis, sed etiam ordinis; nec solum potestatem iurisdictionis, quae in foro exteriori seu extra sacramentum exercetur, sed etiam illam quae ad sacramentum poenitentiae spectat. Tamen quia potestas Ordinis non est maior in Pontifice summo, quam sit in aliis sacerdotibus, & Episcopis: ideo quoad hanc potestatem non est singulariter in Petro, sed ordinatus fuit sacerdos & Episcopus, quando alij Apostoli fuerunt ordinati. Quoad potestatem vero iurisdictionis in vtroque foro habet singularem & supremam excellentiam, ideo quae quoad hoc promissio illi facta impleta est Ioann. 21. Quapropter verissimum est, Petrum ex vi clauis sibi promissam posse remittere peccata etiam quoad culpam, quia ex vi promissionis sibi factae recepit immediate ab ipso Christo potestatem Ordinis, & supremam potestatem iurisdictionis: potestas vero haec non est potestas remittendi per indulgentias, sed per sacramentum. falsumque est hanc non fuisse comprehensam sub illa promissione, quauis non sola illa sed multiplex etiam alia potestas promissa fuerit.

Ad confirmationem ex verbis privilegiorum respondetur, peccatorum nomine saepe significari poenas peccatorum: iuxta illud 1. Machab. 12. vs. a peccatis soluantur. in eadem ergo significatione dicitur per indulgentias concedi peccatorum remissionem: quod ex vulgari modo loquendi, & ex aliis verbis eorundem lubilaeorum supra indicatis facis constat. Illa autem locutio absoluedi a culpa, & a poena ab aliquibus Scholasticis reprehenditur, praesertim Antonino, & Syluestro supra, & Supplemento Gabrielis in 4. d. 4. q. 3. art. 1. Imo etiam in iure non videtur probari, ut patet ex Clem. 1. de Privileg. & Clement. 2. §. 1. de Poenitent. & remiss. Quia vero, ut ibi notat Glossa aliquando vtuntur Pontifices illo loquendi modo, praesertim in concessione anni lubilaei in Extratragant. Antiquorum, de Poenitent. & remiss. ideo dicendum est, sensum illorum verborum in rigore esse, per huiusmodi indulgentiam concedi, ut qui eam lucratus fuerit, omnino absolutus maneat a culpa, & a poena, non quia indulgentia vtramque tollat, sed quia, ut habeat effectum, debet supponere remissionem culpam, & ipsa complet totius poenae remissionem. Aliqui etiam addunt, ex vi illorum verborum concedi non tantum indulgentiam, sed etiam licentiam ut quis possit absolui sacramentaliter ab omnibus culpis, etiam reseruat: praesertim ab his quae non habent censuram annexam: sed circa hoc consideranda diligentius sunt verba rescripti.

SECTIO II.

Virum indulgentia tollat reatum poenae temporalis debita apud Deum, vel tantum remittat poenitentias iniunctas in foro sacramentali.

Possumus in hac quaestione agere de potestate, vel de vsu seu de concessione indulgentiae prout de facto fit. Rursus de potestate multa possunt dici. Fr. Suarez, tom. 4.

bitari. Vnum est, an Ecclesia possit remittere reatum poenae temporalis apud Deum. Secundum, esto hoc possit, an solum illud valeat efficere post iniunctam poenitentiam sacramentalem pro tali culpa seu reatu, vel etiam antea. Tertium an possit etiam relaxare poenitentias sacramentales, tollendo nimirum obligationem eas implendi. Quartum, an haec duo ita connexa sint, ut non possit vnum sine alio fieri. Et similia fere possunt de vsu interrogari, atque ad omnia sigillatim respondebimus.

Per indulgentias posse poenam temporalem apud Deum debitam remitti. Conclusio.

Dico ergo primo, posse Ecclesiam talem indulgentiam concedere, ut per eam remittat extra sacramentum Poenitentiae reatum poenae temporalis apud Deum. Hanc assertionem censeo certam de fide: coindicit enim cum illa, qua in tota praecedenti disputatione demonstrauius, ostendendo esse in Ecclesia potestatem ad concedendas indulgentias, & per indulgentias intelligi veras remissiones, quae hunc habeant effectum: hic enim est communis sensus Ecclesiae, & fidelium omnium de indulgentiis, & Theologi omnes interpretantur. D. Thomas distinctione vigesima, quaestione prima, articulo tertio, Bonaventura 2. p. q. 2. & reliqui ibidem, Soto dist. 21. quaest. 1. art. 1. & 2. Denique Pontifices ipsi concedentes indulgentias hoc modo suam mentem interpretantur, ut videre licet in Extratragant. Vnigenitus, de Poenitent. & remiss. & ex aliis supra citatis, & infra commemorandis. Quapropter non oportet hic plures probationes afferre, sed petenda sunt ex disputatione praecedente: basis autem, & fundamentum omnium est testimonium Christi, Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelo: prout ibi expressum est.

D. Tho. D. Bon. Sot.

Hinc dico secundo, Ecclesia non solum potest remittere hunc poenae reatum per indulgentias postquam in sacramento est iniuncta poenitentia pro peccatis, ex quibus ortum est tale debitum, sed etiam antequam vlla poenitentia sacramentalis iniuncta sit, seu antequam talia peccata per confessionem sint delata ad sacramentale forum poenitentiae. Hanc etiam conclusionem existimo esse certam: & ita etiam in hoc Catholici non dissentiunt. Fundamentum a priori est idem, quia Christus Dominus dicit, Quodcumque solueris, non limitauit promissionem, seu potestatem ad reatum poenae, pro qua est sacramentalis poenitentia iniuncta: ergo nec nos restringere id possumus contra vim verborum, & sine vilo fundamento autoritatis, vel rationis. Imo adijungi etiam hic potest autoritas totius Ecclesiae, quae ita intellexit hanc potestatem, ut ostendit vsus plurium indulgentiarum, quae sub hac generali remissione conceduntur, & acceptantur, quas statim connumerabimus. Ratio etiam est: nam, si Ecclesia extra sacramentum potest remittere reatum poenae apud Deum non est cur expectet, quod pro tali poena sacramentalis poenitentia iniuncta sit: quid enim haec refert ad vsu illius potestatis? quandiu enim satisfactio impleta non est, ita manet reatus & debitum poenae: ac si poenitentia iniuncta non esset: si ergo Ecclesia potest remittere tale debitum post poenitentiam iniunctam, & nondum impletam, idem etiam poterit antequam poenitentia iniuncta sit, quia non est maius vinculum, nec difficilius ad soluendum. Quin potius difficilius videri poterat remittere hanc poenam post poenitentiam iniunctam, quia denno est poena taxata, nouaque obligatio imposita: si ergo, hac non obstante, potest illa poena remitti, a fortiori tolli poterit antequam vllum indicium sacramentale delatum sit.

Per indulgentias potest remitti poenam temporalem debitam peccatis remissis non ad sacramentale solum delatatis a. Conc.

Solum poterat ob stare quod Ecclesia non potest soluere hoc poenae vinculum donec culpa remissa Obiis. Hhh

fit: culpa autem remittenda est per iudicium confessionis: in quo simul iniungitur sacramentalis poenitentia: & ideo remissio pro indulgentias videtur tantum esse de peccatis, pro quibus est sacramentalis poenitentia iniuncta. Sed hoc facile soluitur, aduertendo, culpas non solum remitti per confessionem in re, sed etiam in voto, per contritionem: hinc enim fit vt possit culpa esse remissa, quanuis nulla sacramentalis poenitentia pro ea iniuncta sit: ergo etiam circa poenam pro tali culpa debitam habet locum indulgentiae remissio. Atque hoc significant Pontifices quando concedunt indulgentias non tantum confessis, sed etiam contritis nondum confessis. Imo etiam si interdum ad indulgentiam lucranda praemittenda sit confessio, adhuc habet locum remissio indulgentiae, vbi non praecessit sacramentalis poenitentia iniuncta: quia possunt esse multa peccata oblita, & per accidens saltem remissa quoad culpam, quanuis nulla pro eis fuerit imposita satisfactio. Potestas ergo indulgentiarum vtraque peccata comprehendit, quia nec satisfactio iniuncta est necessaria ad talem potestatem, neque etiam impedit illam.

*Per indulgentiae effectum posse relaxari poenitentias in confessione impositas. 3.*  
*Conclusio.*

*Explicatur assertio.*

**D**ico ergo tertio. Per effectum indulgentiae tolli potest, seu relaxari sacramentalis poenitentia iuxta modum seu quantitatem indulgentiae. Declaratur: nam in primis locutus sum de effectu indulgentiae, non de indulgentia ipsa: nam vt relaxetur sacramentalis poenitentia, non satis est vt alicui concedatur indulgentia, si illa non lucretur cum effectu: quia donec hoc fiat, praecipuum satisfaciendi in confessione impositum vim suam semper retinet. Fit quidem statim per concessionem indulgentiae, vt in arbitrio hominis fit vel indulgentiam lucrari, vel satisfactionem implere: & hoc modo dici potest statim remitti illa obligatio, vt saltem non ita praecisa sit: si tamen indulgentia non obtineatur cum effectu, prior obligatio integra manet, vt ex fundamento assertionis positae constabit. Dixi etiam, iuxta modum seu quantitatem indulgentiae: quia, vt infra dicam, non omnis indulgentia tollit totum poenitentiarum, sed tantum illa, quae vel est plenaria, vel saltem adaequata poenitentiae debitae, at si poenitentia sit decem annorum poenitentiae v. g. & per indulgentiam solum concedatur remissio duorum annorum, non statim remittitur tota poenitentia sacramentalis, sed ex parte & cum proportione.

*Authovitate suadet. D. Thom. E. nau. Palud. Durand. Syluest. Ang. Panorm.*

*Cont. Trid. Quorundam probatio conclusio.*

*Relucit.*

Hoc igitur modo explicata conclusio communis est Theologorum in 4. d. 20. D. Thomae Bonau. Palud. Durand. & aliorum. Consentunt Summistae verb. *Indulgentia*, praesertim Syluest. & Ang. Panorm. & alij Canonistae in capit. *Cum ex eo*, de Poenit. & remissis, qui recte id colligunt a contrario sensu ex illo textu quatenus ibi dicitur, *per indulgentias & superfluas indulgentias satisfactionem sacramentalem eneruari*: id eo enim hoc verum est: quia per indulgentias relaxatur satisfactio sacramentalis: quod quidem iuste & moderate fit, quando poenitentiae sunt discretae: quando vero sunt nimiae & immoderatae, eneruant satisfactionem poenitentialem. Et hoc ipsum est quod Concilium Tridentinum dixit, *nimia satisfactio indulgentiarum, Ecclesiasticam disciplinam eneruari*. Ratione probari solet haec assertio: quia Summus Pontifex potest tollere vinculum a confessore impositum: quia per supremam soluendi potestatem potest tollere omne ius humanum: illud autem praecipuum a confessore impositum non est maius quam humanum. Haec vero ratio mihi non probatur, pri-

mo quidem: quia vel talis dispensatio hic necessaria non est, vel si est, iam talis relaxatio satisfactionis sacramentalis non fieri per se ex vi indulgentiae, sed tantum concomitanter ex vi alterius fauoris & dispensationis simul concessae. Atque ita, si tantum concederetur indulgentia peccatorum ex vi effectus illius concessionis non cessaret obligatio satisfactionis sacramentalis, nisi expresse adderetur in bulla seu privilegio, vt lucrans talem indulgentiam non teneretur satisfactionem impositam implere: at hoc falsum est, & contra formalem sensum assertionis positae, & omnium qui illam docent. Quis enim dicat per indulgentiam relaxari, v. g. Ecclesiasticum ieiunium: quia simul cum indulgentia concedi potest lucranti illam, vt non teneatur ad tale Ecclesiasticum ieiunium? secundo existimo valde probabile talem dispensationem proprie sumptam esse impossibilem, saltem extra sacramentum Poenitentiae. Effet autem talis dispensatio propria, si intelligeremus, manente causa integra ipse reliquis omnibus quoad reatum & debitum poenitentiae, tolli obligationem implendi talem satisfactionem ex sola voluntate Pontificis dispensantis, seu potius abrogantis tale praecipuum a confessore positum. Quod ergo hoc fieri non possit, satis probabiliter ostendere videtur posterior ratio dubitandi in principio posita, quia forum sacramentale, est supremum, & sententia eius est vltima ac definitiva: quae ergo ibi agitur, non sunt subordinata alicui homini, etiam Summo Pontifici, vt operanti extra sacramentum, non ergo possunt ab eo directe mutari, aut abrogari. Patet vtraque consequentia: quia causa tractata, & definita in vno foro, praesertim supremo, non potest in alio renocari, vt ratione naturali per se constat; & sumitur ex Ca. 2. de Exception. in 6. Forum autem sacramentale supremum est, nam Christus esse principaliter ferre sententiam, licet per ministrum ferat. Item quia potestas soluendi est proportionata potestati ligandi: sed nullus potest ligare ad poenitentiam sacramentalem extra forum illud maxime internum, ergo neque soluere: indulgentiarum autem concessio non pertinet ad illud forum: nam licet aliqui ita loquantur, vt dicant indulgentias concedi in foro poenitentiali, vel id non est verum, vel aliter vocibus videntur, vocando forum poenitentialis non illud tantum, quod sacramentale est, sed omne illud, quo satisficit Deo pro poena debita. Tandem infra ostendam huiusmodi potestatem non fore in aedificationem, sed in destructionem.

Ratio ergo a priori assertionis positae esse debet: quia comparato effectu indulgentiae, ipso iure & factio tollitur necessitas poenitentiae iniunctae, & ideo etiam per se cessat obligatio eius. Declaratur, quia effectus indulgentiae est remissio poenitentiae temporalis, ergo formaliter expellit reatum seu debitum eius: implicat enim poenam esse remissam, & adhuc manere debitum eius. Ablato autem debito poenitentiae, aufertur etiam debitum satisfaciendi pro illo, vnde cunctaque ortum sit, siue ex diuina lege, siue ex praecipuo confessoris, tum quia, sicut in generali lege cessante sine eius in vniuersali, cessat eius obligatio; ita in praecipuo particulari a sacerdote imposito cessante sine eius intrinseco, & particulari, cessat eius obligatio: tum etiam, quia praecipuum illud non imponitur nisi sub ratione satisfactionis ad Deum: ratio autem satisfactionis iam cessauit: quia vbi non est debitum, nec satisfactio locum habet: sicut ergo per remissionem indulgentiae tollitur debitum, ita etiam cessat satisfactionis ratio, & consequenter praecipuum eius.

Atque hinc fit primo, cum in poenitentia iniuncta duplex ratio inueniri possit, nimirum vindictae & medicinae praeseruantis, quanuis ex vi indulgentiae cesset satisfactio sacramentalis sub priori ratione, non

*Summa assertio. non*

penitentia  
inimicam  
per modum  
satisfactio-  
nis, non va-  
ret per mo-  
dum medi-  
cine  
Corol. 1.

non tamen sub posteriori, si sabilla posita sit. Ratio est: quia hic non cessat præceptum ob dispensationem, vel abrogationem eius, ut dixi, sed per subtractionem materiae: subtrahitur autem per indulgentiam materia satisfactiois seu vindictæ: ut sic: quia indulgentia tollit debitum, non tamen tollitur materia seu necessitas medicinæ: quia indulgentia nec moderatur passiones, nec pravam consuetudinem seu habitum remittit, & ideo, non obstante indulgentia manet eadem obligatio applicandi medicinam præservatiuam. In quo etiam Doctores conveniunt: & inde optime confirmatur quod diximus, poenitentiam sacramentalem non relaxari propter specialem dispensationem, sed propter materiae subtractionem: alioquin si dispensatio interueniret, absolute solueret omnem obligationem talis præcepti, relinquereturque homini sola naturalis obligatio applicandi medicinam præservatiuam, suo tamè arbitrio eligendam, solum quatenus necessaria esset.

8  
Obligatio-  
nem impleri  
di poeniten-  
tiam non  
solum tolli  
per indulgen-  
tiam, sed per  
omnem aliam  
remissionem  
penam pro  
illis peccatis  
debitam.  
Corol. 2.

Secundo sequitur ex dictis, non solum per indulgentiam cessare obligationem poenitentia: in sacramento imposta, sed etiam per omnem aliam remissionem poenæ pro talibus peccatis debitæ, quæcunque alia via obtineatur, id est, siue per alia opera satisfactoria propria, siue per aliorum suffragia, vel satisfactioes sibi applicatas, siue ex opere operato per alia sacramenta, aut sacrificia. Hoc corollarium aliquibus videtur difficile, & tanquam inconueniens illud nobis obicitur contra rationem factam: quia videntur hinc multum eneruari satisfactioes sacramentales, imo omnino tolli illarum obligationem: quia semper est liberum homini facere alia opera satisfactoria, quibus factis tollitur materia alterius præcepti. Sed reuera ratio facta generaliter conuincit, quotiescunque remissio poenæ pro peccato debitæ integre obtenta est, cessare omnem obligationem assumendi nouam poenam in vindictâ, seu satisfactioem talis culpæ. Vnde si confiterit de tali remissione, constabit etiam de tali obligatione sublata. Nihilque ad rē perinet quod remissio hæc vel illa via, iustitiz, aut gratiæ obtenta sit: quia cessatio obligationis non provenit ex causa remissionis, sed ex eo solum, quod remissio vere facta sit, ut in ratione facta declaratum est. Quia vero extra indulgentias consistere non potest prudenti credulitate, totam poenam debitam propter peccata, pro quibus erat iniuncta sacramentalis poenitentia, esse integre remissam, ideo non potest quis ob hanc causam à tali obligatione excusari: & ideo non sequitur poenitentias sacramentales hoc titulo eneruari, aut facile relaxari. Quia in primis nemo potest licite ea intentione alia opera satisfactoria exercere, aut procurare ut liberetur onere implendi poenitentiam iniunctam, quando nullam aliam habet legitimam excusationem, quia hoc reuera esset in fraudem præcepti impositi, quod primum omnium impleri debet, si commode fieri potest. Deinde, quauis alia opera satisfactoria aliquis faciat, aut aliis viis remissionem aliquam consequatur, non propterea statim liberabitur à proprio reatu, & debito illorum peccatorum, pro quibus poenitentia sacramentalis iniuncta fuerat, nam semper esse possunt alia peccata non integre remissa, & illamet peccata possunt esse digna maiori poena quam fuerit imposita vel quam alia via sit exhibitæ, & quæcunque ratione non sit integre satisfactum, p tali peccato, adhuc permanet obligatio exercendi satisfactioem sacramentalem. Accedit denique ratio medicinæ, qua interueniente, semper poenitentia satisfactio vim suam retinet, hæc igitur omnia moraliter considerata sufficiunt, ut ex prædicto capite poenitentia sacramentalis non eneruetur. Quod si contingat, alia via, & bona fide procedendo, tantam fieri satisfactioem seu abundantem solutionem, ut iudicio prudentis viri credatur

Ex hoc ta-  
men capite  
nullum fore  
ab obligati-  
one implendi  
satisfactio-  
nem liberari.

Fr. Suarez, tom. 4.

remissio plene consecuta nullum est inconueniens quod tunc cesset obligatio iniunctæ poenitentia. Imo desiderandum est, quod homines tam perfecte satisfaciunt, ut alijs obligationibus non indigeant: consulendum tamen est poenitentibus ut hoc titulo nunquam se exonerent hac obligatione, nisi prius retractata in eodem foro cum eodem, vel alio confessore eiusque iudicio.

ASSERTIO IV.

Potestatem relaxandi poenas peccatorum coram Deo, & poenitentias iniunctas eandem esse.

tertio principaliter sequitur ex dictis responsio ad quartam interrogationem supra positam, nimirum, an sit necessaria connexio inter hos duos effectus. Dicendum est enim quarto, potestatem relaxandi poenas peccatorum coram Deo, & poenitentias iniunctas in foro sacramentali non esse duas, sed vnam & eandem, quæ vtrumque effectum simul & vna actione operatur, propter connexionem eorum inter se supposita iniunctione poenitentia sacramentalis. Tota hæc assertio plane colligitur ex fundamentali ratione, per quam supra explicuimus modum quo per indulgentiam relaxantur poenitentia sacramentales, scilicet, non per se, sed per subtractionem debitæ alicuius satisfactiois. Vterque ergo effectus vna actione efficitur: quia vnus est per se, alius consequens & resultans: vna est ergo potestas, quæ vtrūque operatur: tum quia vna actio ab vna est potestate proxima: tum etiam: quia potentia habet unitatem ab effectu seu termino per se in cetero, nec multiplicatur propter effectus necessario resultantes. Fit etiam, ex eodem principio, necessariam esse connexionem inter hos duos effectus: quia nec sacramentalis poenitentia relaxari debet (nec fortasse potest per se) absque remissione illius reatus, pro quo imposita est, neque è conuerso talis reatus, remitti potest, quin inde sequatur relaxatio poenitentia, si imposita est: hoc enim necesse est supponi: quia non relaxatur vinculum, quod impositum non est: licet possit præueniri (ut sic dicam) ut non possit imponi: quia, sicut ablato reatu, auferetur obligatio satisfaciendi per poenitentiam iniunctam: ita, etiam si non sit iniuncta, ex vi talis indulgentia fit homo immunis, ut sic dicam, ne pro tali peccato illi possit amplius sacramentalis poenitentia imponi in vindictam.

Atque in his omnibus est magnum discrimen inter sacramentalem & quamcunque aliam poenitentiam publicam, quæ extra sacramentum possit per Ecclesiasticam potestatem propter aliquod peccatum imponi: nam remissio peccati, & poenæ eius coram Deo, non est necessario connexa cum remissione poenæ exterioris fori. Potest enim aliquis esse liber à culpa, & ab omni reatu eius apud Deum, & nihilo minus esse reus alicuius poenæ Ecclesiasticæ extra sacramentum imponendæ, & sustinendæ: quia hæc poenæ ordinantur ad diuersos fines proprios ac per se, scilicet ad satisfaciendum Deo, vel Ecclesiæ: de quo possunt videri Gloss. & Doct. in cap. De his, de Accusatione. Tiraquel. de Poenis temper. caus. 28. numero 18. Couar. libr. 2. Var. cap. 15. nu. 3. Cuter. libr. 1. quæst. cap. 2. num. 13. cap. 12. num. 16. Et eadem ratione potest è conuerso aliquis esse sufficienter poenitus in foro exteriori Ecclesiæ, & non in foro Dei, seu sacramentali: quæ perinde est. Et ob eandem omnino causam potest optime Prælatus Ecclesiasticus remittere alicui publicas poenas in foro exteriori Ecclesiastico debitas, non remittendo culpam, neque poenam debitam apud Deum, quia sunt fori distincti, & habent fines diuersos, ex quibus provenit ut res ipsæ inter se non sint connexæ. Eadem ratione

10  
Discrimen  
inter poenitentiam sacramentalem  
impositam in foro sacra-  
mentali  
& impositam  
in foro exte-  
riori.

Hhh 2 potest

potest sacerdos in foro sacramentali punire peccatorem ut Deo satisfaciatur, etiam si sciat exterius esse punitum ab Ecclesia, aut ei sufficienter satisfecisse: quia, ut dixi, fori sunt distincti. Fieri tamen potest ut per Ecclesiasticam poenam homo etiam Deo satisfaciatur, si eam voluntarie accipit, & honeste, & in statu gratiae illam sustineat, & tanta esse poterit satisfactio, ut etiam confessor in sacramentali foro illa debeat esse contentus, & aliam non imponere: quod prudenti eius arbitrio relinquendum est. Ipse tamen in hoc credere debet poenitentem in suo foro sacramentali dicenti, se hoc vel illo modo satisfecisse Deo, vel adhibuisse talia media ad obtinendam remissionem poenae debita apud Deum pro tali culpa: ad confessorem autem pertinet iudicare an sufficientia fuerint. Extra sacramentum vero nec reo credere necesse est, nec etiam si credatur, ideo excusant, quominus poenitentiam publicam per canones taxatam, aut iusto iudicis arbitrio imponendam sustinere debeat. Ex quo tandem fit ut ex indulgentia per se & intrinsece non sequatur relaxatio huiusmodi poenitentiae publicae, impositae, vel imponendae extra sacramentum in exteriori foro Ecclesiae: quia effectus indulgentiae, qui est remissio poenae apud Deum, non est intrinsece connexus cum relaxatione illius poenitentiae publicae: indulgentia autem nihil operatur nisi vel suum per se effectum, vel id quod ex illo intrinsece resultat. Ideoque potestas concedendi indulgentias, & relaxandi has poenas externas & publicas formaliter seu ratione distinctae sunt, & per diversas actiones seu concessionem suorum effectus operantur, ut ex discursibus factis satis constat.

*Varie sententiae de relaxatione sacramentalis poenitentiae per indulgentias, reiciuntur.*

11  
Prima sententia.

Vltimo reiciuntur facile ex dictis nonnullae sententiae circa hanc potestatem relaxandi sacramentales poenitentias per indulgentias. Dixerunt enim aliqui hanc potestatem esse dependentem à voluntate eius, qui poenitentiam imposuit, ita ut indulgentia non relaxet poenitentiam sacramentalem, nisi sub hac conditione, & voluntate seu consensu confessoris imposita sit, videlicet, quod per indulgentiam relaxari possit. Ita sentit Gloss. in ca. Quod autem, verbo, *ut possint*, de Poenit. & remissionibus, quam sequuntur aliqui Canonistae. Est tamen haec falsa sententia, & sine fundamento, ut notavit Corduba q. 10. cum Angelo, verb. *Indulgentia*, §. 1. & Supplementum Gabrielis in 4. d. 45. q. 3. art. 2. propositione 11. Ratio autem propria sumitur ex principioposito, quod haec relaxatio intrinsece ac necessario sequitur ex effectu indulgentiae; & ideo confessor non solum non consentiendo, sed etiam si expresse dissentiat, & nolit relaxationem fieri, non potest id obtinere, quia non potest Praelatum Ecclesiasticum impedire quominus indulgentiam valide concedat, quia vel est superior, ut ordinarie contingit, vel vitur potestate diversi ordinis, quae non est subordinata potestati iudicandi in foro sacramentali. Unde si contingeret Papam ipsum esse confessorem, & ita imponere poenitentiam sacramentalem, ut noller eam relaxari per indulgentias, necessarium esset, ut vteretur non sola potestate confessoris, sed potestate supremi Pastoris in quocunque foro, per quam potest & alios privare potestate concedendi indulgentias in tali casu, & suasinet indulgentias limitare, ut pro tali persona, & tali casu non proficiant. Nec etiam potest confessor impedire ne ex effectu indulgentiae confectio, sequatur relaxatio poenitentiae sacramentalis, quia non potest obligare iterum ad satisfaciendum pro poenitentia dimissa. Haec ergo potestas, & effectus eius nullo modo pendet ex consensu con-

Gloss.  
Improbatur.

Cordub.  
Angel.  
Sup. Gab.

A fessoris. Alii vero dixerunt, per indulgentiam non posse relaxari poenitentiam sacramentalem, nisi si factam condignam satisfactionem.

Alii asseruerunt necessarium esse, ut is, qui indulgentiam concessit, oratione, aut elemosinis pro alio satisfaciatur, vel ad satisfaciendum pro illo obligetur. Alij denique quod licet remittatur talis poena, quando ex aliqua negligentia vel inadvertentia omissa est, non tamen si directa voluntate omitatur. Quae omnia referunt dicta Glossa, & Corduba supra. Sunt tamen improbabilia, tum quia gratis dicuntur, & limitant supremam Pontificis potestatem: tum etiam quia ex solido fundamento à nobisposito omnia facile ruunt. Nam si esset necessaria condigna satisfactio nihil operaretur indulgentia: nam ipsa condigna satisfactio per se tollit obligationem iterum satisfaciendi: indulgentia ergo supplet vicem condignae satisfactionis, faciendo aequalentem solutionem & remissionem, & ideo per se sufficit ad dictam obligationem tollendam. Neque est cur sit necessaria obligatio in concedente indulgentiam ad satisfaciendum pro alio, quia, neque oportet ut ipse hoc promittat, aut intendat, ut per se constat, neque ex effectu ipso sequitur talis obligatio, quia iuste operatur, & ad remissionem faciendam non applicat suas satisfactiones, sed communes, quae sunt in thesauro Ecclesiae, ad quem dispensandum habet potestatem. Denique qui potest indulgentiam iuste lucrari, non male facit, etiam si non sit aliter satisfacere, nec per tenorem indulgentiae excluditur quominus hunc effectum consequatur: ergo etiam ille relaxationem obtinere potest. Atque haec de priori puncto quod ad potestatem pertinebat.

### SECTIO III.

*Num per indulgentias, quae sunt in usu relaxentur alia poena praeter iniunctas poenitentias in sacramentali foro.*

Circa secundum punctum propositum qualis sit de facto usus huius potestatis, omnes fere Catholici conveniunt per indulgentias relaxari poenitentias iniunctas in sacramento Poenitentiae, quia hoc expresse habetur in Decretis vel bullis concedentibus indulgentias. In aliis vero rebus est diversitas opinionum. Quidam enim senserunt per indulgentias, quae de facto conceduntur, non remitti tantum poenae apud Deum, sed solam obligationem exequendi sacramentalem poenitentiam. Quae opinio antiqua fuit, eam enim referunt D. Tho. & Bonavent. & insinuat Albertus d. 20. art. 16. definiens indulgentiam remissionem esse de poenitentiae iniunctis Fundamentum est, quia in iure saepe dicitur dari indulgentiam de poenitentiae iniunctis, ut patet ex c. Cum ex eo, de Poenit. & remiss. & ex c. Romana, eodem tit. in 6 & ex Clem. vnic. de Reliquiis & veneratione Sanctorum. Ex quibus locis colligere licet generalem formam concedendi indulgentias esse de poenitentiae iniunctis, ideoque licet indulgentiae concedantur simpliciter, & aliud non exprimitur, intelligendas esse secundum iuris formam, atque adeo de poenitentiae iniunctis. Eo vel maxime quod Pontifices saepe concedunt indulgentias sub hac forma: *Cedimus septem annos, vel quadragesima dies, aut tot quadragesimas indulgentias: quae numeratio manifeste fit iuxta canones poenitentiales taxantes hoc modo poenitentias peccatis imponendas. Tandem consuetudinari potest haec sententia ex his quae supra adduximus de antiquo usu Ecclesiae in indulgentiis poenitentiae, nimirum ex eo non posse colligi, per illas remissiones solitas fuisse dimitti poenas etiam in foro Dei, sed usus indulgentiarum postea extensus est ad poenitentias iniunctas*

Etas etiam in foro sacramentali sub eadem ratione, & ad similem effectum introductus est, & ille est, qui nunc durat in indulgentiis concedendis: ergo etiam nunc per indulgentias nihil aliud relaxatur nisi poenitentiae iniunctae.

Secunda opinio.

Secunda sententia est, per indulgentias, quae de facto conceduntur, solum remitti peccata semel delata ad forum poenitentiae, pro quibus iam est debita poenitentia sacramentaliter iniuncta, quantumvis per hanc remissionem non solum tollatur obligatio implendi poenitentiam iniunctam, sed etiam tollatur reatus poenae Purgatorii, pro qua compensanda talis poenitentia iniuncta est: & haec fuit altera opinio posteriorum Theologorum Dur. Palud. 4. dist. 20. q. 4. Alesn. 4. p. q. 23. nu. 2. Adria. q. vlt. de indulg. Caic. Opus. de indulg. ad lul. c. 2. & 7. Petr. Soc. lect. 2. Fundamenta huius opinionis sunt eadem fere quae praecedentis, praesertimque sumuntur ex forma concedendi indulgentias.

Tertia sententia.

Est tertia sententia, quae distinguendum putat inter indulgentias iuxta tenorem concessionis, in quibusdam enim tenor est limitatus, & cum illa adiectione, de poenitentia iniuncta: in aliis vero est absolutus & sine limitatione, ut quando conceduntur tot anni indulgentiae, v. l. simpliciter indulgentiae plenariae. Quando conceduntur priori modo, concordat haec sententia cum praecedenti ex illo principio, quod indulgentia non plus valeat, quam sonat, si ergo cum tali restrictione conceditur, non plus valet. In posteriori autem modo indulgentiarum discordat haec sententia: praecedente nam valere putat ad quorumcumque peccatorum remissionem, etiam si pro illis nulla poenitentia iniuncta sit, ex alio principio simili, quod indulgentiae tantum valent, quantum sonant. Atque hanc opinionem tenet Nauar. Comment. de Indulg. notab. 11. nu. 13. Soc. d. 21. q. 2. art. 1. Ledesin. 2. p. 4. q. 27. art. 2. Cordub. qu. 8. & dicit esse communem Theologorum in 4. d. 20. & 45. & Canonistarum in c. Quod autem, de Poenit. & remiss. & in hac parte trahit Dur. & Adria. & Angelu. verb. Indulgentia, §. 1. & 2. & Sylu. q. 3. & 10. & alios. Quarta vero opinio est, indulgentias, siue simpliciter concedantur siue cum illo addito, De iniuncta poenitentia, valere ad remittendas quaslibet poenas relictas ex peccatis remissis. Et hanc existimo esse opinionem D. Thomae satisque probabilem, quam sequentibus assertionibus exponam.

Nauar.

Cordub.

Aug. Sylu.

Quarta sententia.

Per indulgentias, quae sunt in usu Ecclesiae remitti poenam peccatis debitam in foro Dei. i. Conclusio.

D. Tho. Bonau.

Prima D. Thomae ratio.

Deo ergo primo, Per indulgentias, quae de facto sunt in usu Ecclesiae, remittitur poena peccatis debita, etiam in foro Dei. Ita D. Thom. supra, Bona. dist. 20. 2. p. qu. 2. & omnes Doctores pro secunda, & tertia opinione citati, & alii statim citandi. Probat D. Thomas primo, quia privilegium Petri est, ut, quod soluit in terris, sit etiam remissum in caelis: ergo remissio quae per indulgentias fit in foro Ecclesiae, valet etiam in foro Dei. Haec vero ratio magis probat potestatem, quam actum, ut ex superius dictis constare potest: probat enim (ut sic dicam) ex hypothese, si Pontifex intendit solvere in terris homines a reatu poenae purgatorii, solutos manere etiam in caelis: quia offensum est verba illa hanc potestatem includere. Nunc autem inquirimus, an haec sit intentio Pontificis concedentis indulgentias: quod illa ratione non videtur probari: quia in quocunque alio modo concessionis, remissionis, vel dispensationis legitima verum habet, efficaxque est verbum Christi. Quodcumque solueris, &c. ut in superioribus etiam dictum est.

Secunda ratio D. Tho. est, quia Ecclesia concedit. Fr. Suarez. tom. 4.

do indulgentias, magis damnificaret, quam iuaret fideles, quia absolueret eos a poenitentia iniuncta, & remitteret ad grauiiores poenas purgatorii. Quae ratio optima profecto est, & apud me non solum probat de facto non fieri talem modum remissionis, sed etiam fieri iuste non posse per communionem indulgentias: nam talis potestas esset in destructionem potius, quam in aedificationem. Atque in hoc est magna differentia inter poenitentias, quae imponuntur in exteriori foro, & in sacramentali: quia illae non ordinantur per se ad remissionem poenarum purgatorii, sed ad satisfactionem Ecclesiae, quantumvis ex bono v. l. ipsius patientis possint etiam priorem effectum seu fructum habere, quo non priuatur, etiam si per Ecclesiam tales poenae remittantur, quia sua voluntate potest vel illas vel similes aequivalentes assumere: at vero poenitentia sacramentalis per se primo ordinatur ad satisfaciendum Deo, & tollendam purgatorii poenam: & ideo si illa relaxetur, & purgatorii poena non auferatur, non in commodum, sed in detrimentum potius peccatoris redundabit.

Secunda opinio. Thoma 1. 1. 1. 1. 1.

Discrimen inter relaxationem poenitentiae iniunctae in interiori foro vel in sacramentali.

Obiect.

Solutio.

Dices, etiam si relaxetur debitum talis poenae ortu ex praecepto confessoris, poterit poenitentis sua voluntate illam assumere, & ita non sentiet detrimentum ex illa relaxatione. Respondetur primum, satis esse quod non sentiat commodum, ut talis indulgentia impertinens sit: remissio enim publicae poenae saltem in rebus ad conuictum humanum ordinatis, habet commodum, & ideo non est impertinens quia ad hoc proxime ordinatur: indulgentia vero sacramentalis poenitentiae nec per se ordinatur ad haec exteriora commoda, neque ad illa per se utilis est: & ideo si neque spirituales fructus affert, impertinens est. Deinde etiam moraliter detrimentum auferret, tum quia ablata obligatione, regulariter homines satisfactiones omittent: tum etiam, quia illudmet opus postea factum non esset satisfactorium ex opere operato, quia iam non habet ordinem ad clares.

Vnde colligitur alia notanda differentia: quia poenitentia iniuncta solum in exteriori foro non est pars sacramenti, & ideo, quantumvis per se remittatur, nullum sequitur incommodum, at vero poenitentia iniuncta in sacramentali foro, est pars sacramenti, & ideo non potest per se tolli, nec libera facultas dari mutilandi sacramentum, cum hoc per se malum sit. Hoc autem inconueniens non sequitur, quando poenitentia in sacramento iniuncta non per se relaxatur, sed per subtractionem sui fundamenti, scilicet, reatus poenae apud Deum. Quia sacramentum non postulat hanc integritatem satisfactionis nisi propter hunc effectum, & ideo illo consequuto, non est contra reuerentiam sacramenti quod illa integritas ommittatur. Imo, cum tale sacramentum sit iustum iudicium, ex se postulat ut satisfactio non exigatur, si alias debitum solum iam sit, vel remissio consequuta. Atque hinc tandem concluditur ratio conuincens conclusionem positam, partim ex principiis concessis, partim ex probatis in superiori puncto. Nam per indulgentias relaxatur sacramentalis poenitentia, ut maxime supponunt haec auctores, cum quibus disputamus: sed haec poenitentia non relaxatur per se, sed quatenus connexionem habet cum reatu poenae, propter quem imposita est, & quo ablato cessat eius obligatio: ergo per indulgentias non tantum relaxantur poenitentiae iniunctae in foro Ecclesiae, sed etiam auferuntur ipsae reatus poenae apud Deum, imo hoc est quod primario fit aliud, consecutione quadam. Confirmari hoc potest, quia alias per tales indulgentias non applicaretur thesaurus, nec propter illas esset necessarius: item non possent defunctis applicari, qui iam sunt liberi a poenitentia sacramentali: utrumque autem est contra mentem Pontificum, & verba concessionum.

Differentia inter satisfactionem propriam voluntate assumptam, & a confessore impositam.

Ratio alia conclusionis.

Hbb 3 Indul.

Indulgentiam concessam sine adiectione particulae de iniunctis penitentibus, ad quaslibet poenas peccatorum extendi.

Conclusio 2.

8 Probatur primo.

Cleff. s. lu. 1. An. Cor. sub Indulgentia esse oatio sicut quomodo intelligendū. Nauar. Palud.

Deo secundo, Indulgentia, quae simpliciter, & sine adiectione illa, de penitentibus iniunctis, non solum remittunt poenitentias iniunctas, seu poenas illis correspondentes, sed etiam quaslibet alias iuxta quantitatem seu largitatem concessionis. Ita tenent auctores citati pro tertia opinione, & pro praecedenti assertione, & quos in sequenti referam. Et probatur sufficienter ex illo principio, quod indulgentia valet prout conceditur, neque a nobis est restringenda, sed potius amplianda quantum verba patiuntur, cum fauores ampliandi sint, praesertim illi, qui cedunt in fauorem animarum, & nulli nocent, qualis est indulgentiarum fauor, ut recte sentit Gloss. in Clem. vnicuique verb. Confessionis, de reliquis & vener. sanct. quam sequitur Syluest. verb. Indulgentia, qu. 7. dist. 8. & qu. 8. numero 22. dist. 4. & Angel. verbo Indulgentia, in principio, & Cordub. q. 9. versus finem. Non desunt vero auctores, qui dicant indulgentias esse odiosas, quatenus eneruant poenitentias iniunctas, & continent dispensationem bonorum communium, & ideo esse stricte interpretandas, ut patet ex Nauar. Comment. de Indulgentiis notat. 9. numer. 9. cum Palud. in 4. d. 20. qu. 4. Sed hoc, ut verum sit, intelligendum est, ut indulgentiae non sint extendendae ad personas, vel actiones, aut casus similes, sed iuxta tenorem verborum, & quoad illum praecise limitandae & restringendae, non vero quod ultra tenorem ipsorum verborum liceat nobis addere aliquid, quo tenorem ipsum restringamus, hoc enim & contra rationem est, & contra omnem ius. Sed aiunt, hanc restrictionem non a nobis addi voluntarie, sed ex iure ipso sumi, ut supra allegatum est, & ex alio iuris principio, quod habet generalem concessionem iuxta ius commune esse interpretandam, argumento e. Licet, & eorum quae ibi notantur, de Translat. Episcop. Respondemus tamen, nullum esse ius commune, in quo talis restrictio fundari possit. Nam, licet in aliquibus decretis fiat mentio indulgentiarum de poenitentibus iniunctis, in multis vero aliis non additur illa restrictio, nullumque est decretum significans omnia esse cum illa restrictione intelligenda. Adde, in dicto c. Cum ex eo. de Poenit. & remiss. ubi refertur forma, qua solent uti Summi Pontifices in concedendis indulgentiis nullam mentionem fieri iniunctarum poenitentiarum.

In indulgentia plenaria probatur conclusio Extravag. Antiquorum de Poenit. & remiss.

Caie improbat.

Palud. Ioan. Mon.

Secundo ergo principaliter probatur conclusio, distinguendo indulgentias, quae sine illo addito conceduntur, quaedam enim sunt plenariae indulgentiae, aliae definitae ad certam poenae quantitatem. De prioribus habemus exemplum in Extravag. Antiquorum de Poen. & remiss. cum similibus, cum ergo plena remissio includat totius poenae remissionem, certum videtur talem indulgentiam comprehendere omnia peccata siue pro illis sint iniunctae poenitentiae: siue non. Respondet Caie. etiam hic addendam esse illam restrictionem, nimirum, ut fiat remissio plena, & vniuersalis omnium iniunctarum poenitentiarum, non vero amplioem. Haec vero interpretatio incredibilis est, primo quia ipsaem Bonifacius 8. aliter explicuit intentionem suam, & referunt Palud. supra, & Ioannes Monachus in expositione dictae Extravag. verb. Plenissimam ubi ait, se audiente, declarasse dictum Pontificem in Consistorio Cardinalium voluisse tam plenam indulgentiam concedere, quam potest dari per Ecclesiam clauis, non est autem dubium quin fuerit in pontifice potestas ad illam in praedicto sensu concedendam. Vnde Palud. addit, dictum Pontificem reprehendisse poenitentiarum eo

Anto imponentes nouas satisfactiones. Est autem mirum Caietanum ita suae opinioni adhaesisse, ut dixerit vereri se, ne Bonifacius ut priuatus doctor, non vero ut Pontifex expositionem illam adhibuerit: nam aperire intentionem suam non erat munus Doctoris, sed Pontificis, & hominis fide digni: supponebat autem illa declaratio, verba illius decretalis sufficientia fuisse ad exequendam adaequate illam intentionem, nam intentio sine verbis in huiusmodi rebus non sufficit ad effectum. Secundo: quia Bonifacius concedit illam indulgentiam vere poenitentibus, & confessis, vel qui vere poenitentibus, & confitebuntur, ergo iuxta hunc tenorem, etiam si quis nunquam fuisset confessus sua peccata, si habeat eorum contritionem, & propositum confitendi illa poterit indulgentiam lucrari, & remissionem omnium peccatorum obtinere, etiam si iniunctas poenitentias non habeat.

Tertio, ad lucrandam illam indulgentiam necessarium est peregrinis hominibus Romam adire, & per quindecim dies Basilicam Petri, & Pauli visitare quibus addidit etiam Lateranensem Ecclesiam Clementis 6. in Extravag. Vnigenitus, eod. tit. Paulus vero 2. & Sixtus 4. Ecclesiam S. Marię maioris addiderit, ut patet ex Extravag. Quemadmodum, de Poenit. & remiss. At vero si tantum consequerentur indulgentiam poenitentiarum iniunctarum, fortasse quam plures plus laboris assumerent, quam per iniunctas poenitentias eis esset impositum. Quod argumentum euidentius sumitur ex indulgentia qua Martin. 5. concessit in confirmatione Concilij Constantiensis in sess. 45. eiusdem Concilij quam absolutionem plenariam vocat: praecipit autem, ut quae eam consequi voluerint, semel in vita, prius per annum ieiunent singulis sextis feriis, & pro absolutione in mortis articulo, per alium annum, & ut postea usque ad finem vitae, vel similiter ieiunent singulis sextis feriis, vel alia opera pietatis peragant: quae onera sunt grauissima, si per eam indulgentiam solum concedebatur relaxatio de poenitentibus iniunctis. Ergo dicendum est, esse absolute de omnibus peccatis prout verba sonant. Quarto idem confirmatur ex forma concedendi indulgentias saepius visitatae, per quam declaratur, concedi indulgentiam plenariam tam plene remittentem poenam quantum in baptismo remittitur, ita ut possit homo, si in eo statu moriatur, statim caelum ingredi absque alia purgatione.

Quam formam concedendi Caietanus negare non potuit, dixit tamen, eam sumptam esse ex nostra opinione, quae communis est, ideoque non absolute, sed sub formidine proferri, ut indicant (inquit) verba illa quae adiunguntur. Quantum clausae se extendant, & c. sed in primis magnum argumentum est, Pontifices adherere huic opinioni, & secundum illam loqui. Deinde aut Caietanus dubitat de potestate, aut de voluntate Pontificum: prius dubium satis ablatum est disp. praecedenti: posterius autem sine ratione est, quia non est verisimile Pontifices decipere fideles omnes, cum sciant, has indulgentias plenarias hoc sensu accipi communiter a fidelibus: si enim solum vellent de iniunctis poenitentibus eas concedere deberent id declarare, cum facile possent, etiam si necessarium ad vulgarem errorem tollendum.

Præterea verba illa, Quantum clausae se extendant, non solum non indicant formidinem, verum etiam tollunt omnem dubium: quia indubitatum est clausae, quantum est ex se, seu ex potestate ligandi, & soluedi, se extendere ad totum hunc effectum: si ergo Pontifices declarant se concedere quantum clausae se extendunt, nullus relinquitur locus opinionis, aut formidini, quia de potestate non est questio, sed de facto: factum autem pendet ex voluntate concedentis: qui non habet formidinem aut opinionem de sua voluntate, sed certitudinem, eamque per illa verba sufficienter declarat. Si quid vero formidinis indicat videntur dicta verba, non est de concessione, sed de effectu

effectu eius; claves enim; vt operantes per indulgentiam, se extendunt ad omnem poenam non vero ad culpam: & ideo aiunt Pontifices, se concedere restitutionem ad innocentiam baptismalem, quantum claves se extendunt, id est, quantum ad poenam reatum, si culpa supponatur remissa. Et ita etiam expoditur aliud refugium Caiet. dicentis, illam formam concedendi indulgentias intelligi posse quantum est ex parte earum, quia praesumitur facta confessio de omnibus peccatis, & de omnibus esse poenitentiam iniunctam. Hoc enim & voluntarium, & falsum est, tum quia saepe conceduntur hae indulgentiae pro his, qui nondum confessi sunt, sed tantum contriti cum proposito confitendi: tum etiam, quia licet possit praesumi facta confessio de omnibus peccatis mortalibus, non tamen de omnibus venialibus: tum denique, quia verba illa, *Quantum claves Ecclesiae se extendunt*, vniuersalia sunt, vt satis declaratum est.

A *Indulgentiam de iniunctis poenitentis? etiam extendi ad poenas peccatorum, pro quibus poenitentia non est iniuncta.*  
Assert. 2.

Dico tertio, etiam si tenor indulgentiae sit de iniunctis poenitentis, nihilominus valet ad remittendas poenas peccatorum, si pro illis nullae poenitentiae iniunctae sint. Ita sentit D. Thom. dist. 20. q. 1. artic. 3. quaestio 1. dum simpliciter ait, indulgentias valere ad remissionem poenarum, siue poenitentiae sint iniunctae, siue non. Clarius refert illam opinionem Palud. in 4. d. 20. qu. 4. art. 1. n. 18. censetq; illam valde probabilem. Idem Antonin. 1. part. tit. 10. c. 3. §. 3. Defendit hanc opinionem Thomas Elysius in Clypeo piorum Chatholicorum, quaest. 44. art. 7. & idem sentit Supplementum Gabrielis dist. 45. quaestio 3. art. 2. & Medina disp. 4. de Indulgentiis, cap. 14. & d. 6. cap. 27. & sumitur ex his, quae tradit Nauarr. supra a numero octauo, quantum iudicio meo non consequenter loquatur. Ratio, ad hanc assertionem struendam est, quia illa adiectio, *A poenitentis iniunctis*, non est restrictiua; sed potius ampliatiua: quia maius quid videtur, remittere poenas pro quibus sacramentalis poenitentia iam est iniuncta, quam reliquas poenas: ergo cui negatur indulgentia de poenis iniunctis, non negatur de non iniunctis, si vel alias non habeat, vel nolit illas sibi relaxari. Antecedens declaratur primo a simili: nam in foro exteriori facilius est iudici remittere delictum, aut poenam eius priusquam sententia definitiua de illa lata sit, & poena imposita, quam post illa. Sic ergo in presenti videri potest difficilius remittere poenitentiam iniunctam per definitiuam sententiam fori poenitentialis, quam ante eam. Item, quia difficilius est tollere duplex vinculum, quam vnum tantum. Tandem quia probabile est, quoties ex opere operantis per voluntarias poenitentias quis satis facit pro peccatis suis, prius remitti poenas illorum peccatorum, quae non habent definitam poenitentiam iniunctam per potestatem clauium, quam eorum, quae in confessione iam iudicata sunt: quia horum remissio reseruatur faciendae per poenitentiam iniunctam, quantum fieri potest. Signum ergo est ex hac parte faciliorem esse remissionem poenarum absque relatione iniunctarum poenitentiarum: ergo verisimile est idem contingere, eundemq; ordinem seruari in remissione per indulgentias, ita vt si alicui concedatur septem anni indulgentiae simpliciter & absolute, habeatq; debitum illorum, tam de peccatis confessis, quam de non confessis, iura deo talem indulgentiam, non consequatur remissionem de poenitentis iniunctis, sed de aliis: quia cum possit illa indulgentia habere suum effectum non derogando iuri confessoris, nec eius praecipuum abrogando, & cum maiori commodo eius, cui indulgentia donatur, ita omnino explicandus videtur talis indulgentiae effectus: hac ergo ratione facilius est indulgentia, vbi non est iniuncta poenitentia, quam vbi iam est iniuncta.

14  
Ratio asserti  
tionis  
D Tho.

Palud.  
Anton.  
Supplem.  
Gabr.  
Medin.  
Nauarr.

Particula,  
De iniunctis  
poenitentis  
ampliatiua  
est non re-  
strictiua.

B Clypeo piorum Chatholicorum, quaest. 44. art. 7. & idem sentit Supplementum Gabrielis dist. 45. quaestio 3. art. 2. & Medina disp. 4. de Indulgentiis, cap. 14. & d. 6. cap. 27. & sumitur ex his, quae tradit Nauarr. supra a numero octauo, quantum iudicio meo non consequenter loquatur. Ratio, ad hanc assertionem struendam est, quia illa adiectio, *A poenitentis iniunctis*, non est restrictiua; sed potius ampliatiua: quia maius quid videtur, remittere poenas pro quibus sacramentalis poenitentia iam est iniuncta, quam reliquas poenas: ergo cui negatur indulgentia de poenis iniunctis, non negatur de non iniunctis, si vel alias non habeat, vel nolit illas sibi relaxari. Antecedens declaratur primo a simili: nam in foro exteriori facilius est iudici remittere delictum, aut poenam eius priusquam sententia definitiua de illa lata sit, & poena imposita, quam post illa. Sic ergo in presenti videri potest difficilius remittere poenitentiam iniunctam per definitiuam sententiam fori poenitentialis, quam ante eam. Item, quia difficilius est tollere duplex vinculum, quam vnum tantum. Tandem quia probabile est, quoties ex opere operantis per voluntarias poenitentias quis satis facit pro peccatis suis, prius remitti poenas illorum peccatorum, quae non habent definitam poenitentiam iniunctam per potestatem clauium, quam eorum, quae in confessione iam iudicata sunt: quia horum remissio reseruatur faciendae per poenitentiam iniunctam, quantum fieri potest. Signum ergo est ex hac parte faciliorem esse remissionem poenarum absque relatione iniunctarum poenitentiarum: ergo verisimile est idem contingere, eundemq; ordinem seruari in remissione per indulgentias, ita vt si alicui concedatur septem anni indulgentiae simpliciter & absolute, habeatq; debitum illorum, tam de peccatis confessis, quam de non confessis, iura deo talem indulgentiam, non consequatur remissionem de poenitentis iniunctis, sed de aliis: quia cum possit illa indulgentia habere suum effectum non derogando iuri confessoris, nec eius praecipuum abrogando, & cum maiori commodo eius, cui indulgentia donatur, ita omnino explicandus videtur talis indulgentiae effectus: hac ergo ratione facilius est indulgentia, vbi non est iniuncta poenitentia, quam vbi iam est iniuncta.

C Vnde etiam facile soluitur, quod Caietanus instat, quia consentaneum (inquit) rationi est, vt iudex Ecclesiasticus non iudicet, nisi de delatis ad suum iudicium, & consequenter vt non remittat poenas, nisi eorum peccatorum, quae ad iudicium confessionis delatae sunt. Si enim haec ratio aliquid valet, non solum probat ita de facto fieri, sed etiam non posse aliter fieri. Proeedit ergo illa ratio in eodem foro sacramentali, in quo nec iudex soluit, nec soluere potest poenas, nisi eorum peccatorum, quae per confessionem ad illud iudicium delatae sunt. Secus autem est in diuersis foris: nam cognitio, quae in vno habetur, nihil confert ad aliud exercendum, ideoq; impertinens est illam requirere. Ita vero est in presenti, quia forum indulgentiarum est longe diuersum a foro sacramentali. Eo vel maxime, quod forum indulgentiarum non tam est iustitiae, quam gratiae, nec remittit per sententiam particularem, sed quasi per legem, vel sententiam generalem, sub hac conditione, si tale opus fiat: & ideo non supponit, culpa cognitionem, sed solum requirit rationabilem causam ad remittendum tantum reatum, vel debitum in re existens, quantum docunq; contractum sit.

11  
Suadet  
conclusio in  
indulgentia  
ne plenaria.

13  
Ratio Caietani  
contra  
conclusionem  
positam sol-  
uitur.

15  
Cap. Est  
parte, de  
Decimis

E Iam vero probatur prima consequentia, primo ex cap. Ex parte, 17. de Decimis pro regula statuente, quod, vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur: quae maxime procedit in his, quae sunt eiusdem ordinis, & per se ad idem privilegium, seu potestatem spectant, qualia sine dubio sunt ea, de quibus nunc agimus. Secundo declaratur: quia illa particula, *de iniunctis poenitentis*, additur ad augendam concessionem hoc modo: quia quando indulgentia sic conceditur, immediatè tollitur reatus illius poenae, pro quo erat poenitentia iniuncta, & consequenter relaxatur eadem poenitentia, etiam si homo habeat reatus aliorum peccatorum, pro quibus non est poenitentia iniuncta, quod tamen non fieret iuxta superioris



dicta, nisi concessio facta esset cum illa adiectione, & A  
 declaratione: ergo, cum hæc adiectione facta sit ad ma-  
 iorem fauorem, non excludit aliam remissionem,  
 si opus illa sit. Vnde confirmatur tertio eadem illa-  
 tio, quia beneficium Principis largissime interpret-  
 andum est, ut dicitur in cap. *Olim*, de Verbor. signi-  
 ficat. & aliis, quæ ibi Glossa citat. Quod maxime ve-  
 rum habet quando tale beneficium alicui prodest,  
 & nemini nocet, ut Doctores ibi interpretantur, &  
 in cap. *Quia circa*, de Privilegiis, ad hanc autem lar-  
 gissimam, & aptissimam interpretationem pertine-  
 re videtur, ut quando in concessione additur spe-  
 ciale verbum, quod optime intelligitur positum ad  
 ampliandam concessionem, sine alicuius exceptio-  
 ne, hoc modo exponatur: ita vero est in præsentibus  
 nam illud additum, *de penitentia iniuncta*, potest o-  
 ptime exponi per modum ampliacionis absque ex-  
 ceptione vlla, ergo ita intelligendum est. Estque o-  
 ptimum simile, si alicui concedatur facultas absolu-  
 uendi à casibus reseruat, sine dubio enim intelli-  
 gitur etiam concedi à non reseruat, quia illud ad-  
 ditum positum est ad ampliandam concessionem.  
 Vnde etiam fit, ut talis concessio absoluendi à re-  
 seruatis, perinde valeat ac si dictum esset, etiam à re-  
 seruatis: ergo simili modo interpretari recte possu-  
 mus indulgentiam de penitentia iniuncta, ut sensus  
 sit, etiam de penitentia iniuncta, per quæ verba  
 euidenter est aliam non excludi. Neque talis interpre-  
 tatio est voluntaria, per quam possint facile multi  
 textus corrumpi, ut Caietanus obiicit: quia non  
 dicimus semper licere illam particulam, *etiam*, ad-  
 dere: sed tunc solum quando implicite continetur  
 in proprietate verbi adiuncti, consideratis aliis re-  
 gulis iuris, & recta ratione: hæc autem omnia con-  
 currunt, quando id, quod additur, recte intelligi-  
 tur positum ad ampliandam concessionem fauora-  
 bilem.

16

Quarto accedit optime congruentia, quia nulla  
 est ratio ob quam Papa concedat remissionem tan-  
 tæ pœnæ Purgatorij, pro qua est penitentia iniun-  
 cta, excludendo illam pro qua non est imposta, quan-  
 do altera deest, cum remissio illius, neque sit maius  
 beneficium, neque speciale aliquod noementum,  
 aut inconueniens afferat, nec denique occurrat aliqua  
 conueniens ratio ob quam recipi potuit. Respon-  
 deri potest ex Nauarr. supra, eum, cui est penitentia  
 iniuncta, digniorem esse remissione, eo quod & ac-  
 ceptauit eam, & facere proposuit. Sed certe hoc par-  
 ti momenti est, quia ex usu, & ex Bullis quibus con-  
 ceduntur indulgentiæ, facile intelligi potest huius-  
 modi indulgentiam non concedi propter hanc di-  
 gnitatem hominis penitentis, qualiscunque illa sit.  
 Deinde retorqueo argumentum: nam si hic est fa-  
 uor illo titulo seu ratione concessus, nõ debet in de-  
 trimentum eiusdem personæ redundare. Ponamus  
 ergo illam hominem, cui est talis indulgentia con-  
 cessa, priusquam illam lucraretur, satisfactionem  
 sibi impostam integre impluisse: si ergo postea lu-  
 craret indulgentiam, nullum fructum ex illa conse-  
 queretur, etiam si habeat reatus aliorum peccatorum,  
 pro quibus non sunt penitentia iniuncta, atque ita  
 priuabitur fructu is, qui dignior erat maiori fauore  
 quod est absurdum. Quæ ratio potest in hunc modum  
 amplius vergeri: nam cum dicitur, *de penitentia iniun-  
 cta*, vel intelligitur de iniunctis in vltima confessio-  
 ne, vel in aliqua alia, aut indefinite de quibuscunq;  
 iniunctis in toto tempore vite: certum autem vide-  
 tur non posse priori modo intelligi, quia concessio  
 est indefinita, & quæcunque illarum est sine funda-  
 mento. Si autem intelligatur absolute de tota vita  
 præterita, interrogo rursus, an intelligatur solum de  
 penitentia nondum impletis, vel etiam de imple-  
 tis. Primum videtur contra omnem rationem, sic  
 enim ille esset aptior ad tales indulgentias comparan-  
 das, qui esset negligentior in penitentia implendis:

imo qui consulo illas omitteret, quoad negotium  
 indulgentiæ fieret melioris conditionis, quod con-  
 tra rationem est, & contra intentionem Pontifici,  
 qui in ipsismet concessionibus indulgentiarum so-  
 lent homines exhortari ad satisfactionem pro pec-  
 catis nihilominus exhibendam. Secundum autem  
 videtur repugnare contrariæ opinioni: quia si pen-  
 tentiæ iniunctæ impletæ sunt, iam non debentur,  
 nec pœna quæ illis responderet: ergo iterum per in-  
 dulgentiam remitti non possunt. Quod si ad instar,  
 ad mensuram illarum remittitur similis pœna, pro  
 qua nondum fuerat penitentia iniuncta; hoc est  
 quod intendimus: nam in de concluditur, formam  
 illam intelligendam esse, de penitentia iniuncta,  
 aut iuxta mensuram illarum, seu, quod idem est, de  
 iniunctis à iure, vel ab homine, vel si ab homine, de  
 iniunctis, aut iniungendis, vel denique etiam de ini-  
 unctis, licet nondum impletæ sint.

Vnde Duand. supra de huiusmodi homine con-  
 cedit, quod si prius lucretur indulgentiam, & nihi-  
 lominus postea iniunctam penitentiam exequatur,  
 per huiusmodi penitentiam consequetur remis-  
 sionem aliarum pœnarum, seu peccatorum, etiam si  
 talis penitentia non sit pro illis iniuncta: quod est  
 certissimum ex opere operantis, valdeq; probabile  
 ex opere operato: quia, licet talis penitentia iniun-  
 cta sit per respectum ad vnum, vel aliud peccatum in  
 confessione explicatum, tamen effectus eius non est  
 limitatus ad reatum illius peccati: nam, licet illum  
 primo tollat, si daret; tamen si sublatum inueniat,  
 tantundem pœnæ remittit ex quocunq; alio. Ergo  
 pari ratione si prius penitentiam impleuit, & postea  
 lucratus est indulgentiam, vtriusque effectum con-  
 sequetur: incredibile enim est propter solum diuer-  
 sum ordinem operandi minui, vel augeri effectus:  
 præsertim cum ordo ille prius satisfaciendæ, & pos-  
 tea lucrandi indulgentiam, melior, magisque consu-  
 lendus ex suo genere videatur: ergo indulgentia  
 concessa de penitentia iniuncta aliquando habet  
 effectum, etiam circa reatus aliorum peccatorum,  
 saltem quando non inuenit alium.

Dices, hoc ad summum procedere in illo, qui ha-  
 bebat penitentiam iniunctam, iam enim dignus effe-  
 ctus fuit lucrandi talem indulgentiam. Sed contra  
 hoc est: quia, ut diximus, hæc indulgentia non con-  
 ceditur intuitu talis meriti, ut ex tenore ipsius con-  
 stat. Deinde est alia ratio, quæ assertionem ipsam cõ-  
 firmat: quia hæc indulgentia sæpe conceditur con-  
 tritis cum solo proposito confitendi; ergo non con-  
 ceditur intuitu illius meriti, vel bonæ dispositionis,  
 quæ fuit in confessione: seu acceptione satisfactionis  
 impostæ. Præterea contingit aliquando, eum, qui  
 voluntarie acceptauit penitentiam iniunctam, pos-  
 tea grauius peccasse illam non implendo, vel etiam  
 grauis, habendo propositum nunquam illam im-  
 plendi; & nihilominus, si postea per contritionem  
 se disponat, sine dubio consequetur indulgentiam:  
 non ergo attendendus est fructus indulgentiæ ex il-  
 lo merito operantis.

E Atq; ex probationibus huius conclusionis solu-  
 tum relinquitur fundamentum contrariæ opinio-  
 nis. Verum est enim indulgentiarum effectum esse  
 iuxta formam concessionis: quia in ea consistit ab-  
 solutio, quæ per indulgentiam fit: negamus tamen  
 in illa forma remissionis, *De penitentia iniuncta*, non  
 includi quascunq; pœnas peccatis debitas, quia di-  
 xi, illa dictio non est restrictiua, sed ampliatiua. Di-  
 ces, Quid ergo operatur illa additio? Respondetur,  
 fortasse hoc operari, quod quando illa ponitur pri-  
 mo, ac perse remittitur propria pœna respondens  
 penitentia iniuncta, ut sit etiam tollatur obli-  
 gatio implendi tales penitentias: quod forte nõ fig-  
 ret, si concessio esset absoluta, & sine illo addito, nõ  
 enim tunc relaxaretur præceptum de penitentia ini-  
 uncta, donec moraliter cõstaret remissionem aliorum  
 pœnarum.

penarum factam esse, ideoque talem indulgentiam a  
 ab illi se reatum, pro cuius compensatione poenitentia iniuncta fuerat. Vnde etiam probabile fit, si  
 is, qui lucratur talem indulgentiam de poenitentia  
 iniuncta, nolit liberari obligatione implendi tales  
 poenitentias, ideoque potius velit consequi remisio-  
 nem aliarum penarum, pro quibus non erat talis  
 poenitentia imposita, id obtinere apud Deum, quia  
 in hoc cedit favori sibi concessio, ergo non est cur non  
 possit id facere. Maxime, cum hoc ipso videatur esse  
 dignior tali remissione, quod non vult liberari ob-  
 ligatione implendi poenitentiam sibi impositam.  
 Consequenter ergo totum effectum indulgentiæ de  
 aliis poenis, postea vero alium fructum obtinebit,  
 quia per poenitentiam iniunctam facilius, & ex o-  
 pere operato pro reliqua poena satisfaciatur.

19  
 Obiect.  
 contra ex-  
 plicationem  
 particula,  
 De poenit-  
 tia iniun-  
 ctâ.  
 Soluitur  
 primo.

Sed obiicit aliquis contra dictam interpretationem, nam aliquando indulgentia plenaria conceditur cum illo addito *de poenitentia iniuncta*: ibi autem illa particula non potest propter ampliationem poni, quando quidem indulgentia plenaria ex se & immediate complectitur omnia peccata, siue habeant poenitentias iniunctas, siue non. Respondeo in primis, me non legisse ullam indulgentiam plenariam cum illo addito concessam, sed absolute, ut patet ex citatis Extravaganantibus de Poenitentia, & remissi, & ex Decreto Martini 5. in fine Concilij Constantiensis, & ex Decreto pro expeditione Terræ Sanctæ Innocentij 3. in Concilio Lateranensi, ibi tamen conceditur plena indulgentia omnium peccatorum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti, & confessi.

Secundo sol-  
 nitur.  
 Alio modo  
 exprimitur  
 dicta particu-  
 la.

De qua forma fortasse concedi potest solum remitti ex vi illius veniam peccatorum, de quibus aliquis confessus est. Verius tamen existimo, etiam illam indulgentiam esse simpliciter plenariam, paulo enim inferius in simili dicitur, *Plenam suorum concedimus veniam peccatorum*: & verisimile non est hanc posteriorem esse maiorem indulgentiam, quam priorem. Quem autem sensum habeant illa verba, corde contriti & confessi, infra dicemus. Deinde dicitur, si talis forma concessionis plenariæ indulgentiæ inueniatur, solum positam esse illam particulam, vel ad maiorem explicationem, ut intelligatur indulgentiam plenariam esse de poenis, non de culpis, vel ut intelligatur extendi etiam ad poenitentias iniunctas: vel denique quia sub iniunctis comprehenduntur iniunctas, vel quæ iure iniunctæ sunt, & per hominem iniungi debent. Et potest expositio hæc confirmari: nam alias illa indulgentia plenaria de iniunctis poenitentis, maiorem, vel minorem effectum haberet, solum quia confessor maiorem, vel minorem poenitentiam imposuit, quod videtur absurdum. Atque ita placuit hæc expositio & sententia Supplem. Gabr. d. 45. q. 3. & auct. Palud. d. 20. qu. 4. Anton. 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 5. & (quidquid Corduba dicit q. 9. & 27) potest facile sustineri: quia ille sensus non est alienus à proprietate verborum, aliquo enim modo impositæ iam sunt poenitentia, quæ iure aliquo taxata & iniunctæ sunt. Item quia, cum non sit maior ratio de his poenis, quam de illis, merito intelligimus omnes esse sub vno verbo contentas.

20 Tandem obiici potest (ex Caietano, & Soto supra) *Cum ex eo, de Poen. & remissi*, ubi Episcopis interdicitur ne indulgentias concedant nisi de poenitentis iniunctis, ergo signum est hoc esse facilius, magisque in Ecclesia vitatum, atque adeo particulam illam restringere potestatem, seu concessionem. Respondeo, iuris peritos longe aliter intelligere textum illum, atque ita ex illo, eorumque interpretatione potius sententiam propositam confirmari. Dico ergo ibi solum prohiberi Episcopis ne ultra annum in die dedicationis alicuius Ecclesiæ, nec ultra quadraginta dies pro anniuersario die eiusdem dedicationis,

concedant: quod autem additur ibi, *de poenitentis iniunctis*, non est noua prolatio, sed explicatio potius ampliæ concessionis: & ita ex hac parte confirmatur nostra sententia. Prior pars probatur primo ex Innocentio expresse dicente, *Non intelligo hanc potestatem restrictam in foro poenitentiæ, quin possit annos, & dies prout vult indulgere*. Cum Innocentio transeunt Panorm. Hostien. & alii. Idemque sentit Ioan. Andr. qui omnes solum intelligunt limitationem illam quoad tempus, idem colligitur ex Glossa & Doctoribus in cap. vlt. de Poenit. & remissi. in 6. in quo textu indulgentiæ Episcoporum, si excedant statutum Concilij generalis in dict. capit. *Cum ex eo*, nullæ esse dicuntur: dicuntur autem excedere quoad numerum dierum, vel annorum, ut ibi Glossa recepta exponit. Denique nullum est verbum in illis iuribus, quod aliter interpretari cogat, & consuetudo ita etiam interpretata est, quia nunc absolute concedunt Episcopi illud tempus indulgentiæ. Imo nisi ita interpretemur, dicere quis posset, ibi solum esse positam Episcopis limitationem temporis quoad indulgentias de poenitentis iniunctis, quoad alias vero nullam esse factam limitationem, vel prohibitionem, & ita relinquitur in antiquo iure vel vsu, quod est plane falsum. Iam ergo probatur posterior pars ex eisdem Doctoribus, expressius vero illam declarauit Panormit. numero 4. ubi ponderat verbum illud textus, *Poenitentiæ satisfactio eueruatur, quis optime* (inquit) *probat, quod indulgentiæ profunt, ne dum in Purgatorio sed etiam quoad poenitentiam hic iniunctam*. Et clarius (addit) *probat hoc litera infra, de poenitentis iniunctis*. Et ex communi sententia docet Nauarr. in Comment. de indulgent. notab. 11. num. 9. & 10.

Non ergo addita est hæc pars ad prohibendum ne Episcopi concedant indulgentias tanti temporis absolute vel sine vlla additione, sed potius ad explicandum, posse illam concedere non solum absolute, sed etiam de poenitentis iniunctis, ipsalinet poenitentias remittendo, simul cum poena purgatorii, illis correspondente. Item ex ratione illius textus, scilicet, quia alias enervatur satisfactio poenitentiæ, nihil aliud colligi potest: nec alia ratio afferri potest ob quam maior limitatio fuerit necessaria.

## SECTIO IV.

*Quotuplex sit effectus indulgentiæ, & consequenter quomodo ex hoc capite diuidatur in plenariam, & minorem.*

Quævis indulgentia de quacunque remissione dicta, possit habere effectus specie differentes, ut per se notum est: indulgentia vero Ecclesiastica, de qua nunc agimus, & ad quam significandam hæc vox accommodata est, ut in principio notauimus, vnicum tantum secundum speciem effectum per se habet, scilicet remissionem poenæ temporalis relicte in foro Dei ex peccatis remissis quoad culpam, ut ex dictis patet. Vnde sic ut hæc indulgentia secundum speciem vnica sit, nec diuisionem recipiat: sicut enim motus ex termino, vel priuatio ex habitu, ita hic fauor indulgentiæ ex effectu, quæ confert, suam veluti speciem sortitur. Nec refert quod aliqua indulgentia præter remissionem poenæ apud Deum relaxet etiam sacramentalem poenitentiam, tum quia hic non pertinet ad effectum primarium & per se, sed est quasi consequens & resultans ex primario effectu: tum etiam quia hic effectus de se communis est omni indulgentiæ, semper enim relaxat talem poenitentiam, si imposita sit: quod autem aliquando non sit imposita est accidentarium, & tunc etiam in virtute relaxat similem poenitentiam: nam facit ut pro tali peccato imponi non possit. Neque etiam

Indulgentia  
 effectus est  
 vnus secundum  
 speciem.

etiam refert, quod hic effectus remissionis huius poenae temporalis communis aliis rebus esse possit: nam, sicut ad eundem terminum, vel ad idem materiale obiectum diuersi motus, vel potentiae tendunt, & sub diuersis rationibus proprias species ab eo accipiunt, quatenus ad illud diuersis viis, aut modis tendunt: ita in praesenti quauis remissio poenae temporalis, quasi materialiter sumpta, variis modis, & a pluribus causis fieri possit, tamen, vt fit extra sacramentum per potestatem clauium, est proprius effectus, a quo indulgentia habet specificam differentiam suam, vt ex dictis de eius definitione constare potest. An vero in diuersis subiectis, & ex modo quo in eis operatur talem effectum, diuisionem aliquam recipiat videbimus in fra agentes de indulgentiis defunctorum.

Effectus indulgentiarum secundum quantitatem est multiplex.

Hic autem effectus remissionis poenae temporalis non est semper aequalis, sed aliquando maior, aliquando vero minor, iuxta liberalitatem concedentis, & formam concessionis. In hoc enim verum habet commune axioma, indulgentias tantum valere quantum sonant, seu (quod ad praesens sufficit) non plus valere, quam sonant. Nam causa efficax effectus indulgentiae, est voluntas concedentis sufficienter expressa; sola enim voluntas interna non operatur, quia debet operari humano modo, vt infra dicemus: non ergo plus operatur, quam in forma, seu concessionem sonet aut exprimat: certum est autem non omnes indulgentias aequaliter sonare, nam quaedam plures, quaedam pauciores annos indulgentiae concedunt. Sic igitur secundum quantitatem multiplex est effectus indulgentiae, vel (quod idem est) multiplex est indulgentia ex hoc capite.

Prima diuisio indulgentiae.

Indulgentia diuiditur in totalem, & partialem. Clemens VI. Quid ultra que sit. Quis sit ad agnatus effectus in indulgentia totali.

Hinc ergo habuit originem prima illa diuisio indulgentiae in totalem, & partialem, quam significauit Clemens 6. in Extrauag. Vnigenitus, de Poenitent. & remissio. dicens, thesauri Ecclesiastici dispensationem Petro esse commissam, nunc pro totali, nunc pro personali remissione poenae temporalis pro peccatis debite applicanda. Totalis indulgentia dici videtur, quae totam poenam remittit ei, cui applicatur; partialis vero, quae tantum remittit partem poenae. Vnde illa, quae totalis est, secundum formalem rationem vnica est, & diuisionem non recipit, quia est maxima quae fieri potest: Dico autem, secundum formalem rationem, quia ex parte subiectorum potest effectus huius indulgentiae esse maior, vel minor quasi materialiter, quatenus vnus qui talem indulgentiam lucratur, potest esse debitor maioris poenae, quam alius: & ideo fieri etiam potest vt indulgentia maiorem in illo habeat effectum, quam in alio: tamen hoc est per accidens & quasi materialiter, quia non auferit illam poenam quatenus tantam, vel quantam, sed quatenus totam; est autem accidentarium tali indulgentiae quod tota poena vnus maior sit, quam alterius. Neque est inconueniens, quod eadem gratia, seu concessio inaequales effectus operetur in duobus, qui aequae se disponunt, vel aequalem diligentiam faciunt in ipsamet indulgentia requisitam: maxime in effectibus priuatiuis, quando illa inaequalitas materialis tantum est, proueniens tamen ex maiori forma, vt sic dicam, praesupposita in subiecto. Sic enim baptismus, verbi gratia, collatus duobus adultis positue aequae dispositis habentibus inaequalia debita culpae, vel poenarum, plus vni remittit, quam alteri, licet effectum positiuum gratiae aequalem vtrique conferat: quia illa inaequalitas solum prouenit ex eo quod in vno plura erant remittenda, quam in alio: nam baptismus ipse de se totum remittit. Sic etiam fit, vt aequale peccatum, vnum prius maiori gratia, quam alium, solum quia vnus habebat maiorem gratiam, quam alius: nam peccatum mortale de se totam

gratiam, quam in subiecto inuenit, destruit. Ita ergo hae indulgentiae totales potest maiorem, vel minorem poenam remittere, semper tamen de se totam, quam in subiecto inuenit.

Ex quibus intelligi potest, hanc indulgentiam totalem eandem esse, quam alia decreta indulgentiarum plenariam vocant: ita enim Doctores citati intelligunt, & ex vi ipsius vocis manifestum videtur, tunc enim vere dicitur debitum plene remitti, quando totum remittitur. Idem etiam constat ex eo, quod supra dicebamus, interdum comparari hanc remissionem plenariam ei, quae fit in baptismo: seu declarari per hunc effectum, quia constituit hominem in eo statu, in quo possit statim ingredi caelum, si in eo moriatur, quod non fit nisi per totalem remissionem poenae post remissam culpam; est ergo idem indulgentia plenaria, & totalis.

Indulgentia Plena, Plenior, & Plenissima.

Sed hic occurrit specialis difficultas, nam, si indulgentia plenaria totalis est, non recipit magis, neque minus respectu eiusdem: consequens autem est contra stylum Curiae, & canonum, in quibus inuenimus indulgentiam plenariam, plenior, seu largiorem, & plenissimam, vt patet ex Bonifatio octauo in Extrauagante, Antiquorum, de Poenitentia, & remission. vbi licet ait: Non solum plenam, largiorem, imo plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum: ergo est in hac indulgentia differentia inaequalitatis in effectu, ergo non omnes sunt totales. Imo praeter has addi solet Inulbazus, quo maior quaedam remissio significari censetur.

De his vocabulis multa disputant auctores, multique conati sunt differentiam inter priora tria membra quoad remissionem poenae inuenire, vt videre licet in Paludano distinct. 20. quaestio. 4. Qui indulgentiam plenissimam voluit extendi vsque ad remissionem culpae venialis: in quo deceptus est, vt supra notaui, & aduertit etiam Adrianus materia de Indulgentiis. Vbi aliter distinctionem illorum membrorum declarat: & Supplem. Gabriel in 4. distinct. 45. quaestio. 3. & Nauarrus, in Comm. de indulg. notab. 9. Qui omnes ad distinguenda illa membra supponunt, indulgentiam plenam, & plenior, non esse totales absolute, sed vel in ordine ad mortalia tantum, vel in ordine ad peccata confessae, vel ad poenitentias iniunctas, aut iniungendas secundum ordinarium Ecclesiae usum, vt late refert Corduba quaestio. 11. Qui dicit, forte esse aliquem ex his modis distinguendi significationes illorum verborum verum fuisse secundum antiquum Ecclesiae morem, quam indicat Bonifacius, non tamen declarat: & ideo incertum esse quis sit vnus modus, veraque ratio distinguendi illa membra, quia hoc pendet ex significatione, in qua accipiebantur illa vocabula, de qua nobis non constat. Nam quod ad rem spectat (seclusa illa extensione Paludani ad culpam venialem) certum est potuisse illos varios modos remissionum per Pontifices fieri. Item verisimile est vnam remissionem potuisse dici plenam quadam consideratione, quae respectu alterius sit deficiens, sicut sanctitas hominis iusti habentis venialia peccata, dicitur perfecta, quae imperfecta censetur respectu eius viatoris, qui liber est etiam a venialibus: haec vero comparatione iustitiae patriae, imperfecta videtur, vel sicut Beata Virgo dicitur fuisse plena in aduentu Angeli, plenior adueniente filio, plenissima in morte. Ad hunc ergo vel similem modum potuit fortasse dici in praesenti, sed cum hoc totum incertum sit, in diuinanda veritate immorari non expedit.

Quoique

7 Quocirca secundum præsentem statum & usum  
*Respon.* verius existimo nullam esse differentiam inter illas  
*Soto.* indulgentias quoad proprium & per se effectum in-  
*Cordub.* dulgentiæ, vt sic. Quod tenuit Soto d. 21. q. 2. artic. 1.  
*Medin.* & Cordub. supra, qui in eandem sententiam refert  
*Extrau.* Medinam in tract. de indulgentiis. Colligiturq; ex  
*Vngent.* dicta Extrauag. *Vngentus*, in qua indulgentia in duo  
 illa tatum membra secatur, totalem scilicet, & parti-  
 alem: constat autem secundum præsentem usum  
 Ecclesiæ solum vocari indulgentiam plenariam eã,  
 quæ totalis est. Idem colligitur ex Extrau. *Quamad-*  
*modum de* modum, de Pœnit. & remiss. vbi Sixtus III. volens  
*Pœnit. &* reuocare omnes indulgentias æquivalentes illi, quæ  
*remiss.* in anno Iubilæi Romæ conceditur, solum dicit, se  
 reuocare omnes, & singulas plenarias indulgentias,  
 etiam ad instar Iubilæi concessas. Et in Decreto pro  
 expeditione Terræ Sanctæ in fine Concilij Lateranen-  
 sis sub Innocentio III. solum conceditur plena  
 peccatorum venia, quam constat fuisse plenissimam.  
 Similiter Martinus V. in fine Concilij Lateranen-  
 sis solum appellat indulgentiam plenariam, de qua  
 etiam supra manifeste ostendimus esse totalem. Si  
 ergo plenaria indulgentia absolute, & sine vlla limi-  
 tatione concessa, remittit omnem pœnam restitu-  
 tam de peccatis remissis quoad culpam, tam mortali-  
 bus, quam venialibus, confessis, vel non confessis,  
 habentibus penitentiam iniunctam, vel non hab-  
 entibus, non superest aliquis maior effectus, qui  
 per indulgentiam plenariam, aut plenissimam fiat.  
 Vnde quando addebantur illa verba, vt in dicta Ex-  
 trauag. *Antiquorum* fortasse id solum erat ad maio-  
 rem rei declarationem & ad tollendos serupulos,  
 qui ex variis opinionibus oriri poterant. Imo ait  
 Soto, indulgentiarum concionatores exaggerationis  
 gratia illam gradationem inuenisse. Sed cum  
 Pontifex Bonifacius vsurper illam loquendi formã,  
 maius aliquod fundamentum habere videtur. Et  
 fortasse non improbabiler possumus vterius con-  
 siderare, sicut philosophi dicunt, priuationem tota-  
 lem non recipere in se magis & minus, interdum  
 tamen ratione causæ vnã vocari maiorem alia:  
 ita in præsentem indulgentiam appellatam esse pleni-  
 orem aut plenissimam, non quia in remissione vel  
 priuatione pœnæ magis aliquid efficiat: sed quia  
 maiorem vel maximam habet causam, quæ de ef-  
 fectu indulgentiæ certiores potest reddere fide-  
 les.

8 De Iubilæo autem: quod ad nomen spectat, mul-  
 ta videri possunt in Nauarro in Comment. de Iubi-  
 læo, notab. 1. 2. 3. & 4. Cordub. q. 11. de indulgent. Bel-  
 larm. li. 1. c. 1. Sed omiſsa etymologia vocis, quod ad  
 rem spectat, summa est, Iubilæum ex prima imposi-  
 tione significasse annum remissionis, qui apud He-  
 bræos erat quinquagesimus, sin quo agrorum cultu-  
 ra cessabat, & omnes possessiones venditæ priorib;  
 dominis restituebatur, Lenit. 25. & 27. Numer. vlt.  
 Vnde apud Isaiam ca. 63. translata est illa vox ad fi-  
 gnificandum tempus Euangelicæ legis, quod per  
 annum Iubilæi Hebræorum significabatur. Hinc  
 vsurpata est eadem vox ad significandum annum  
 illum, in quo maxime indulgentiæ Romæ conce-  
 duntur, qui prius fuit centesimus; nunc vero post 25.  
 annos repetitur: inde autẽ deriuata est vox ad signi-  
 ficandam totalem indulgentiam, quæ sub plenissi-  
 ma forma conceditur. Maxime quando cum illa in-  
 dulgentia, & in ordine ad lucrandam illam conce-  
 duntur alia priuilegia, seu fauores, vt absolutio à ca-  
 sibus reseruat, & a censuris, & commutatio voto-  
 rum, &c. Ita Cordub. dict. q. 11. ex Anton. Syl. & aliis.  
 Vnde obiter adnotare debent qui denunciant vel  
 prædicant indulgentias, ne simplicem indulgentiã  
 plenariam nomine Iubilæi pronunciant, ne fortasse  
 aliqui decipiantur, putantes non tantum propriam  
 indulgentiam, sed etiam alios fauores seu priuilegia  
 eis concedi: quia nomen Iubilæi iuxta vsitatam, &

A adæquatam significationem hæc omnia in rigore  
 complectitur. Dices, In Bulla Cruciatæ conceditur  
 indulgentia plenaria illo modo, & cum prædictis  
 priuilegiis, & tamen iuxta communem modum lo-  
 quendi non censetur ibi concedi Iubilæus. Ideo vl-  
 tra dicta videtur ad Iubilæum requiri quod speciali  
 indulto ad hunc finem principaliter concessio, &  
 pro determinato tempore, vel etiam loco: & cum  
 grauioribus circumstantiis, & cõditionibus talis in-  
 dulgentia concedatur. Vnde obiter adnotare deb-  
 ent, qui denunciant vel prædicant indulgentias, ne  
 simplicem indulgentiam plenariam nomine Iubi-  
 læi pronunciant, ne fortasse aliqui decipiantur, pu-  
 tantes, non tantum propriam indulgentiam, sed et-  
 iam alios fauores, seu priuilegia eis concedi, quia  
 nomen Iubilæi iuxta vsitam & adæquatam signi-  
 ficationem hæc omnia in rigore complectitur.

B Sed dicit tandem aliquis, si indulgentia plenaria  
 totalis est, cur aliquando ultra indulgentiam pleni-  
 ariam conceduntur tot dies vel quadragenæ indul-  
 gentiæ? Respondet Corduba supra in fine quæstio-  
 nis 11. illum Curiz styllum olim introductum esse  
 occasione opinionum, & postea vsu quodam esse  
 retentum. Quæ ratio non sufficienter explicat vim  
 illius concessionis. Et ideo addit secundam rationẽ,  
 nimirum, illam additionem fieri, vt si fortasse causa  
 indulgentiæ non fuerit sufficiens ad plenariam in-  
 dulgentiam, saltem valeat ad illos dies, vel quadra-  
 genas obtinendas. Sed hæc ratio minus probabilis  
 est, quia quauis causa plenariæ indulgentiæ non  
 sufficiat ad totam, semper sufficiat ad aliquam par-  
 tem causæ proportionatam obtinendam: ergo sine  
 illa additione causa habebit adæquatam effectum:  
 nullius ergo vtilitatis est illa additio. Dico ergo in  
 primis, me non inuenisse illam formam conceden-  
 di indulgentiam in aliquo decreto iuris, neque et-  
 iam in aliqua bulla authentica, quæ ad manus meas  
 peruenerit, & ideo non oportere nos esse admodũ  
 sollicitos in explicanda vera & prudente signifi-  
 catione illorum verborum. Deinde dico, vbi inuenta  
 fuerint illa verba, considerandum esse, an illæ duæ  
 concessionis ad diuersa tempora, vel actiones pos-  
 sint referri: nam sic facile fieri potest, vt prius con-  
 cedatur indulgentia plenaria, postea vero tot dies &  
 quadragenæ indulgentiæ, quia iam potest esse con-  
 tractus nouus pœnæ reatus post priorem indulgen-  
 tiam obtentam. Si vero constet totam illam indul-  
 gentiam sub eadem conditione, & diligentia ad i-  
 dem momentum referri sub ratione vnus integræ  
 concessionis, tunc verisimile mihi est, ultra indul-  
 gentiam plenariam, quam quis sibi lucratur, conce-  
 di alios dies, vel annos indulgentiæ, vt per modum  
 suffragij offerre illos possit, etiam si in rescripto hoc  
 expresse non declaratur, quia (quod credendum est)  
 illud non frustra conceditur, sed aliquo modo vti-  
 li: non occurrit autem alius modus, quo possit talis  
 indulgentia integrum habere effectum, aut additio  
 illa alicuius esse vtilitatis.

C Ultimo circa hoc membrum dubitari potest, qui-  
 bus verbis plenaria indulgentia cõcedi intelligatur.  
 Respondetur tamen breuiter; quoties non additur  
 signum aut verbum determinans remissionem ad  
 partẽ pœnæ peccatorum, intelligi totam pœnam rem-  
 mitti, atq; adeo indulgentiam esse plenam seu tota-  
 lem. Itaque si expresse additur particula plenaria, vel  
 illa æquivalens, res est clara. Idem est si dicatur, In-  
 dulgentia omnium peccatorum: quia indulgere omnia  
 est totum reatum eorum remittere. Denique idem  
 censet si indefinite dicatur, Concedimus indulgentiam  
 peccatorum: quia in his formis indefinita æquualet  
 vniuersali, quia alia concessio esset inutilis, cum nõ  
 possit ad vnã partem magis quam ad aliã deter-  
 minari, quod dicendum non est: ergo illa verba  
 satis declarant mentem concedentis esse totalem  
 indulgentiam concedere; hanc enim in rigore  
 signi-

Cur ultra  
 plenariã ipsã  
 indulgentiam  
 addatur  
 in bullis ali-  
 qui die: vel  
 quadragenã  
 na indul-  
 gentiã.  
 Cordub.  
 responsio nõ  
 ratiocinatur.

Vera respõ-  
 sio.

*Respon-*  
*ditur Exce-*  
*rauant.*  
*Antiquoru.*

*In quo dif-*  
*ferat Iubi-*  
*læum a ple-*  
*narã indul-*  
*gentiã.*  
*Nauarr.*  
*Cordub.*  
*Bellar.*

significat vox indulgentia ad partem aliquam non limitata. intelligendum vero hoc est quando concedens habet plenam potestatem, nam si habeat limitatam, vt Episcopi, non debet vti illa forma, si autem illa vtratur, intelligitur concedere quantum potest.

II Partialis indulgentia qua fit.

Atq; hinc tandem expofitum manet aliud membrum principalis diuifionis in principio politæ, fcilicet indulgentia partialis: est enim illa, quæ non absolute, fed cum aliqua additione determinante remiffionem ad partem pœnæ conceditur. Constat enim poffe hoc modo concedi indulgentiam: quia pœna potest per partes remitti, vt fupra oftensum est: & Prælati Ecclēiæ potest, vel iuxta causæ exigentiam, vel iuxta fuam limitatam potestatem, vel certe pro fua voluntate partem tantum pœnæ remittere: quando ergo hoc fufficienter in concessione explicatur, indulgentia est partialis. Iam vero fequitur explicandum, quibus modis hæc indulgentia concedi folet; quod in fequenti fectione commodius dicemus.

SECTIO V.

Quibus modis partialis indulgentia concedatur.

Primus modus esse potest; si indulgentia tantum concedatur de pœnitentiis iniunctis iuxta multorum sententiam supra tractatam. Sed hic modus in nostra opinione locum non habet: quia exposuimus illam adiectionem non esse restrictiuam, fed potius augmentatiuam. Quod facile intelligitur, quando simul additur alia partialis determinatio, vt vnus anni, vel quadragena de pœnitentiis iniunctis, id est, etiam de illis, iuxta capit. Cum ex eo, de Pœnit. & remiff. & communem expofitionem fuperius traditam. Idemque est, si indulgentia concedatur indefinite, & sine alia limitatione, præter illam de pœnitentiis iniunctis, vt si tenor fit, Confequatur qui hoc fecerit, indulgentiam de pœnitentiis iniunctis. Nonnullam vero habet maiorem dubitationem, quando conceditur, indulgentia plenaria de pœnitentiis iniunctis, quia tunc hæc particula videtur diminuens, & confequenter faciens, vt indulgentia non fit totalis, nisi secundum quid, absolute tamen partialis. Ad hoc vero iam supra responsum est, etiam ibi particulam illam non restringere, fed explicare magis, & quasi exaggerare indulgentiam, vt fcilicet intelligatur habere effectum etiam in causis iam iudicatis, & non solum quoad pœnam purgatorij, fed etiam quoad pœnitentiam sacramentalem. Aut intelligendam esse particulam de pœnitentiis iam ab homine iniunctis, vel quæ secundum ius, aut rectam rationem iniungi debent.

An particula, contritus & confessus, in concessione adiuua, faciat indulgentiam partialem.

Alia additio, per quam censetur indulgentia restringi, vt partialis fit, videtur esse quando conceditur indulgentia de peccatis, contritus & confessus. Circa quam formam concessionis aduertendum est, aliud esse, quantum ex tenore verborum apparet, concedere indulgentiam de peccatis, hominibus contritis, & confessis: aliud vero concedere homini indulgentiam de peccatis, de quibus contritus & confessus quis fuerit. Nam in priori locutione limitatio non ponitur ex parte peccatorum, quorum pœnæ remittendæ sunt: fed ex parte personæ quoad conditionem, seu operationem, quæ ab illa postulatur, vt talem indulgentiam confequatur, nimirum, quod sua peccata fuerit confessus. Et ideo ex vi talis

Quid de indulgentia de peccatis, hominibus contritis & confessis concessa.

A concessionis indulgentia non est partialis, sed totalis, quia si quis legitime confessus fuerit, quantum multa peccata propter obliuionem, vel aliam legitimam causam in confessione omiserit, omnium plenariam indulgentiam confequitur, quia iam impleuit conditionem in indulgentia requisitam; & quoad effectum nulla est polita limitatio. Quod recte sentit Caietanus tract. 15. de Indulgentiis, qu. 10. Idem tenet Corduba q. 27. proposit. 2. qui refert plures Canonistas, & Summistas, quorum non video probabile fundamentum: & ideo eos prætermitto. Qualis autem futura fit illa confessio, & quo tempore fit exhibenda, quando ex parte eius, qui lucraturus est indulgentiam, requiritur, infra suo loco dicendum est.

At vero in altera concessionis forma non videtur determinatio poni ex parte personæ, fed ex parte effectus seu peccatorum, quorum pœna per indulgentiam relaxatur: & ideo talis indulgentia videtur esse partialis, & non totalis: quia non de omnibus peccatis simpliciter, fed de illis tantum, quæ quippiam confessus est, conceditur. Fieri autem potest, vt aliquis multa habeat peccata nunquam confessus, qui tamen legitime indulgentiam illam lucratur, vt vel quia illa peccata fuerunt tantum venialia, vel quia fuerunt moralia inculpabiliter obliuata, & omiffa in confessione, vel quia fuerunt commiffa post ultimam confessionem, & de illis solum est homo contritus, & nondum confessus, quod fufficit ad talem indulgentiam lucrandam, saltem quoad remiffionem pœnæ debitæ pro aliis peccatis iam confessis, quia ex vi talis formæ non postulatur confessio, vt conditio necessaria simpliciter ex parte ipsius personæ ad lucrandum indulgentiam, fed solum ex parte materiæ, vt sic dicam, circa quam veritari debet effectus talis indulgentiæ. Atq; hanc sententiam tenet Corduba dict. q. 27. cum Angelo verb. Indulgentia, nu. 2. & Summa Rosella verb. Indulgentia, nu. 16. Gerfone supplemento Gabrielis, & aliis: estq; valde probabilis opinio, quia est valde conformis verbis concessionis, ex quibus maxime pendet effectus indulgentiæ.

Nihilominus alij sentiunt illam indulgentiam esse totalem, & illam particulam contritus, & confessus, non esse restrictiuam, fed tantum declaratiuam, ita vt pœna

D esse restrictiuam, ac si diceretur, de omnibus peccatis remiffis per contritionem, & confessionem. Ita videntur sentire Adrianus 4. materiæ de Indulgentiis, Anton. 1. p. tit. 10. c. 3. §. 5. & Nauarr. in Comment. de Indulgentiis notab. 18. nu. 14. qui citat Angelum in Sum. verb. Indulgentia, §. 17. Idem Nauarr. in notabil. 30. num. 11. & 12. citans Felinum, Syluestrum, & alios. Sed hi auctores quos Nauarr. citat magis loquuntur in priori casu, quando hæc determinatio ponitur circa personam, in de tamen potest à simili, vel à fortiori argumentum sumi. Estq; pia, & probabilis opinio: quia, vt dixi, indulgentia inter fauores computatur, qui ampliandi sunt quantum verba patiuntur. Quod autem illa verba possint ad hunc

E sensum sine improprietate extendi, ita de claro, distinguendo varios casus, vel modos, quibus peccata possunt esse nondum confessæ. Primus est quando peccata illa mortalia sunt, & commiffa ante ultimam confessionem, in ea tamen fuerunt omiffa propter moralem impotentiam, siue illa fuerit obliuio, siue repentinus euectus, vel alia necessitas, quæ integritatem materialis confessionis impedit. Et in eo casu, licet illa peccata non sint fufficienter confessæ quoad obtinendam directam absolutionem sacramentalem illorum, & implendam obligationem illa confitendi in particulari, est tamen sufficiens quoad indulgentiam obtinendam etiam respectu illorum peccatorum quia, licet non sint confessæ in particulari, saltem in generali sunt confessæ, vel quia huiusmodi pœnitens semper se accusat de

Caiet.

Quid de indulgentia de peccatis hominibus contritis & confessis concessa.

Cordub.

Secundum

Adrian.

quasi

*Omni, Triā.* omnibus quæ commisit, vel signa aliqua talis confessionis exhibet, vel certe eo modo quo Concilium Tridentinum dixit, sess. 4. cap. 5. *reliqua peccata, quæ diligenter cogitantur non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur.* Et quoad hæc peccata hoc videtur tandem admittere Corduba, quæuis non rectè dicat talem confessionem illorum peccatorum non sufficere ad absolutionem sacramentalem de eis habendam, nisi intelligat directè ac per se.

Secundò possunt esse peccata mortalia commissa post ultimam confessionem, eorum tamen confessio omittitur ante tempus indulgentiæ propter impotentiam confitendi, non ex defectu voluntatis aut diligentie ipsius penitentis. Et tunc Nauarr. & alij dicunt affectum indulgentiæ se extendere ad illa peccata, non obstante prædicta forma confessionis. Et videntur fundari in hoc, quòd propter impotentiam nemo debet fraudari fructu indulgentiæ. Ideoque aliter videtur sentire de illo, qui non propter impotentiam, sed propter suam voluntatem omittit tunc confessionem peccatorum illorum, etiam si habet voluntatem & propositum illa confitendi tempore debito. Sed hoc mihi non probatur: quia vel ex vitalis formæ indulgentiæ necessaria est confessio sacramentalis talium peccatorum ad obtinendam eorum remissionem per indulgentiam: & tunc quantum propter impotentiam omittatur sacramentalis confessio, non obtinebitur indulgentia: nam in his fauoribus nullum est inconueniens, imò sepe si contingit vt propter impotentiam non obtineantur, si conditio aliqua simpliciter ponitur, vt necessaria, & in ipsa concessione casus impotentiae non excipiantur. Aut confessio sacramentalis in re facta non est simpliciter necessaria, & tunc siue propter impotentiam omittatur, siue voluntariè in aliud tempus necessarium differatur, obtinebitur indulgentia de talibus peccatis: quia, vt supponimus, in concessione indulgentiæ nihil amplius de casu potentiae, quam de casu voluntariæ dilationis declaratur. Et eadem ratione difficilis mihi videtur ratio vel expositio data in proximo puncto: nam, si ex vi & tenore concessionis necessaria est sacramentalis confessio talium peccatorum, profecto generalis illa inclusio non sufficit: nam confessio sacramentalis alicuius peccati in omni proprietate & communi vsu non dicitur, nisi illa quæ in particulari sit de tali peccato: si autem sacramentalis confessio non est necessaria in re ipsa, non oportet recurrere ad illam generalem concessionem, sufficit enim propositum confitendi.

Quocirca, nisi aliqua ratione probabili ostendatur ex vi talis formæ non esse necessarium ad talem effectum, vt in re ipsa præcedat sacramentalis confessio talium peccatorum, non video quomodo defendi possit indulgentiam illam esse totalem. Neque facile apparet, quomodo illud prius defendi, aut sustineri possit, si indulgentia absolute sonat, de peccatis, de quibus aliquis contritus est, & confessus: nam hæc verba ita absolute dicta, non significant confessionem in voto, sed in re: nam confessio, in voto non solet simpliciter appellari confessio, sed propositum confitendi: vnde quoties indulgentiæ non aliud requirunt, solum contritionem postulant: quia in ea continetur confessio in voto, vel ad maiorem declarationem interdum addunt propositum confitendi. Solum posset quis apparenter illam expositionem accommodare, quando concessio fit iuxta formam Concilij Lateranensis sub Innocentio III. his verbis. *Concedimus plenam remissionem suorum peccatorum, de quibus fuerint corde contriti, & confessi:* nam particula illa, corde, cum vtraque particula sequenti coniungi potest, ideoque sufficere cordis confessionem; id est, propositum confitendi talia peccata. Quid verò de hoc sentiendum sit statim dicam.

Fr. Suarez, tom. 4.

A Occurrit tertium punctum de peccatis venialibus, quomodo scilicet in tali concessione includantur, si de illis non sit facta confessio in re ipsa, cum etiam votum eius necessarium ad iustificationem non sit, atque ad eòd in contritione non includatur. Adrianus enim supra, & Corduba existimant poenam venialium peccatorum non remitti per huiusmodi indulgentiam, nisi de illis sit facta sacramentalis confessio, vel in particulari, vel saltem in generali, qualis à multis fit, qui post confessionem singulorum peccatorum, generaliter se accusant de omnibus in quibus Deum offenderunt. Sed certè hæc generalis accusatio sacramentalis propriè non est de his peccatis, hæc enim propriè significat specificam confessionem eorum: & ideo si illa sufficit ad indulgentiam obtinendam de talibus peccatis, verisimile est illam non esse necessariam: quia vel nulla confessio exterior, vel sola sacramentalis petitur à Pontifice tanquam conditio necessaria ad consequendam indulgentiam talium peccatorum.

Quapropter satis verisimile existimo, effectum huius indulgentiæ extendi ad venialia peccata, etiam si nullo modo confessio de illis facta sit, quia verba illa, *De quibus contriti, & confessi fuerint*, optime possunt intelligi secundum partitionem accommodatam, id est, de vnoquoque peccato exigendo id, quod ad perfectam eius remissionem sufficiens est: satis enim dicitur quis de omnibus peccatis contritus, & confessus, qui de omnibus simpliciter est contritus, de mortalibus autem confessus, qui de his omnibus, de quibus necesse est, & sufficit conteri, contritus est, de quibus autem ultra hoc necesse est confiteri, confessus est. Vnde fit; nomine contritionis, non solum contritionem perfectam, sed etiam quancunque attritionem, quæ per se sufficit ad delenda venialia peccata, in illis verbis comprehendi. Et confirmatur hæc expositio: quia non est verisimile, voluisse Pontificem, ad lucranda integrè hanc indulgentiam confessionem venialium peccatorum postulare: quia generalis, vt dixi, non postulatur: si vero futura sit specialis, sepe est moraliter impossibile integrè fieri.

Sicigitur explicata illa indulgentia, non videtur esse partialis, sed totalis, & simpliciter plenaria. Porro hæc sententia confirmari ex decreto illo pro expeditione Terræ Sanctæ, quod habetur in fine Concilij Lateranensis sub Innocentio III. nam ibi duplex fit confessio: prior fit omnibus, qui laborant propriis viribus, & expensis, sub illa forma. *Plenam suorum peccatorum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti, & confessi, veniam indulgemus.* Altera fit eis, qui non in personis propriis, sed diutaxat suis expensis aliquos, iuxta qualitatem suam ad tale bellum destinauerint, atque illis etiam, qui è conuerso in propriis personis, non tamen propriis expensis accesserint: fit autem sub hæc forma. *Plenam suorum concedimus veniam peccatorum.* Vnde fit argumentum. Non est verisimile posteriorem hanc confessionem esse maiorem priore, cum prior concedatur his, qui in propriis personis, & propriis expensis laborant: posterior verò alterutrum tantum facientibus, satis ergo est quòd indulgentia sit æqualis: sed posterior indulgentia est plenaria simpliciter, vt ex forma recitata constat: ergo signum est, etiam priorem indulgentiam esse plenariam simpliciter, & consequenter particulam illam, *de contritis, & confessis*, non restringere indulgentiam, sed explicare dispositionem ad illam necessariam. Dicere quis potest, hoc ideo esse: quia posterior restringenda est per priorem, & non è conuerso hæc per illam amplianda. Sed hoc voluntariè dictum est, tum quia fauores potius ampliandi sunt; tum etiam, quia in posteriore nulla fit relatio ad priorem. Nec nos dicimus illam priorem formam esse per posteriorem ampliandam, sed ex contextu

An indulgentia de peccatis de quibus quis contritus sit, & confessus, venialia includat, & quòd modo.

Indulgentia concessam de peccatis, de quibus quis contritus est, & confessus fuerit, totalem esse.

& ratione colligimus illas duas formas tanquam æquivalentes in iure accipi.

Censeo ergo hanc sententiam valde verisimilem, præsertim quando in forma additur illa particula, corde, vel alia similis, quæ indicet sermonem esse de confessione in re, vel in proposito: nam si sermo sit magis absolutus, difficilior est illa expositio, quam tunc etiam non deant auctores graues, qui dicant, etiam tunc sufficere confessionem in voto, vt Glossa in Clemen. vnic. De Reliq. & venerat. Sanct. verb. Confessio. Abbas in cap. Omnis vtriusque sexus, de Pœnit. & remiss. & Ioannes Andreas in ca. Quod autem, eod. tit. Quos refert, & sequitur Syluest. verb. Indulgentia, qu. 7. dist. 2. & Angelus nu. 18. & ibidem Summa Rosella & Paludan. dist. 20. qu. 4. art. 3. Postetque ultra ipsos alia expositio dari, vt illa quidem forma intelligatur de confessione sacramentali in re facta, subintellecta tamẽ conditione, si necessaria, vel quantum necessaria sit, vt illa peccata remissa sint quo ad culpam: sæpe enim contritio non est tanta, vt per se sufficiat ad remissionem culpæ: additur ergo, Contritio, & confessio, propter casum in quo necessaria potest esse confessio. Quod ira declaratur, quia cum dicitur de quibus contritio &c. necesse est contritionem ibi accipi generatim vt abstracta à perfectâ, & imperfectâ, alioqui non sufficeret attritio cum confessione ad lucrandam talem indulgentiam: propterea ergo necessarium fuit addere Confessionem: quia sola contritio illo modo accepta non poterat esse semper sufficiens: ergo verisimile est in tantum adiungi confessionem, in quantum necessaria est ad iustificacionem, seu ad perficiendam contritionem. Sed de legitimo sensu harum formarum infra iterum redibit sermo: nunc hæc tantum probabiliter disputata sint. Addo vero vltimo, etiam si dicamus actualem confessionem talium peccatorum esse necessariam, nihilominus indulgentiam illam de se talem esse quantum vt integrum habeat effectum, maiorem quandam dispositionem, & specialem conditionem requirit ex parte lucrantis illam, nimirum sacramentalem confessionem talium peccatorum.

*Quando indulgentia per aliquot annos vel dies conceditur, quomodo illi computandi sint.*

Tertio, formula, & valde vsitata indulgentiæ partialis est per numerum dierum, aut annorum, & sic concedi solent, quadragesima, id est, quadraginta dies indulgentiæ, & septima, id est, indulgentiæ septem annorum: solet etiam quædam indulgentia vocari Cærena, quæ vtramque prædictam completitur, scilicet ieiunium quadraginta dierum, & septennam aliam pœnitentiam. Est autem vulgare dubium in hac materia, quid per hæc verba significetur. Aliqui enim putarunt, quando conceduntur eor dies, vel anni indulgentiæ, id intelligendum esse de diebus, vel annis Purgatorij, id est, vt tot anni ex pœna Purgatorij remittantur, quot in indulgentia exprimuntur. Quod videtur sensisse Viguerius in Institutionibus cap. 18. §. 6. versic. 22. Eamque sententiam libenter arripiant, & Catholicis tribuunt hæretici, vt irideant indulgentias, quæ id remittunt quod nunquam futurum est. Est tamen falsa sententia, primo propter rationem insinuatam: quia sæpè, conceduntur mille, vel decem mille anni indulgentiæ, cum tamen pœnæ Purgatorij ordinariæ non sint tanto tempore duraturæ, vt creditur, de quo supra dictum est. Secundo, quia ex verbis ipsis constat per illa nomina, quadragesima, septima, & similia, significari antiquas pœnas, quæ olim erant in vsu Ecclesiæ, & iuxta illas fieri hanc remissionem. Tertio, quia pœna Purgatorij non duratione tantum, sed etiam in-

tenensione, & acerbitate pœnarum mensuratur: vnde verisimile non est æque remitti tot annos illius pœnæ, siue intensa sit, siue remissa.

Est igitur communis sententia, diem vel annum in huiusmodi indulgentiis proxime significare durationem pœnitentiæ, siue satisfactionis in hac vita exhibitæ pro peccatis, per indulgentiam autem remitti non solam satisfactionem pœnitentiæ, sed etiam tam pœnam Purgatorij, quanta per pœnitentiam vnius diei, vel anni remitteretur. Ita explicant late Soto dist. 21. quæstion. 2. artic. 1. & Corduba quæst. 11. Et sufficienter probatur secunda ratione contra aliam sententiam facta, & sufficienti partium enumeratione.

Prima vero ratio contra priorem sententiam facta non videtur per hanc interpretationem expediiri: quia vnus annus pœnitentiæ huius vitæ æquiualeat, seu remittit vnum annum Purgatorij vel forte amplius: quia licet pœna huius seculi minor sit, quæ Purgatorij: tamen, quia voluntaria est, & non tantum pœnitentiæ, sed etiam propriæ actionis rationem habet, sufficit ad compensandam purgatorij pœnam, tam in duratione, quam in acerbitate: ergo quantum ad inconueniens in illa ratione illatum, perinde est remittere mille annos pœnitentiæ huius vitæ, vel pœnæ Purgatorij. Propter hoc inconueniens vitandum, Soto supra negat per vnum annum pœnitentiæ huius vitæ remitti Purgatorio vnum annum pœnæ: sed fortasse vnam horam, vel diem: & ideo fieri posse vt per mille annos indulgentiæ, non remittatur vnus in Purgatorio: neque satis esse pœnam huius vitæ esse magis voluntarie assumptam: quia excessus, qui est in acerbitate pœnæ Purgatorij, non satis compensatur propter illam conditionem maioris voluntarij. At Corduba quæstion. 3. hanc sententiam non approbat: putat enim quemlibet annum pœnitentiæ huius vitæ sufficere ad expiandum vnus annum pœnæ Purgatorij, propter dictam rationem maioris voluntarij quæ plus valet apud Deum, quæ acerbitas pœnæ: ideoque aliis modis ipse responderet ad obiectionem factam de tanto numero annorum, vt apud ipsum videre licet quæstionem vigesima. Breuiter vero assero, de re nobis incerta autores hos disputare, Ecclesiæ vero vti illa mensura, quæ sibi nota est remittendo illam pœnam Purgatorij quæ tot annis pœnitentiæ huius vitæ responderet, siue illa sit æqualis durationis, siue minoris, & siue illi anni in Purgatorio computandi sint secundum multitudinem pœnarum, quæ si mul inferri possunt pro variis peccatis, & singulis, possunt multis annis durare, & ex omnibus illa multitudo annorum consurgere, siue omnino secundum nostrorum annorum durationem computandi sint: hæc enim nobis incerta sunt, & ad causam præsentem non referunt.

Tunc vero difficultatem nobis ingerit tertia ratio supra facta contra priorem sententiam, quæ videtur etiam contra hanc militare: quia pœnitentiæ satisfactio eiusdem temporis nõ semper est eiusdem effectus, aut fructus, illa enim, quæ fit per operam magis pœnaliam, plus remittit de pœna Purgatorij, etiam si æqualis sit in duratione: quando ergo conceditur annus indulgentiæ, de qua pœnitentia illius anni intelligendum, id est, de graui, an de leui pœnitentia? Item ieiunare semel in qualibet hebdomada vnus annus, potest dici annua pœnitentia, & ieiunare etiam omnibus diebus anni est annua pœnitentia, quæ longe diuersos effectus habent in remittenda Purgatorij pœna. De qua ergo intelligendum est annus indulgentiæ? & similes interrogationes possunt facile multiplicari. Ad quas omnes vno verbo respondendi est, præter durationem pœnitentiæ subintelligendum esse eiusdem pœnitentiæ modum, id est, acerbitatem operis satisfactorij, & frequentiam eius intra annum & alias huiusmodi circumstantias: hoc

Gloss.  
Abb.  
Io. Andr.  
Sylu.  
Angel.  
Kosel.  
Palud.

Prima opi-  
nio.

Viguer.

Reuiciss.

hoc enim argumentum factum conuincit. Hic autem poenitentia modus erat per antiquos canones prescriptus, vt videre licet apud Gratianum in fine decreti, & distinctione 50. Burchardum libro sexto sui decreti. Sic ergo nomen *Carena*, significat poenitentiam quadraginta dierum in pane, & aqua, cum aliqua alia poenitentia septem annorum; vt constat ex cap. *Accusasti*, de Accusationibus: cuius verba sunt. *Si hoc fecerit, quadraginta dies in pane & aqua (quod arena vocatur) cum septem sequentibus annis poeniteat.* Et similia fere habentur in cap. 2. de sponsa duorum. Vbi Glossa notat *Carena* dictam esse; vel per synecopem, quali quarentenam, vel potius a carēdo, vel cibis, vel confortio hominum; nam qui illam poenitentiam agebant, per quadraginta dies recludēbātur, & a confortio hominū separabāntur. Quādo ergo conceditur, v. g. vna *Carena* indulgentia; remittitur tanta poena Purgatorij quanta ex vi illius poenitentia comparari poterat. Sic etiam in cap. *Hoc ipsum* 33. quæst. 2. dicitur, *Ecclēsiastica consuetudine vsurpatum est, vt maiorum criminum poenitentia septem annorum spatio concludatur.* Non declaratur autem illius septennis poenitentia modus. Ex aliis vero canonibus poenitentialibus colligitur: pro aliquibus peccatis prescriptam esse certam aliquam poenitentiam tanti temporis, vt v. g. ieiunare omnibus festis feriis illorum annorum, vel quid simile, frequentiam tamen modus talis poenitentia remittebatur arbitrio sacerdotis, iuxta æqualitatem criminis prudenter iudicantis. Nam, quia diuinitas poenitentia multum confert tum ad eius acerbitatem, tum etiā ad fructum, & quia facilius etiam definiti poterat, ideo frequentius canones poenitentialis durationē poenitentia determinabāt, modum autem eius committēbāt arbitrio sacerdotis, quamquam etiam ipsa duratio temporis non erat ita prescripta, quin arbitrio etiam iudicis posset vel limitari, vel augeri, vt ex eisdem decretis colligitur. Estque optimus locus in Conc. Nycen. cap. 11. & 12. Et ita etiam constat quid nomine *septennis*, vel *quadragena* significetur, nimium poenitentia, quæ secundum formam iuris, vel consuetudinis Ecclēsiæ tanto tempore fieri solebat: & specialiter nomine *quadragena* alludi videtur ad poenitentiam illam solennem, quæ in principio quadragesimæ inchoabatur, & durabat vsque ad diem cenæ Domini iuxta cap. *In capite*, d. 50. Vnde tandem fit, vt generalis regula ad explicandum hunc effectum sumenda sit in ordine ad prudēs arbitrium sacerdotis: tum quia neque in decretis antiquis definitur poenitentia omnium peccatorum, cum tamen indulgentia se extendat ad quolibet peccata: tum etiam quia ipsi poenitentialis canones non excludēbant arbitrium sacerdotis, sed solum erant veluti quædam regulæ directiue illius. Quando ergo conceditur vnus annus indulgentia, v. g. intelligitur de poenitentia vnus anni prudenter iniuncta à sacerdote pro talibus peccatis, & consequenter de tanta poena Purgatorij, quanta per illam poenitentia redimeretur: tanta enim per similem indulgentiam remittitur, & secundum hanc eandem proportionem explicanda erit omnis alia temporalis indulgentia, augendo, vel minuendo effectum eius secundum proportionem ad maius, vel minus tempus, cæteris paribus, quo ad modum, & qualitatem poenitentia.

A secundum rectam rationem. Primum. Mici non potest consequenter ad ea, quæ antea diximus: & saltem iuxta omnium sententiam locum non habetis quando in ipsa indulgentia expresse non dicitur, de iniuncta poenitentia: sed simpliciter conceduntur tot anni, vel quadragenæ indulgentia. Et præterea nunc fere nihil remitteretur per huiusmodi indulgentias: quia fere omnes poenitentia, quæ nunc iniunguntur per totam vitam homini committenti multa & graua peccata, non æquivalent poenitentia vnus anni, quæ olim iniungi solebat. Si autem dicatur secundum poenitentia quæ iniungi possent, etiam secundum prudentiam, non consistunt in indiuisibili; sed etiam habent latitudinem, rigorosæ, mediocres, & mitissimæ poenæ intra latitudinem iustitiæ, quibus in remittenda poena purgatorij; inæqualis respondet effectus: per quam ergo ex his poenis mensurandus erit effectus huius indulgentia? cum ille certus esse, & in indiuisibili consistere debeat. Et augetur difficultas: quia ad iniungendam poenitentia prudentis arbitrio, non solum consideranda est grauitas criminis, sed etiam dispositio poenitentis, vel bona, qualis est feruens contritio, quæ multum confert, vt pro grauiori crimine leuior satis factio imponatur; vel è contrariò mala, seu minus congrua dispositio, qualis est fragilitas in accèptanda, vel implenda poenitentia: Quod si dicatur hoc arbitrium, quod ad præsens pertinet, non esse sumendum ex dispositione poenitentis, sed ex grauitate peccati secundum se, tunc sequitur per huiusmodi indulgentiam remitti semper totam poenam peccato debitam: nam illa poenitentia prudenter imponitur pro aliquo crimine quantum ex vi illius, quæ esset sufficiens ad expiandam totam poenam Purgatorij illi correspondentem, iuxta grauitatem eius. Rursus cæteris paribus, poenitentia iniuncta in sacramento maiorem habet effectum, quam non iniuncta, vt potest, aliquid poenæ remittens ex opere operato: incertum ergo est sub qua ratione mensuret effectum indulgentia. Nec occurrit vniuersalis ratio ob quam alterutrum illorum asseratur. Vltimo est difficultas circa illam explicationem: nam ex illa sequitur eandem indulgentiam, verbi gratia septennem, maiorem habere effectum in eo, qui grauius peccauit, solum quia grauius peccauit, quāuis in cæteris dispositionibus, & operationibus sint pares, quod videtur absurdum. Sequela patet: quia licet propter periurium v. g. aut adulterium esset imponenda septennis poenitentia, grauior tamen propter periurium, quā propter adulterium, & consequenter illa maiorem etiam Purgatorij poenam auferret, quam hæc: ergo eadem proportione periurus obtinens illam indulgentiam maiorem remissionem poenæ Purgatorij consequetur: quia illi grauior esset satisfactio imponenda.

Nihilominus recedendum non est à prædicta interpretatione: nulla enim aprior, & decretis, ac Bullis Pontificum conformior excogitari potest: ex solutionibus autem dictarum obiectionum magis explicabitur, & intelligetur. Ad primum ergo respondetur, fructum, qui correspondet poenitentia iniuncta, si fieret, non esse pensandum ex circumstantiis personalibus, vt sic dicā, ipsius poenitentis, quæ variaz sunt, & sepe mere interiores, de quibus homines non iudicant, & hoc solum conuincere argumentum. Nihilominus tamen mensurari potest, & debet per fructum, quem tale opus externum, & laboriosum voluntarie factum, & cum cæteris conditionibus requisitis ad satisfactionem haberet, si fieret, qui fructus apud Deum certus est, ac satis definitus, vt iuxta illum possit etiam esse certus ac definitus effectus indulgentia. Dicitur etiam potest (estque mihi valde probabile) considerandum esse statum in quo aliquis lucratur indulgentiam, & feruorem, ad deuotionem qua se disponit ad indulgentiam lu-

Tertia

16  
Solutio  
prima diffi-  
cultas.  
Sicut ad ef-  
fectum in-  
dulgentia  
pensanda  
dispositio lu-  
crantis illa,

15  
Sed adhuc non quiescit animus, nec satis concipit quomodo iuxta hanc interpretationem possit esse certus ac definitus effectus huius indulgentia. Primo quia eodem tempore, & per opus omnino simile vnus homo consequitur maioris poenæ remissionem, quam alius, vel quia gratior Deo est, vel quia maiori affectu operatur, vel ob alias circumstantias. Secundo, quia vel est sermo de poenitentia iam iniuncta à sacerdote, vel quæ esset iniungenda

Fr. Suarez. tom. 4.

lii a grandam,

erandam, & secundum illum mensurandum, esse fructum talis indulgentiae, ita ut tanta poena Purgatorij per illam remittatur, quanta redimeretur per tale opus poenale tãto tempore factum in simili statu, & cum simili fervore ac devotione. Iuxta quam interpretationem talis indulgentia non habet in omnibus æqualem fructum, sed maiorem in eo qui meliori dispositione illam lucratur: nam, licet in omnibus sit fructus septennis iuxta tenorem indulgentiae, tamen illi anni vberiores sunt, ut sic dicam in vno, quam in alio, propter meliorem lucrantis dispositionem. Quae interpretatio est consentanea optimae providentiae, ut fideles diligentius se ad indulgentias lucrandas præparent: estque satis apta ad rem totam explicandam, ut ex dicendis amplius patebit.

17  
Secunda  
difficultas.  
enodatur.  
Sot.  
Cordub.

Ad secundam difficultatem (omissa opinione Caeietani supra tractata) omnes fatentur & Soto expressius declaravit, d. 21. qu. 2. art. 1. & Corduba q. 32. qui plures alios citat, quando in concessione non additur expressa determinatio, de poenitentis iniunctis, annos, vel dies computandos esse secundum poenitentias imponendas pro talibus peccatis, iuxta rectam prudentiam legitimi iudicis: quia neque talis indulgentia à nobis limitanda est, cum ex vi priorum verborum non limitetur, neque aliter potest secundum rectam rationem exponi: quia neque solum ius canonicum, seu poenitentiae in eo designatae sufficiunt: tum quia nec pro omnibus peccatis designatae sunt, neque ubi designantur, excluditur sacerdotis arbitrium, ut diximus. Nec vero quodlibet arbitrium, sed prudens & iustum pro regula sumendum est: tum quia alias nihil esset certum & stabile, ut illa difficultas à fortiori conuincit: tum etiam quia, cum talis indulgentia concedatur quasi in compensationem seu excusationem poenitentiae, debet sine dubio de iusta, seu proportionata poenitentia intelligi. Ad difficultatem autem respondetur primo, verisimile esse mensuram effectus talis indulgentiae esse summam, ac rigorosam poenitentiam, quae iuxta prudentiam pro tali culpa imponenda esset: quia hoc reddat in maiorem fauorem indulgentiae: nam quo maior fuerit poenitentia, tanto habebit maiorem compensationem poenae, & consequenter effectus indulgentiae erit maior. Aliter etiam dici potest, quod licet in ordine ad humanam prudentiam distingui fortasse possint illi tres gradus poenitentiae, tamen spectata re ipsa secundum se, iustam poenitentiam imponendam pro tali crimine esse vnus quantitatis, & apud Deum in indiuisibili consistere, & secundum illam rationem accipiendam esse poenitentiam, quae imponenda dicitur secundum prudentem arbitrium: nam Deus & cognoscit illam, & quantae poenae Purgatorij æquivaleret, ideoque tantam etiam imple remittit ratione indulgentiae.

18  
Replica  
satis.

Ad replicam vero, quod hoc prudens arbitrium fertur iuxta dispositionem poenitentis, responderi potest sicut ad priorem difficultatem, primo hic nõ agi de prudenti arbitrio pensatis circumstantiis extrinsecis, sed considerata tantum gravitate criminis secundum se. Neque inde fit ut semper ex vi talis indulgentiae remittatur tota poena peccato debita: tũ quia fieri potest ut peccato debeat septennis poenitentia, secundum iuris, & iudicis arbitrium, & tamẽ quod per indulgentiam tantum remissio vnus anni concedatur: tum etiam quia non constat, per poenitentiam in foro Ecclesiae iuste impositã & condignam remitti totam poenam, quae in Purgatorio responderet tali peccato, hoc enim diuino iudicio reseruatum est. Secundo respondetur, etiam in hoc prudentiali iudicio non esse excludendam omnino dispositionem lucrantis indulgentiam, ut secundũ illam æstimari debeat poenitentia iuxta quae pro talibus peccatis imponenda esset, nam hoc etiam est consentaneum rationi, & optimae, prudentiae. Quod

ita etiam declaratur: quia tam satisfactio poenitentiae, quam effectus indulgentiae non est nisi de poena, quae manent post remissionem culpae, ergo iustum arbitrium in poenitentia imponenda non est secundum ex sola gravitate culpae secundum se, sed ex reatu poenae, qui post illam remissionem manet: quia quo maior est, eo meretur maiorem poenitentiam, est autem maior, vel minor respectu eiusdem culpae, iuxta dispositionem poenitentis: ergo hæc etiam consideranda est ad ferendum illud prudens arbitrium, ergo respectu indulgentiae hæc optime consideratur secundum illum statum, in quo quisquam lucratur indulgentiam: nam iuxta reatum poenae, quem tunc habet apud Deum ex tali culpa, dignus esset tanta poenitentia: ergo recte hoc modo explicatur prudens arbitriũ, quod esse deberet in imponenda tali poenitentia. Aliæ vero circumstantiae omnino extrinsecæ, quales sunt infirmitas corporis ad exequendam poenitentiam, vel etiam debilitas animi ad eam suscipiendam, & aliæ similes, non videntur mihi in hoc negotio considerandæ: nam licet ratione illarum interdum imponatur prudenter minor poenitentia, tamen illud nõ est ex vi iustitiae & æquitatis eius, sed potius ex quadam misericordia & dispensatione, seu suspensione iustitiae: hæc autem computatio seu commensuratio, de qua agimus, sumenda est secundum iustitiam & æquitatem, illa enim est quae per se pertinet ad rationem satisfactionis, reliqua vero sunt extrinsecæ, & per accidens.

*Quaedam notantur pro doctrina de indulgentia de iniunctis poenitentis confirmanda.*

Atque ex his (prius quam ad cetera respondeam) Apollimus probabilem coniecturam facere ac confirmanda ea, quae de indulgentiis concessis, de poenitentis iniunctis supra diximus: est enim probabile in principio illam particulam, seu determinationem non alia ratione positam fuisse, nisi ut declararetur, illos dies vel annos indulgentiae, qui concedebantur, non esse de annis Purgatorij, sed de anni Ecclesiasticae poenitentiae, & ideo in principio quando non satis constabat de illo sensu, semper illa formula exprimebatur, postea vero vsu indulgentiarum crescente, coepit illa particula omitti, & indulgentia tot annorum vel dierum simpliciter concedi, quia iam non satis ex vsu constabat de quibus annis sermo esset. Vnde vterius colligo licet indulgentia concedatur de poenitentis iniunctis, si tamẽ clavis de facto erravit in poenitentia iniungenda, aut non seruit iustitiae & æquitatem, tunc effectus indulgentiae non respondere poenitentiae sic iniunctae, sed quae iniungenda fuisset secundum iustitiam & æquitatem. Ut, verbi gratia, si poenitens propter peccata solum merebatur vnus anni poenitentiam, E imposita autem illi fuit poenitentia septennis, non consequetur indulgentiam iuxta proportionem ad poenitentiam de facto iniunctam, sed secundum proportionem ad eam, quae iuxta rectam prudentiam imponenda fuisset: quia propter solam iniustitiam, vel imprudentiam confessoris non debet indulgentia augeri, praesertim quia talis poenitentia iniuncta, si de eius iustitia constat, nõ obligat. Atque eadem ratione, si condigna poenitentia nimium diminuta fuit, quando fuit iniuncta, nõ propterea diminuetur indulgentiae effectus, ut ex vtraque parte seruetur æqualitas, semperque mensura indulgentiae sit eadem: scilicet, condigna poenitentia secundum rectam rationem iniungenda. Vnde consequenter opinor, effectus harum indulgentiarum hoc tempore non esse mensurandos iuxta quantitatem poenitentiae, quae nũc solet imponi, quae regulariter est seu-  
fima,

suma, quia iam non imponitur secundum rigorem & aequitatem iustitiae, sed secundum quandam condescensionem ad hominum fragilitatem consuetudine confirmatam: indulgentiae autem semper conceduntur secundum eandem antiquam computationem dierum, vel annorum, ut ex forma ipsa indulgentiarum constat. Vnde etiam non probo quod quidam dicunt, per indulgentiam tot dierum, vel annorum simpliciter concessam sine illa additione, de poenitentia iniuncta, plus remitti de poena Purgatorij, quam per similem indulgentiam de poenitentia iniuncta, quia per priorem remittitur tota poena, quae respondet poenitentiae debita: etiam grauisimae, per posteriorem vero solum tollitur poena quae respondet poenitentiae de facto iniunctae. Sed hoc nobis non probatur: quia, si poena iniuncta non est iusta, illa non est mensura, sed quae futura esset iusta. Alias, si poenitentia de facto iniuncta quantumvis esset deficiens, esset mensura effectus indulgentiae, eadem ratione quando esset excedens, similiter esset mensura: ergo etiam posset habere maiorem effectum: quam alia indulgentia simpliciter concessa.

Ad aliam difficultatem superius factam, de effectu satisfactionis sacramentalis respondeo incertum esse quomodo effectus huius partialis indulgentiae tot dierum, vel annorum, siue de iniunctis, siue de non iniunctis poenitentia, illis commensuratur, an quatenus habeant effectum ex opere operantis, an ex opere operato. Videtur enim illud prius verisimile, tum quia indulgentia ibi indifferenter conceditur de poenitentia iniuncta, vel non iniuncta: ergo per se non respicit sacramentalem poenitentiam, ut ei commensuratur. Tum etiam, quia sacramentalis effectus solum debetur ei, qui ipsa exercet opus sacramentale. Nihilominus oppositum credo verisimile, ut supra dicebamus, per indulgentiam nullum detrimentum patitur is, qui illam lucratur: ergo si ei remittitur tanta poenitentia sacramentalis, ut nullum inde sentiat detrimentum necesse est tantam poenam Purgatorij ei condonari, quanta per talem poenitentiam quouis modo remitteretur: ergo tam ex opere operantis, quam operato. Nec refert quod interdum poenitentia non sit iniuncta: nam perinde est excusari hominem ab exequenda poenitentia iniuncta, vel immunem fieri, ne similis poenitentia ei possit imponi.

Ultimam difficultatem attingit Corduba q. 32. p. 2. Corol. 2. & concedit sequelam, nec putat inconueniens quod eadem indulgentia temporalis maiorem Purgatorij poenam remittat ei, qui propter grauius crimen maioris poenitentiae debitor est: quia ad hanc indulgentiam accidentarium est, quod poena debita pro tali tempore, acerbior sit vel leuior: per se autem solum est ut remittatur poena pro tali tempore debita, quaecumque illa sit, sicut supra dicebamus per indulgentiam plenariam plus remitti ei, qui plus debet, id tamen est accidentarium: nam per se solum conuenit tali indulgentiae remittere totam, quaecumque illa sit, ita ergo cum proportione contingit in praesenti, & statim aliud exemplum adhibebimus.

Quarta formula huius partialis indulgentiae esse solet, quando remittitur tertia pars poenitentiae debita peccatis, vel in alia simili proportione: & haec videtur omnium clarissima: quia non est dubium quin possit poena hoc modo per partes tolli, & consequenter quod is qui habet potestatem remittendi totam poenam, possit tantum huiusmodi partem remittere, si iugiter expediens. Solum videri posset inconueniens, quia haec pars non est in omnibus poena aequalis simpliciter, sed proportionalis suo debito. Hoc autem non est inconueniens, ut ex nuper dictis patet: quia illa inaequalitas est per accidens: nam ipsa indulgentia de se partem illam semper auferet, quaecumque illa sit, Dubitari etiam hic posset, an ta-

lis indulgentia remittat etiam poenitentiam iniunctam eadem proportione. Breuiter tamen dicendum est, si in indulgentia id exprimitur, non esse dubium quin ita fiat: si vero non exprimitur, rem esse dubiam: nam probabile est non relaxari poenitentiam iniunctam, etiam quoad illam partem, nisi aliunde verisimiliter constet effectum indulgentiae extendi usque ad remissionem reatus illius poenitentiae, pro qua poenitentiae erant iniunctae. Supererat hoc loco dicendum, an hi effectus indulgentiae infallibiles sint, vel possint augeri, aut minui, vel impediri ex parte suscipientis: sed haec dicentur melius infra, tractando de illo, cui indulgentia conceditur.

DISPUTATIO LI.

De Thesuro Ecclesiae, qui per indulgentias dispensatur.

**P**ROST effectus indulgentiarum dicendum sequitur de causis, ad quas pertinere videtur thesaurus Ecclesiae: quia diuitiae spirituales in eo contentae sunt, veluti materia ex qua, vel potius sunt quam moralia instrumenta, quibus soluntur temporales poenitentiae: sicut pecuniae sunt materia, seu instrumenta contractuum humanorum. Denique hic thesaurus censetur esse quasi basis & fundamentum indulgentiarum: & ideo inter causas merito primum locum occupat. De quo tria potissimum desiderari possunt: scilicet, an sit, & ex quibus bonis constet, & quam necessarius sit ad indulgentiarum usum. Ad quem vero pertineat huius thesauri dispensatio, in disputatione de causa efficiente indulgentiarum dicendum est.

SECTIO I.

Utrum in Ecclesia sit spiritualis thesaurus, qui per indulgentias dispensari valeat.

**N**ON defuit inter Theologos, qui negauerit esse in Ecclesia huiusmodi thesaurum. Ita enim sentit Mairon, in quarto, distinctione decimanona, questione secunda. Fundamentum eius fuit: quia hic thesaurus autem constat meritis Christi, aut Sanctorum: sed ex neutris constat, ergo nullus est. Minor quoad posteriorem partem tractabitur sectione sequente. Quoad priorem vero probatur ex dicto auctore: quia merita Christi sufficiens praemium habuerunt in ipso Christo homine, quando propter illa exaltatus est, & accepit nomen, quod est super omne nomen. Maxime vero videtur haec sententia posse iuari ex alia opinione Scoti, Durandi, & aliorum, qui negant Christi merita, & satisfactiones fuisse infiniti valoris: nam si fuerunt finita, profecto constare non potest aliquid ex eis super fuisse, quod in thesauro reponeretur post solutionem factam pro toto genere humano ad redimendum illud, & post tot dona gratiae, & gloriae, totque peccatorum ac poenarum remissiones propter Christum hominibus concessas. Quod si adhuc aliquid de meritis, & satisfactionibus Christi manet irremuneratum in conspectu Dei, fortasse totum illud necessarium est ad persoluendas gratias omnes, & remissionem concedendas hominibus propter Christum, & applicandas per sacramenta & sacrificia usque ad finem mundi: nulla ergo ratione constare potest aliqua CHRISTI merita esse in speciali thesauro Ecclesiae, qui ad dispensationem indulgentiarum deferuit. Quod si quis respondeat illam opinionem falsam esse, Christi merita esse infinita, & ideo ad

An plus remittatur poena per partem indulgentiae de poenitentia iniuncta quam si illa particula non addatur.

10 An effectus indulgentiae commensuratur poenitentiae ut habens effectum ex opere operato, aut ut ut vult.

21 Soluitur sententia diffinita.

22 Alia formula partialis indulgentiae.

omnes hos affectus, & varios applicationis modos sufficere. Hinc sequitur thesaurum hunc etiam post diem iudicij perpetuo duraturum, & sine condigno premio permanfurum, quod videtur inconueniens, & contra excellentiam diuinz iustitiz. Imo etiam sequitur non posse Deum exhaurire illum, aut condigne remunerare, quod diuinz potentiz repugnat.

3 *Sententia affirmans vera & de fide. Cuius. Sot. Palud. M. din. Cordub. Petr. Sot. Rufus. Clem. 6.*

Nihilominus dicendum est, esse in Ecclesia Christi thesaurum potissime, ac precipue constantem ex Christi meritis, & satisfactione, qui inter alios modos per indulgentias applicari, seu dispensari potest. Hæc assertio videtur esse de fide: & saltem contraria sententia à Theologis erronea censetur, vt videre licet in Caiet. Opusc. 15. de Indulgentiis c. 1. 2. & 3. Soto d. 21. qu. 1. art. 2. Palud. di. 20. quæst. 4. Medin. Disp. 8. de Indulgentiis, cap. 43. & seq. Cordub. qu. 2. & 3. de indulgentiis, Petr. Sot. lect. 2. de Indulgentiis, Roffens. art. 17. contra Lutherum. Et precipue tradita est, & declarata hæc veritas à Clem. 6. in Extrauag. Vnigenitus, de Pœn. & remiss. vbi cum dixisset, Christum Dominum per effusionem totius sanguinis sui nos redemisse, cum vna gutta sanguinis propter vnionem ad verbum, ad redemptionem totius generis humani sufficere potuisset, subdit, *Quantum ergo exinde, vt nec superuacua, inanis, aut superflua tanta effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesie acquisiuit, volens suis thesauri rare filiis pius pater, vt sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, Dei amicitia participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per beatum Petrum coli clauigerum, eiusque successores, suos in terris Vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum.* Quæ verba & partes omnes nostræ assertionis continent, & singularum præcipua fundamenta ac rationes declarant.

4 Principale enim fundamentum huius thesauri est vnio Verbi incarnati, ad humanam naturam, in hunc finem facta, vt Verbum incarnatum lapsum hominem redimeret, & pro illo Deo Patri ex perfecta iustitia satisfaceret. Ex quo mysterio necessario fuit consequens, vt opera, & pœnæ eiusdem incarnati Verbi infiniti fuerint meriti ac satisfactionis. Cumque omnia ab ipso fuerint facta, & assumpta, vt à Redemptore hominum, & propter eorum salutem, sequitur etiam vt thesaurum ex illis bonis operibus ac pœnis resultantem, non tam sibi, quam ipsis hominibus quibus semper futurus erat iustitia, sanctificatio, & redemptio, acquisierit. Hunc ergo thesaurum vere habet Ecclesia sibi à C H R I S T O acquisitum, & ex eius meritis, & satisfactione constantem.

5 *Ecclesia thesaurum esse infinitum*

Deinde sequitur, quod idem Pontifex docuit, Vt sit sit infinitus thesaurus hominibus. Nam opera Christi propter infinitam excellentiam suppositi operantis infinitum valorem ad meritum & satisfactionem habuerunt, vt in primo Tomo huius tertiæ partis disputatione quarta late demonstratum est. Atque hæc sunt abundantes ille diuitiæ gratiæ, quas Deus in bonitate super nos ostendit in Christo IESU, de quibus loquitur Paulus ad Ephes. 2. quas statim capite tertio, inuestigabiles diuitias Christi appellat, & dispensationem sacramenti à seculo in Deo. Per quæ verba egregie potest metaphora thesauri ad hunc Ecclesie thesaurum accommodari. Hæc enim vox in propria ac primæua significatione materialem thesaurum significat, quem definiens Iuriconsultus in l. Nunquam. ff. de acquirendo rer. domin. ait, esse depositionem quandam pecuniæ, cuius non extat memoria. Latius vero, & vulgari vsu accipi solet pro cumulo, in quo res pretiosissimæ custoditæ, & reconditæ sunt: merito ergo abundantissimus cumulus diuitiarum Christi, thesaurus Ecclesie dictus est, qui propter infinitatem suam inuestigabilis, iuxta phrasim Pauli appellari potest.

A Tandem additum est à Pontifice dispensationem huius thesauri Petro esse commissam: loquitur autem præcipue de dispensatione per indulgentias, quas ibi confirmare, & concedere intendebat, & ita etiam confirmat vltimam nostræ assertionis partem. Ad quam explicandam vltimus aduertendum est, iuxta doctrinam fidei, merita Christi & satisfactiones ad plura sufficere, quæ actum efficiat, sic enim dixit Ioannes primo Canon. capit. secundo, Christum esse propitiationem pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam totius mundi, redemit enim Christus, omnes mundi homines, etiam si non omnes saluentur. Quod etiam manifeste confirmat esse in Ecclesia, seu apud Deum thesaurum meritorum Christi, in quo extant merita, & satisfactiones pro talibus oblata, quanuis eis non applicentur: sit etiam inde, præter Christi diuitias necessarium esse applicationem earum nobis factam, vt per earum effectus diuites efficiamur. Rursus pro certo supponendum est, hunc Christum, & Ecclesie thesaurum multis aliis modis hominibus applicari præter indulgentias; scilicet, per sacramenta, per sacrificium, & per alia fidelium opera. Ex quo concluditur obiter alia ratio conuincens necessitatem huius thesauri. Si enim Christi merita iam essent omnino ad æqualitatem remunerata, nihil amplius posset de iustitia nobis propter illa dari, neque effectus sacramentorum nobis darentur, vt iustum præmium meritum Christi, neque nos possemus hæc fide, & fiducia postulare aliquid propter Christi merita: quæ omnia sunt absurda, & hæretica. Igitur ex aliis vltibus meritum Christi (vt sic dicam) euidenter conuincitur esse in Ecclesia thesaurum eorum. Addit ergo inter alios modos dispensandi hunc thesaurum, vnum esse per indulgentias, quod non aliter nunc probandum est, quam illo quo probauimus esse in Ecclesia indulgentias, & potestatem illas concedendi. Nā Clem. 6. ex eisdem elauibus Petro commissis, ex quibus nos indulgentiarum potestatem collegimus, infert dispensationem eiusdem thesauri per indulgentias, quia, nimirum, eadem est potestas vnusque, & idem actus eius: quia licet in indulgentia respectu huius, cui conceditur, sit liberalis remissio; tamen respectu Dei est sufficiens solutio ex meritis & satisfactionibus Christi. hic enim est optimus modus conciliandi misericordiam cum iustitia: estque modus possibilis, atque adeo comprehensus sub vniuersali potestate eligendi & soluendi, quæ est Petro commissis, vt latius scilicet, 3. declarabimus.

Ex his ergo facile intelligitur superflue ab hæreticis quæri, vbi sit hic Ecclesie thesaurus, quali vero materiali ille sit, vt locum aliquem, in quo merita custodiantur, requirat. Est ergo res spiritualis, & moralis, non in materiali loco, sed in diuina acceptatione & præsentia existens. Constat etiam ex dictis, inepitissimum, ac valde erroneum esse Maironis fundamentum, tum quia falsum est Christum in sua humanitate recepisse præmium ad æquatum suis meritis, quanuis enim exaltatio, & gloria extrinseca & accidentalis, quam sibi promeruit fuerit magnæ æstimationis ac valoris, non tamen est comparabile cum infinito valore meritum eius. Tum etiam, quia nihil distinguit inter meritum & satisfactionem, cum tamē hæc valde diuersa sint, vt in superioribus tactum est, & in sequenti sectione iterum dicemus. Quidquid ergo fuerit de Christi operibus, vt meritoria sunt, tamē vt sunt satisfactoria, nihil ipsi Christo profuerunt: ad indulgentiarum autem effectum, thesaurus potius satisfactionum necessarius est, quæ meritum, cum ille effectus in sola remissione temporalis pœnæ consistat, quæ per satisfactionem compensanda seu redimenda est.

7 *Obiectio*

Quod vero ex aliorum opinione obicitur, valor meritum Christi non esse infinitum ad meritum & satisfactionem, conuincitur profecto ex

Doctorem opinione ostendunt.

dictis alienum esse à verbis Pauli, & mente Pontificis, & communiori sensu Ecclesie, & grauiorum Doctorum: fundato in excellentia personæ Christi: de qua re latius diximus in citato loco de Incarnatione. Addo denique etiam illos Doctores non negare thesaurum hunc ut constantem ex meritis & satisfactionibus Christi: quia, licet negent valorem meritorum Christi simpliciter esse infinitum ex dignitate personæ operantis, non tamen negant quandam infinitatem quasi synchegorematicam ex parte diuinæ acceptationis, quia potuerunt illa Christi opera acceptari à Deo ad maius & maius præmium, seu maiorem & maiorem remissionem peccatorum in infinitum. Vnde etiam non negant, nec negare possunt Christi opera de facto acceptata esse à Deo tanquam sufficientia ad redimenda, quoad culpas & pœnas, omnia peccata hominum, quæ à principio mundi fuerunt, & nunc sunt, & erunt vsque ad finem seculi, cum id expresse Scripturæ doceant infinitis locis, præsertim loco citato 1. Ioan. 2. Actorum item 4. & ad Ephes. 1. Ex hoc autem principio euidenter sequitur, thesaurum meritorum, & satisfactionum Christi non esse exhaustum, neque exhaustum esse vsque ad finem seculi, quantumcumque per indulgentias, vel per alia media ex illo perfoluantur, & remittantur pœnæ debite peccatis hominum: nam, licet fingatur esse actu finitus, ad minimum tantus est, quantum ad omnia illa peccata, & omnia debita eorum compensanda necessarius ac sufficiens est. Alioquin si obiectio esset alicuius momenti, etiam timere possemus, ne sacramentorum virtus ad remittenda peccata, & pœnas eorum amitteretur, consumpto iam toto thesauro diuitiarum Christi.

Neque villo modo dicere potest Catholicus, ex meritis & satisfactionibus Christi solum esse in thesauro repositum id, quod sufficit ad compensandas omnes gratias, vel remissiones cum effectu donandas vsque ad diem iudicij per sacramenta vel sacrificia: tum quia necesse est ut valeat ad redimenda omnia peccata, quæ aliquando erunt, etiam ea quæ nunquam remittentur, aliàs non fuisset sufficiens redemptor omnium: tum etiam, quia non solum ad effectum sacramentorum, & sacrificia, sed etiam ad omnem gratiam, vel remissionem, quæ alia quacumque via hominibus datur, efficax est, alioquin non fuisset Christus perfectus, & vniuersalis redemptor quoad efficaciam. Quamuis ergo demus licentiam fingendi thesaurum illum esse finitum, timere non potest, quod ad indulgentiarum effectus sufficientiam non habeat. Verum est tamen, sufficientiam illam si non in intrinseco valore & dignitate, sed in sola extrinseca Dei acceptatione fundatur, ut dicti auctores dicunt, non esse veram sufficientiam ad perfectam iustitiam sufficientem, sed imperfectam valde, quantum est ex parte ipsius Christi. Ideoque longe melius ac sapientius dixit Clemens V. non esse timendum de diminutione, aut consumptione huius thesauri, propter infinitatem meritorum Christi: quam non in Dei acceptationem, sed in Verbi dignitatem reduxit.

Vnde consequenter fatendum est, etiam post diem iudicij perpetuo duraturum hunc thesaurum, & in eo futuras esse satisfactiones sufficientes ad infinita alia peccata remittenda, & indulgentias in infinitum concedendas. Neque id est otiosum, sicut potentia Dei non est otiosa, etiam si infinita possit operari, quæ non operatur, quia est attributum quoddam connaturale ipsi Deo, pertinens ad perfectionem eius: ita enim infinitus valor propriorum operum est, quasi naturalis proprietas Dei hominis, pertinens ad perfectionem eius. Neque etiam hoc derogat aliquid iustitiæ, vel omnipotentis Dei: quia si consideremus rationem meriti & præmij, ad iustitiam, satis est, ut æquetur totum illud præmium, ad quod ab ope-

ante efficaciter ordinatur tale meritum: ad potentiam verò sufficit, ut quantum Christus mereri potuit efficaciter, tantum potuerit Deus remunerare ut satis in citato loco explicatum reliquimus. Eademque proportio est inter satisfactionem pro culpa vel pœna, & earum remissionem. Solum possemus addere, maiorem fuisse valorem satisfactionis Christi, quam potuerint esse peccata hominum, & consequenter remissiones eorum. In quo non vincit Christus potentiam, vel bonitatem Dei, sed potentiam, vel potius impotentiam hominum ad peccandum, quia plus potuit ipse solus satisfacere, quam possint omnes homines offendere seu demereri, etiam si, & ipsi, & eorum peccata in infinitum multiplicentur.

SECTIO II.

Verum thesaurus Ecclesie, qui per indulgentias dispensatur, constet etiam ex satisfactionibus Sanctorum.

EX Theologis, præter Maironem, Durandum in 4. d. 20. quæst. 2. ausus est negare thesaurum Ecclesie ut constantem ex meritis, vel satisfactionibus aliorum præter Christum: affertque duas rationes. Prima est eadem cum ratione Maironis, quia opus perfecte remuneratum in vno, non debet etiam in altero remunerari: sed opera iustorum, vel sunt iam condigne remunerata in animabus eorum, vel si quid superest de præmio saltem secundario, in die resurrectionis vltimæ conferetur. Hæc enim ratio, licet in Christo fuerit inualida, in aliis sanctis videtur efficax, tum quia merentur sibi tam essentielle commodum, quam accidentalibus præmia: tum etiam quia valor operum ipsorum finitus est, potestque recipere ad æquatum præmium, quod Deus de facto præbet; etiam vltra condignum, iuxta illud: Non sunt condigna pœnæ huius temporis ad futuram gloriam, quæ retribuitur in nobis. Et illud: Mensuram bonam, & coagulatam, & superfluentem d. abunt in sinu vestro. Aliter potest hæc ratio proponi. Nam si quæ merita Sanctorum reponerentur in thesauro Ecclesie, maxime illa, quæ sanctis superflua sunt; nam quæ sunt illis necessaria, aliis non applicantur: sed nulla sunt merita illis superflua, quia omnia sunt eis vtilia, & efficacia ad aliquod præmium, quia nullum est, vel minimū opus apud Deum, quod careat mercede sua: ergo nulla superflua Sanctorum merita, quæ in thesauro reponantur.

Duplex vero solutio ad hanc rationem dari solet. Prior est, merita Sanctorum, quamuis in ipsis habeant condignum præmium, posse valere ad impetrandum aliis, vel merendum de congruo aliquod bonum, vel aliquam pœnæ remissionem. Certum est enim iustum posse mereri de congruo, & impetrare alteri aliquod gratiæ beneficium, ob quod non priuatur præmio de condigno correspondente illi operi, per quod alteri meruit, seu impetrauit. Hæc vero responsio, licet veram doctrinam contineat, non tamen est ad rem præsentem: quia hic agimus de thesauro Ecclesie sufficiente ad efficacem remissionem cum æqualitate iustitiæ respectu Dei: in sola vero impetratione, aut merito de congruo non intercedit hæc ratio iustitiæ. Est ergo secunda responsio, aliud esse considerare in operibus iustorum rationem bonitatis ac meriti, aliud vero rationem pœnalitatis & satisfactionis; & quamuis sub priori ratione non inueniantur superflua, sub posteriori tamen inueniuntur, quia interdum sancti plures pœnas, & pœnitentias suscipiunt, quam ad satisfaciendum pro peccatis suis necessariae illis sint: sub illa ergo ratione recondi poterunt in thesauro Ecclesie, & prodesse ad remittendas aliorum pœnas.

Maironis & Durandi opinio. Primaratio.

Roman. 8. Luc. 6.

Solutio prioris.

Reiicitur ratio prioris.

Solutio secundæ.



<sup>3</sup> Durandus re-  
plicat.

Contra hoc vero tacite replicat Durandus, quia vel vnus iustus per modum suffragij poenalitatem suam pro alio obtulit ad satisfaciendum pro illo, & fic iam illa satisfactio non est superflua, quia in alio iam habet effectum: vel illam poenam non sic obrulit, sed simpliciter sustinuit propter Deum; & tunc opus illud, praeter essentiale praemium illi respondens quatenus bonum est, habebit accidentale praemium condignum, quatenus tale est: ergo sub vtraque ratione manet condigne remuneratum: ergo sub neutra ratione reponatur. Atq; hinc confirmatur secunda ratio Durandi, quia opus vnus non potest alteri prodesse de iustitia, nisi ad hunc finem ab ipsomet operante referatur; nam est illa veluti donatio quaedam, quae propria voluntate fieri debet: sed iusti nunquam habuerunt hanc intentionem reponendi opera sua in thesauro Ecclesiae, vt aliis profint; sed sibi merendi quantum potuerint apud Deum; in quo valde sunt dissimiles Christo, vt per se constat: ergo opera iustorum non reponuntur in thesauro Ecclesiae.

Secunda  
Durandi  
ratio.

<sup>4</sup> Tertia ratio  
pro eadem  
sententia.

His rationibus, quae a priori sunt, possumus nos alias adiungere. Tertio igitur argumentor, quia ex contraria sententia sequitur in veteri synagoga, imo & ab origine mundi fuisse in Ecclesia thesaurum meritorum, saltem vt resultantem ex superfluis operibus Sanctorum, quantum non ex meritis Christi, quia non erant exhibitae: nam quod fuerint praetuisa, non satis est vt dicantur iam fuisse in thesauro Ecclesiae, quia quod nondum est factum, nondum est acquisitum, seu thesaurizatum. Probatur ergo sequela, quia etiam illo tempore potuerunt viri eximij in sanctitate, in hac vita maiora mala poenae suscipere; vel sustinere, quam propter sua peccata deberent; iuxta illud Iob. 6. *Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris haec grauior appareret.* Sic etiam verisimile est innocentem Abel, post sanctissima opera, iniustam mortem patienter sustinendo, vltra debitum proprium satisfecisse: ergo si hoc satis est ad thesaurum etiam eo tempore erat in Ecclesia thesaurus Consequens autem videtur absurdum, quia alias consequenter procedendum erit fuisse eo tempore in Ecclesia potentatem dispensandi thesaurum illum, alioqui inutilis fuisset talis thesaurus: nam in thesauro abscondito & inuiso nulla est utilitas, vt Sapiens Ecclesiast. 20. & 21. significat: fuisset ergo tunc potestas concedendi indulgentias, atque adeo potestas clauium, quod absurdum est.

Iob. 6.

Ecclesiast. 20.  
& 21.

<sup>5</sup> Quarta ratio.

Quarto argumentor, quia hic thesaurus ex Sanctorum satisfactionibus, aut Christi dignitati derogat, aut nobis utilis non est: quia vel Christi thesaurus est finitus; & hoc est contra dignitatem Christi; vel est infinitus, & sic vel nihil ei addi potest, quia infinitum non potest augeri, vel certe nobis non est utilis illa additio, cum ad omne commodum nostrum infinitae diuitiae Christi ita sufficiant, vt nihil sufficientiae, aut efficaciae ex aliorum meritis eis accrescere possit. Simile argumentum est, quia vel Christus nos sufficienter redemit ab omni culpa & poena vel indiget aliis veluti coadjuutoribus in munere redemptionis ad illud consummandum: hoc posterius est contra Christi dignitatem, solus enim ille fuit perfectissimus redemptor, neque enim, est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Propter quod D. Thom. 3. p. q. 48. art. 5. docet, passionem Sanctorum non prodesse nobis per modum redemptionis, iuxta illud, 2. ad Cor. 1. *Sive tribulamur, pro vestra exhortatione, & salute.* Si autem dicatur primum: ergo merita Sanctorum non possunt nobis prodesse ad redemptionem, vel minimi peccati, vel poenae pro eo debita; ergo neque ad absolutionem poenae per indulgentias remittenda, quia illa solutio esset

L. Thom.

2. Cor. 1.

A quaedam redemptio: ergo satisfactiones Sanctorum inutiles essent in thesauro Ecclesiae.

*Thesaurum Ecclesiae etiam ex meritis Sanctorum constare. Assertio certa.*

**N**ihilominus dicendum est, thesaurum Ecclesiae non solum constare ex meritis Christi, sed etiam ex meritis Sanctorum. Assertio certa est; expresse enim docetur a Clemente in dicta Extrauag. dicente, *Ad cuius quidem thesauri cumulum Beata Dei Genetrix, & omnium electorum a primo iusto vsque ad vltimum adminiculun. prestare noscuntur.* Et id confirmauit Leo decimus in Bulla, in qua errores Lutheri condemnauit, & in Decreto misso ad Caietanum, quod ipse refert, 3. part. quaest. 28. art. 5. vbi ait, Pontificem posse thesaurum Iesu Christi, & Sanctorum dispensare: & sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, & Summo Pontifici reseruata id teneri, atque doceri praecipit. Et ita in hac doctrina assensu conueniunt Theologi superius citati. Solet autem veritas haec praecipue suaderi illis testimonijs Scripturae, quibus supra probauimus esse inter fideles communicationem bonorum operum, & vnum posse alteri satisfactionem suam per modum suffragij communicare: ex illo enim principio haec veritas facile colligitur, vt statim ostendemus. Hic addere possumus id 2. ad Corinth. 13. *Nam quero quae vestra sunt, sed vos. Non enim debent filij parentis bus thesaurizare, sed parentes filijs, ego autem libentissime impendam, & superimpendam ego ipse pro animabus vestris, vbi significat Paulus se, vt spirituales Patrem, thesaurizare filijs suis, quos per Euangelium in Christo genuerat, & in hunc finem se esse paratum ad vitam pro illis tradendam. Et hinc fortasse sumpsit occasionem Origenes, vt diceret hoc Orig. mil. 10. & 24. in Num. Paulum suo modo expiatis peccata aliorum, pro Christo patiendo. Facit preterea, id 2. Cor. 8. *In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum.* Quorum verborum sensus esse videtur, sicut ex abundantia diuitiarum materialium quidam subueniunt indigentibus; ita ex spirituali abundantia quorundam fidelium potest alius spiritualiter indigentibus subueniri: Haec ergo abundantia spiritualis coheret ad quoddam incrementum Ecclesiastici thesauri. Quae testimonialiter forte per se sola non cogunt, tamen, supposita Ecclesiastica traditione, & doctrina, cum illa optime quadrant, & praedictum sensum aptissime admittunt: quia significant, in quibusdam fidelibus tantam esse abundantiam meritorum, vt per ea possint aliis indigentibus prodesse. Vnus autem modus subueniendi est, per communicationem satisfactionis, quae, sicut potest alicui personae privatim donari per modum suffragij, ita etiam potest thesauro Ecclesiae relinqui: ergo quando Scriptura vniuersae & indefinitae loquitur, merito intelligimus, haec omnia summam comprehendere.*

*Prima explicatio modi, huius Theauri.*

**V**t autem, & modum huius thesauri, quatenus ex Sanctorum meritis constat, & rationem eius a priori explicemus, aduertendum est, in operibus iustorum quosdam esse effectus omnino proprios & quasi immanentes, qui non possunt aliis communicari: huiusmodi sunt efficere, & bene disponere ipsum operantem ad cauenda vitia contraria, & ad operandos similes actus virtutis, & diuinam Sanctificationem & gratiam recipiendam, vel augendam: ite mereri de condigno aliquod praemium, praesertim essentiale. Alij vero sunt effectus talium operationum, quos non solum in ipsis operantibus, sed etiam in alijs

Clementi

Leo X. C. 11.

Cor. 13.

Orig.

2. Cor. 8.

Duplici pro-  
prietate operum  
iustorum.

in aliis habere possunt huiusmodi sunt impetratio alicuius beneficii, vel alicuius pœne remissio per vim impetrandi, merendi de congruo, & satisfaciendi pro pœna temporali. Dixerunt vero aliqui, vt supra vidimus agendo de suffragiis, hæc opera etiam quoad vim satisfaciendi ita esse propria ipsius iusti operantis, seu patientis, vt nullus iustus præter Christum possit alteri donare illa sub hac ratione, seu pro alio soluere, aut satisfacere. Iuxta quam opinionem consequenter dicendum est, thesaurum Ecclesiæ non consistere ex satisfactiõibus Sancto- rum, neq; ex illis applicari aliquid per indulgentias ad solutionem temporalium reatum. In quo multum accedit illa sententia ad Durandi sensum. Diferre tamen potest ab illo, dicendo merita Sancto- rum quatenus habent vim impetrandi aliquid, me- rendo etiam aliud de congruo aliis, sub ea ratione manere reposita in thesauro Ecclesiæ: nam sub ea- dem dici possunt superabundantia seu superflua; quia sufficientia sunt ad impetrandum, & obtinen- dam à Deo ex prædicta ratione meriti plura benefi- cia, quam de facto Deus propter illa contulerit ius- tis seu Ecclesiæ, quod videtur satis ad saluanda ver- ba Pontificum. Nam Clemens 6. in Extrauag. citata, non de satisfactiõne, sed de meritis loquitur. Item non loquitur solum de excellentioribus sanctis, qui superabundantes solèr habere satisfactiõnes, sed in vniuersum de omnibus electis à primo iusto, vsque ad vltimum, & omnium merita dicit administrum præstare: certum est autem non omnes habuisse su- perfluas satisfactiõnes alioqui fere nullus eorum purgatorium adiisset: loquitur ergo de meritis quo- ad vim impetrandi, seu merendi de congruo. Item subdit, hunc thesaurum Ecclesiæ, non solum ex ea parte, qua infinitus est propter Christi merita, sed etiam ex qua parte constat ex meritis Sancto- rum, consumi non posse, quia quanto plures ex eius applica- tione trahuntur ad iusticiam, tanto magis accrescit ipso- rum cumulus meritorum. Quæ ratio supponit, quæli- bet merita Sancto- rum, etiam quæ in ipsis præmian- tur de condigno, conferre aliquid ad cumulum thesauri: alioqui si ex satisfactiõibus constaret, non esset verum in vniuersum, omnem satisfac- tionem, quæ consumitur per applicationes, seu so- lutiones pro aliquibus factas, ex eorum meritis re- staurari, quia sapissimè accidere potest vt multi eor- um nullas habeant superfluas satisfactiõnes. De- niq; accedit in fauorem huius sententiæ, quod iux- ta illam facillime soluuntur rationes dubitandi in principio positæ, vt cõsideranti facile patebit. Quod si aliquis obieciat, quia iuxta hanc sententiam non poterit ex meritis Sancto- rum fieri solutio, & conse- quenter thesaurus Ecclesiæ, vt constans ex illis, ni- hil confert ad indulgentias concedendas. Respon- deri potest concedendo priorem partem, & negan- do posteriorem: propria enim solutio pro debito pœnæ, reuera non fit nisi per aliquam satisfactiõem: nihilominus tamen sancto- rum merita in thesauro Ecclesiæ reposita conferre possunt, vt fiat remissio pœnæ sine propria satisfactiõne, vel absque vlla so- lutione, vt per solutionem factam ex sola Christi satisfactiõne.

8  
Prædicta  
sententia  
probat.

Nihilominus sententiã hanc, quatenus à thesau- ro Ecclesiæ, & ab vsu indulgentiarum excludit satis- factiõnes sancto- rum, falsam, & cauẽdam censeo: nam est cõtra communem sententiam Theologo- rum, vt videre licet in omnibus, quos in hæc, & præ- cedente sectione citavi: est etiam cõtra communio- nem sensum fidelium: supponit etiam falsum fun- damentum, nimirum, vnum fidelem non posse pro alio satisfacere, & pœnam soluere, de quo supra di- ctum est. Deinde aperte repugnat modo loquendi Pontificum, præsertim Leonis Papæ in decreto re- lato à Caietano; docet enim, posse Pontificem con- cedere indulgentias ad remittendâs temporales pœnas,

A ex superabundantia meritorum Christi, & Sancto- rum: nam illa particula, Ex, non dicit causam impetra- tem, seu intercedentem, sed propriè indicat pretiũ solutionis, ideoq; dixit, ex superabundantia merito- rum, id est, ex eo quod in eis abundat: & infra sub- dit, thesaurum meritorum Christi, & sancto- rum dispen- sando, dispensare enim merita alicuius, non est pro- pter ea aliquid impetrare, vt per se notum videtur: sed est ea erogare ad debitum aliquod soluendum, seu absolvendum, Et ideo paulo inferius subdit i- dem Pontifex, hæc dispensationem thesauri per indulgentias fieri per modum absolutionis, vel suffragij seu solutionis. Præterea, si merita Sancto- rum tantum dicto modo in thesauro reponuntur, ad negotium indulgentiarum parum aut nihil iuuant, nam indulgentia non operantur per modum im- petrationis, aut meriti de congruo, sed per modum absolutionis ex potestate clauium, quæ potestas effi- caciter operatur ex vi potestatis excellentiæ Christi, in qua nititur, & virtute cuius instituta est, & opera- tur sine extrinseco adminiculo alicuius impetratis. Sicut operatur etiam efficaciter in sacramento ex vi meritorum Christi, sine alterius intercessione. Item quia vbi intercedit æqualis solutio iuxta institutio- nem, non est necessaria alicuius Sancti intercessio, vt acceptetur solutio & fiat remissio, vt patet in satisfactiõne condigna, quam iustus exhibet pro peccatis suis: sed per indulgentias fit condigna solu- tio, saltem ex satisfactiõibus Christi: ergo, si illa supponatur, necessaria non est aliqua impetratio, vt fiat remissio, quæ est effectus indulgentiæ. Ad summum ergo posset remote & per accidens con- ferre ad hunc effectum impetrandi alteri disposi- tionem, ne impediatur, vel aliquid simile, cum tamen Pontifices indicent merita sancto- rum per se con- currere moraliter per modum pretij, quod dispen- satur.

Deniq; iuxta illam sententiã plures pœnalita- tes iustorum de se sufficientissime ad satisfaciend- dum Deo pro pœnis peccatorum, sine vilo fructu perpetuo manerent, nec possent illum habere apud Deum, vt patet de omnibus pœnis, quibus ad pro- priam satisfactiõnem non indigent: quod certe est absurdum, & alienum à diuina providentia. Nam si omnes illæ pœnæ, seu satisfactiõnes possunt habere conuenientissimum vsum, iuxta dispositionem di- uinæ sapiëntiæ, & iustitiæ, cur dicemus statim omnes perire, & quasi pro nihilo reputari? cum Christus Dominus Luc. 21. de sanctis, qui propter nomen eius grauissima mala patiuntur, dicat, *Et capillus de capite vestro non peribit.* Accedit tandem, quia, si satisfactiõ- nes sancto- rum inutiles sunt, certe ad impetrandum propter merita eorum non est necessaria potestas clauium, nam quælibet priuata persona potest hoc facere representando Deo huiusmodi merita: idq; faciebant olim Hebræi, postulando ad eorẽmissio- nem pœnarum propter Abraham, Isaac, & Iacob, &c. at vero merita sancto- rum, prout manent in thesauro Ecclesiæ, specialiter dispensantur per pote- statem clauium.

LUC. 21.

Alio modo ratio huius thesauri explicatur.

A Liter igitur ratio & modus huius thesauri ex- plicandus à nobis est, supponẽdo, vnum iustum posse pro alio satisfacere propter vniõnem charita- tis: & deinde addendo in sanctis hominibus multa fuisse opera pœnalia, vel passiones voluntariæ, aut patienter pro Deo susceptas & consequenter habentes magnum valorem & sufficientiam ad satisfaci- endum, quæ neque in ipsis, neque in aliis habuerunt effectum compensandi aliquem pœnæ reatum i- ipsis æqualem. Quod quidem respectu ipsorum San- cto- rum est certum, vt in Iob, & Abel: supra declara- tum est. Deinde hoc est vidẽs in nouo testamento;

nam

nam Beatissima Virgo multa, & grauisima propter Deum passa est, imo omnia opera illius sufficientia fuerunt ad aliquam satisfactionem, iuxta principia supra posita de satisfactione: & tamen manifestum est in ipsa non potuisse habere effectum quatenus satisfactoria erant, quia nullum peccatum habuit. Simile argumentum fieri potest de Ioanne Baptista, nam licet aliquando leniter peccauerit, tamen illud pene nihil fuit respectu poenitentiae & sanctitatis eius. Et idem credi potest de aliis Sanctis, praesertim de his, qui vel nunquam mortaliter peccauerunt, vel certe magnum & longum vitae tempus sine his grauioribus culpis in magna vitae asperitate, & sanctitate transegerunt. Imo si iustus, pro aliquo tempore vitae etiam breuissimo, existit sine reatu culpae aut poenae apud Deum, quidquid virtutis in eo tempore operatur, satisfactorium est, & in eo non habet effectum. Neque huiusmodi status pro aliquo tempore repugnat, etiam si iustus septies in die cadat, quia potest etiam septies in die resurgere, vel etiam aliquo die stabilis cum diuina gratia permanere, & cum eadem plenam remissionem obtinere. Tunc autem vere petit, *Dimitte nobis debita nostra*; vel quia non tantum pro se, sed etiam pro aliis iustis, & tota Ecclesia orat; vel quia certo scit habuisse debita, ignorat autem an sibi fuerint remissa, vel denique, quia propter peccatum non solum meretur homo ordinariam poenam purgatorij, sed etiam aliquas extraordinarias poenas huius vitae, vt verbi gratia, priuationem aliquam fauoris, vel abundantioris DEI auxilij, aut permissionem alicuius mali, pro quibus non potest condigne satisfieri, nisi gratis remittantur.

Non repugnat iustum aliquo tempore vita esse sine reatu poenae.

11  
iustus potest habere superabundantes satisfactions alios fidelibus non applicatas.

Constatigitur posse iustos habere superabundantes satisfactions, quantum ad ipsos spectat. Quod vero etiam illas habeant respectu aliorum, declaratur breuiter. Primo, quia satisfactions vnus iusti quae ipsi non sint necessariae, non statim applicantur aliis indigentibus, vt in eis habeant effectum, nisi ex intentione ipsius operantis alicui donentur: quia alias nullo titulo efficiuntur alterius: nulli autem prodest satisfactio, nisi propria, vel quae aliquo titulo propria efficiatur. Neque est vlla ratio, ob quam huic potius quam illi applicetur, nisi quis fortasse fingat statim distribui inter omnes iustos indigentes, secundum partes aequales, aut proportionales: quod gratis & sine fundamentoingeretur, nam etiam ipsius Christi satisfactio, quae illi necessaria non fuit, non statim distribuitur inter alios, donec singulis per determinata media, iuxta ipsiusmet Christi voluntatem & intentionem applicetur. Saepe autem iusti poenas sustinent, vel voluntarie accipiunt, non applicando eas in particulari aliis: ergo saepe habent satisfactions, quae neque in ipsis, neque in aliis habent effectum. Praeterea, contingit iustum applicare satisfactions suas alteri, qui vel illis non indiget, quia plenam remissionem consequutus est; vel certe in illo non habent effectum, propter obicem inuentum in ipso, pro quo offeruntur. Illae ergo satisfactions neque in operante, neque in altero habent effectum.

12  
D. Tho.

Has ergo satisfactions Sanctorum dicimus reponi in thesauro Ecclesiae, vt per publicam potestatem eius Petro à Christo concessam, fidelibus applicentur, ac per indulgentias dispensentur. Ita explicant rem hanc Theologi citati, fuitq; mens D. Thomae in 4. d. 20. qu. 1. art. 3. qu. 1. propterea enim rationem & quasi fundamentum indulgentiarum posuit, in vniuersitate corporis mystici, in qua multi in operibus poenitentiae supererogauerunt ad mensuram debitorum suorum, & multas etiam tribulationes iniustas sustinuerunt, per quas multitudo poenarum poterat expiari, si eis deberetur, quorum meritum tanta est copia, quod omnem poenam debitam nunc in viuentibus excedat. In quibus verbis aperte D. Thom. praedicto modo explicat abundantes satisfactions Sanctorum. Rationem autem ob quam huiusmodi satisfactions superabundantes reponuntur in thesauro Ecclesiae tanquam bona communia eiusdem Ecclesiae, reddit statim ex intentione ipsorum operantium: nam vnus potest pro aliis satisfaccere iuxta intentionem suam, & ideo, si alicui suam satisfactionem applicet, illi prodest, si non sit impedimentum: quando vero nemini applicat, & ipse etiam tali satisfaccione non indiget, hoc ipso, vel formaliter, vel virtualiter intendit per illa opera, Ecclesiae prodesse quantum potest: ergo donat illa ipsi Ecclesiae, vt in eius thesauro custodiantur, conuenienti modo suo tempore dispensanda. Minorem probat. D. Thom. verbis Pauli, ad Colosenses. 1. Adimpleo, &c. supra tractatis, cum aliis. Deinde probari idem potest ex lege charitatis, quia Sancti in huiusmodi operibus gubernantur: & ideo sine dubio intendunt & sibi, & Ecclesiae prodesse suis operibus quantum possunt, nam hoc est maxime consentaneum charitati, & statui Ecclesiae militantis, quae his subsidiis indiget, & libentissime illa acceptat, quando ei offeruntur. Ex parte vero Dei est optima ratio superius tractata: nam ad prouidentiam, & iustitiam eius spectat remunerare opera hominum, vel in ipsismet operantibus, vel in aliis eis coniunctis, quantum capacia sunt, & secundum modum conuenientem: sed haec opera iustorum, quatenus satisfactoria sunt, capacia sunt fructus seu praemij saltem in aliis, qui per charitatem sunt vnus cum eis, quia talia opera fecerunt, & possunt conuenienti modo adhuc effectum referuari, & acceptari, & per conuenientem potestatem applicari: ergo merito credimus ita factum esse.

Atq; hinc colligit idem D. Tho. hunc thesaurum quatenus constantem ex satisfactionibus sanctorum ad effectum indulgentiarum deferuire, & per eum dispensari posse, qui potestatem habet concedendi indulgentias. Nam ea (inquit) bona, quae sunt alicuius multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine secundum arbitrium eius qui multitudinis praestit, & distribuat. Ex qua ratione intelligere licet, quod licet satisfactions sanctorum ex eorum voluntate processerint, fuerintque veluti donatae Ecclesiae; nihilominus potestas eas dispensandi non manet ab ipsis Sanctis, sed à Christo, qui ei dedit pastorem, qui Ecclesiae praestit. Sicut bona etiam temporalia donantur Ecclesiae per voluntatem fidelium, postquam vero donata sunt eorum dispensatio ad eum pertinet, cui Christus talem potestatem concessit. Hoc ergo est quod Leo X. in citata Decretali declarauit, ad potestatem clauium Petro datam à Christo pertinere, dispensare hunc thesaurum, etiam vt constantem ex satisfactionibus sanctorum. Quod duobus modis factum esse intelligi potest: primo quia Christus hoc ipsum in particulari instituit, ac Petro & Apostolis declarauit; secundo quia ex natura rei consequitur eo ipso, quod ex Christi voluntate Petrus toti Ecclesiae praestit, & illa bona iam sunt facta ipsius Ecclesiae. Et fortasse vtrumque verum est: nam primum est consentaneum Scripturae dicenti, Christum, & Spiritum sanctum docuisse Apostolos omnem veritatem Ecclesiae necessariam Ioan. 14. & 15. ad Rom. 8. ad Eph. 1. & saepe alias. Secundum autem est consentaneum rationi, vt D. Thomas, recte declarat.

Tandem ex his satis exposita manet decretalis illa Leonis X. quae totam hanc doctrinam continet. Nec dubitandum est quin eadem fuerit mens Clementis. VI. illam enim Leo explicat, dum praeterea declarat quid in hoc Romana Ecclesia sentiat. Neque in eo hestitandum est, quod praedicti Pontifices nomine meritum, & non satisfactionum virtutum, nam eodem modo loquuntur de Christi meritis, solentq;

Deus est, Thom. qui te superabundantes satisfactions in thesauro Ecclesiae.

Colof.

13  
Thesauro est sancti satisfactions, huiusmodi rem dispensari ad indulgentias, de quibus per Papam dispensari possit.

14  
Cor. Pontificis mens declarata, non est huiusmodi sententia.

Solentque ipse satisfactiones merita appellari, tum quia nostra satisfactio ad Deum fit per modum cuiusdam meriti, quia non fit per compensationem omnino æqualem secundum æqualitatem physicam rei ad rem inter ipsas pœnas, sic enim minor est pœna huius vitæ, quam Purgatorii: sed fit per æqualitatem, seu proportionem moralem, quia pœna huius vitæ voluntarie accepta & cum talibus circumstantiis habet valorem moraliter æqualem pœnæ Purgatorii, in quo ad modum meriti se habet, ideoque solet meritum appellari. Tum etiam ratione subiecti seu propter identitatem cum merito: nam satisfactio fieri solet per opus meritorium, ut supra diximus: ideo, licet meritum & satisfactio ratione formali, & per habitudines ad suos terminos distinguantur; nihilominus sub nomine meritorum simpliciter illa opera, quæ utramque rationem habent, comprehenduntur. Unde vterius aduertunt, nos non negare quin opera iustorum maneat aliquo modo in thesauro Ecclesiæ, quoad vim impetrandi, & merendi de congruo nobis aliqua bona: sed affirmamus etiam manere sub ratione satisfactiois, & sub illa maxime applicari & dispensari per indulgentias, quantumvis citata decreta loquantur de illis sub nomine meritorum, quia utramque rationem melius comprehendit.

Et hinc etiam constat cur Clemens loquatur de omnibus iustis, qui fuerunt in Ecclesia à primo vsque ad vltimum, nam omnia illorum merita possunt aliquod ad miniculum præstare, licet non omnia eodem modo nec sub ratione satisfactiois, quæ per indulgentias applicentur. Unde, si velimus verba illa, & generalem distributionem ad proprias satisfactioes applicare, exponenda necessario sunt per distributionem accommodam, nimirum cuiuscumque Sancti, à primo, vsque ad vltimum, satisfactioes seu merita, quatenus illis superabundantia fuerit, ad cumulum Ecclesiastici thesauri conferre. Ratio vero, quam idem Clemens subiungit, ob quam hic thesaurus, etiam ut constans meritis Sanctorum, consumi non potest, melius quidem accommodatur ad merita sub ratione impetrationis, aut meriti de congruo, quam sub ratione satisfactiois, ut obiectio supra facta videtur offendere, tamen inde non fit, Pontificem excludere à thesauro satisfactioes Sanctorum quatenus tales sunt, præsertim cum necesse non sit singulas rationes omnia simul probare, satis est enim si vna quæque ratio aliquid probet. Adde vero præterea moraliter loquendo, etiam consequi ex applicatione thesauri per indulgentias, multiplicari à iustis satisfactioes, quæ in thesauro reponuntur, quia nunquam debent multi, qui iam liberati ab omni proprio debito per indulgentias, aliquid satisfactorium operentur, quod ad thesaurum pertinebit, ut declaratum est.

Rationes contra assertionem solvuntur.

Ad primam rationem Durandi recte ibi responsum est duobus modis: nam vterque necessarius est respectiue, sed ad propriam materiam accommodatus: quia idem opus meritorium de condigno, licet sub ea ratione adæquatum præmium acceperit, potest conferre ad impetrandum aliquid de congruo præsertim quando illi coniungitur oratio quæ ab illo merito robur quoddam, & vires accipit. Merito vero hæc responsio in præsentem non approbatur, non quia falsam doctrinam contineat; sed quia ad indulgentiarum usum non satisfacit. Altera ergo responsio, quæ nititur in propria ratione satisfactiois, ut si communis est, & omnem difficultatē expedit. Neque obstat replicæ Durandi. Primo, quia voluntarie dicitur, illud opus pœnale, quod sub ea ratione non est necessarium iusto ad soluendum suum debitum, remunerari aliquo præmio accidentaliter. Nec exemplum, quod affert de Martyribus, hoc probat, nam aureola non datur martyri eo titulo:

A cuius signum est, quia licet martyr indigeret tota illa pœna ad satisfaciendum ex opere operantis pro suis peccatis, nihilominus acciperet aureolam martyrij: imo licet illa pœna fuisset insufficientis ad compensationem totius reatus ex opere operantis, nihilominus ratione ipsius martyrij, & remitteretur tota pœna, & adiungeretur aureola martyrij: sunt enim hæc privilegia martyrij, quæ certa lege conferuntur independenter ab illa proportionem, seu merito ex parte operantis. Item virginibus, & Doctoribus præmiæ aureolæ conferuntur, non quidem propter pœnalitatem superabundantem, quæ valde accidentaria est, sed propter alias rationes.

Quocirca de his præmiis accidentalibus, quibus titulus conferuntur, variæ sunt opiniones, quas hoc loco tractare, extra rem esset. Probabile vero est hæc accidentalia præmia interdum dari per se separata, interdum vero ut proprietates concomitantes præmium essentiale. Priori modo verisimile est, accidentalia præmia respondere quibusdam bonis operibus moralibus, quæ non attingunt illum perfectionis, vel supernaturalitatis gradum, qui ad meritum essentialis præmij necessarius est. Posteriori autem modo dicendum est, aliqua præmia accidentalia dari ut proprietates, vel ex natura rei, vel secundum conuenientem prouidentiam consequentes ad præmium essentiale, quæ proinde ex vi eiusdem meriti conferuntur: nam qui dat formam, dat consequentia ad formam. Non est ergo necesse dicere, aliquod accidentale præmium dari propter pœnalitatem operis: quod si illa ad præmium aliquo modo confert, potius est per modum obiecti, quatenus illam voluntarie amplecti, bonum ac meritorium est, & tunc non solum valet ad præmium accidentale, sed etiam ad essentiale, si cætera concurrunt. Neque etiam tunc solum valet quando operans non habet peccata, pro quibus satisfaciatur; sed etiam si illa habeat, & pro eis satisfaciatur per tale opus: nam illæ duæ rationes non sunt repugnantes, & in vna non consideratur pœna ut formalis pœna est, sed ut obiectum vel circumstantia conferens ad bonitatem actus; in alia vero consideratur ut formalis pœna est, apta ad vindicandam culpam, & ut sic habet rationem satisfactiois, & nunquam habet aliud præmium nisi pœnæ remissionem, vel in ipso operante, vel in aliis. Et ideo nihil etiam obstat secunda ratio Durandi, quia, licet iusti intendant sibi mereri quantum possunt per talia opera, nunquam ab eis excludunt propriam rationem satisfactiois, quæ necessario, & quasi ex natura rei eis inest. Unde, si ipsi nec illa indigeant, nec in particulari alicui applicent aggregatur ad bona communia Ecclesiæ; quod etiam ipsi virtualiter intendunt, ut declarauimus. Ad id etiam potest, Ecclesiam veluti iure hæreditario succedere in huiusmodi bonis suorum filiorum, quæ ipsi aliis non legauerunt.

Ad tertiam rationem à nobis additam, concedo thesaurum hunc, ut constantem ex meritis Sanctorum extitisse, vel potius incepisse ante Christi Dominum aduentum, nam hoc manifeste docet Clemens VI. in illa Extrauag. & recte probatur ex verbis Iob, & exemplo Abel, & idè credi potest de Ieremia in ventre matris sanctificato, & aliis similibus eximiiis Sanctis. De dispensatione autè illius thesauri, pro eo tempore esse poterant inter iustos priuata suffragia per communicationem satisfactiois vnus ad alterum, cur non dicitur fuisse tunc in Ecclesia potestatem publicam ad applicandas, vel dispensandas satisfactioes Sanctorum in thesauro Ecclesiæ relictas, non quatenus hæc potestas manat ex potestate clauium, sed quatenus ex natura rei consequitur; ut is, qui communitati preest, distribuere possit bona communitatis inter indigentes, ut supra ex D. Tho. articulus. Quiddem docet 2. q. 11 §. art. 3. ad 2. & art. 4. ad 2.

Cur Clemens dicat The-sauri con-feruari ex-meriti & omnium Sa-ctorum.

Solutio rati-o Dur-andi.

Replica sol-uitur.

Secunda Durandi ratio soluitur.

Tertia ratio pro eadem sententia enodatur. In veteri Ecclesia fuit thesaurum. An esset tunc potestas dispensandi illum.

D. Tho. in 2.

imo ibi addit, alia bona debere indigebis debito A  
legali: in veteri autem Ecclesia semper erat aliquis  
tanquam summus Sacerdos, habens supremum re-  
gimen illius, siue ante aduentum Christi esset vnus  
pro tota Ecclesia, siue non, quod ad presens non re-  
fert. Ergo quasi naturali iure, supposito lumine fi-  
dei, erat in illo talis potestas dispensandi, seu distri-  
buendi thesaurum illum. Neque inde sequitur ha-  
buisse potestatem clauium: tum quia, licet per illam  
dispensationem applicaretur aliqua satisfactio ad re-  
missionem poenae temporalis: tamen eo tempore  
per illam remissionem non aperiatur ianua regni  
coelestis: tum maxime, quia illa remissio non fiebat  
ab ipso Ecclesiae Praefide, qui tunc erat per iurisdic-  
tionem, quam haberet ad soluendos reos peccatorum,  
sicut nunc fit: & ideo etiam illa applicatio non esset  
propria indulgentia, quam supra diximus esse pro-  
priae absolutionem ex potestate iurisdictionis.

19  
Potestas di-  
spensandi  
Eccles. the-  
saurum, est  
propria legis  
gratia.

Sed haec sententia probanda non est: quia Theo-  
logi censent potestatem hanc dispensandi thesaurum,  
propriae non legis esse datamque esse a Christo,  
quando potestatem clauium Ecclesiae tribuit. Et  
qui antiquitatem indulgentiarum maxime exten-  
dunt vsque ad Apostolorum tempora vsum earum  
protrahunt, & inde cepisse significant. Ac denique,  
licet in actu indulgentiarum, secundum rationem  
haec tria distinguant, dispensationem thesauri, solu-  
tionem debiti, & relaxationem poenae quasi iudicia-  
lem: dicunt tamen in re nunquam separari respectu  
viuorum, & ab eadem potestate omnia proficisci: si  
ergo in lege veteri, aut naturae, non fuit potestas  
clauium, nec iurisdicatio ad remittenda peccata, et-  
iam quoad poenas temporales debitas in foro Dei,  
nec potestas dispensandi thesaurum esse potuit.

20  
Ratio in co-  
ntrarium sol-  
uitur.

Præterea, potestas haec ad dispensandum thesau-  
rum supernaturalis est, & a solo Deo concedi pot-  
uit, & nulla auctoritate, aut sufficienti ratione constat  
esse concessam ante aduentum Christi: quia neque  
in veteri Testamento est vlla mentio illius, vnde cer-  
tum est non esse propriam illius legis, quatenus di-  
stinguebatur a lege naturali: Neque etiam est ita co-  
iuncta ex natura rei cum supremo sacerdotio, quale  
potuit esse in lege naturae, vt solo discursu, & ratio-  
ne colligi possit. Quamuis enim verum sit bonorum  
communium distributionem pertinere ad eum, qui  
praest communicati, id tamen intelligendum est,  
respectu illius temporis in quo facienda est distri-  
buitio: licet autem satisfactiones fidelium thesauri-  
zari ceperint a principio mundi, non tamen vt sta-  
tim distribueretur ille thesaurus, sed tempore a Deo  
statuto: quod autem esset illud tempus, non potue-  
runt homines cognoscere, nisi ex diuina reuelatio-  
ne, de qua nulla mentio, vel traditio habita est vsq[ue]  
ad tempus legis gratiae. Et potest sufficiens congru-  
entia reddi, vel ex perfectione huius legis, in qua ab-  
undantius communicatur diuina gratia, & libera-  
lior sit remissio, vel ex eo quod ante Christi mortem  
nondum erat thesaurus ille consummatus quoad  
Christi merita, a quibus omne aliud meritum & sa-  
tisfactio virtutem accipit: ipse enim Christus nobis  
meruit vt talis potestas hominibus, & vt talis di-  
spensatio, vel distributio thesauri acceptaretur a  
Deo: & ideo ante exhibitum in re ipsa Christi meri-  
tum, non est hominibus facta tam liberalis concessio.  
Nec tamen propterea inutilis fuit illa collectio,  
seu inchoatio thesauri quae ante tempus legis gratiae  
facta est: quia suo tempore fructum suum habiturus  
erat, quando dispensator Euangelicus proferre  
posset de thesauro suo noua, & vetera, ad instar pru-  
dentis patris familias, de quo loquitur CHRISTVS  
Matth. 13.

21  
Quarta  
ratio contra  
conclusionem  
concluditur.

Ad quartum argumentum respondemus, conce-  
dendo in primis satisfactiones Sanctorum non esse  
simpliciter necessarias ad hunc effectum, vt seq[ue]nt.  
latius dicemus: negamus tamen non fore vtile &

conueniens vt tales satisfactiones in thesauro repo-  
nantur, & nobis applicentur: nam hoc redundat in  
honorem Sanctorum, & ad gloriam etiam ipsius  
Christi pertinet, quod tantam virtutem suis Sanctis  
tribuerit. Nam licet illi satisfactio non potuerit si-  
ne influxu, & virtute ipsius Christi, tamen ex illa fe-  
cerunt satisfactiones reuera distinctas a satisfactio-  
ne Christi. Vnde, licet non potuerint augere thesau-  
rum illum ea ratione qua infinitus est, seu intensiue,  
potuerunt tamen augere extensiue addendo nouas  
satisfactiones, hoc enim modo non repugnat in fi-  
nito fieri additionem. Acque hinc etiam ad nos red-  
dunt aliqua vtilitas, quia ratione huius augmenti  
facilius forte fieri potest applicatio, & remissio vir-  
tute illius thesauri, non quia Christi satisfactio ad  
hoc totum non esset sufficiens, sed quia voluit Deus  
hoc speciali modo honorare sanctos suos: & Chri-  
stum, quem vult non tantum in se, sed etiam in san-  
ctis suis abundare. Nec propterea dici possunt Sancti  
nos remissio, etiam ex parte: nam ille tantum re-  
dimat, qui propria virtute perfecte soluit pro alio:  
quomodo solus Christus potuit soluere, & ex perfe-  
cta iustitia mereri, vt sua solutio pro aliis accepta-  
retur: alij vero Sancti solum in virtute Christi. Est et-  
iam alia maxima differentia: quia Christus propter  
hanc primariam causam passus est, vt pro aliis solu-  
ret, alij vero Sancti, aut martyres non ita, sed passi  
sunt propter alios fines, & solum quasi ex consequen-  
ti, nos iuuant, de qua re dixi plura in secundo tomo  
3. partis questio. quadagesima octaua, in Commen-  
tario art. quinti: & in primo etiam Tom. qu. 16.

### SECTIO III.

*Verum indulgentia tantum concedi possit ex  
thesauro Ecclesiae.*

Fuit quorundam opinio indulgentias non con-  
cedi ex alienis satisfactionibus, aut meritis, sed  
iuxta laborem meritum eius, cui conceduntur, re-  
fert Henric. quod lib. 15. quaest. 2. Sed hoc nihil aliud  
est quam indulgentiarum vim, aut efficaciam ne-  
gare. Nam si alicui nulla maior remissio concedi-  
tur, quam per sui operis meritum seu valorem me-  
reatur, nulla profecto gratia, vel indulgentia ei fit:  
nam seclusa indulgentia, tantumdem mereretur, vel  
satisfaceret per tale meritum: necessarium autem  
est ad veritatem indulgentiae, vt aliquid efficiat qua-  
si ex opere operato: praeter illud, quod homo mereri  
posset, vel satisfacere ex opere operantis. Alii, qui  
negant thesaurum, consequenter negant indulgen-  
tias concedi facta aliqua solutione ex thesauro, sed  
solum facta gratuita remissione per potestatem a  
DEO datam. Ita Maironis distinct. 20. quaest. 1. qui  
etiam refert quosdam dixisse, per indulgentias qui-  
dem non applicari satisfactiones, sed impetrationes  
Sanctorum, per quam nobis obtinent liberalem re-  
missionem alicuius poenae. Sed fundamentum Mai-  
ronis errorum est, vt ostendit: & fundamentum et-  
iam alterius sententiae reiectum est. Et reuera est  
etiam illa sententia improbabilis: nam impetratio  
non est nisi mediante oratione, quis autem potest  
certo promittere alicui orationes Sanctorum  
aut infallibilem impetrationem, & effectum eor-  
um.

Hic ergo reiectis sententiis vel potius erroribus,  
& supposito vero thesauri fundamento, ex dictis  
certum est indulgentias dispensari optime ex thesau-  
ro: non tamen adhuc constat hunc esse vnicum mo-  
dum, & necessarium concedendi indulgentias. Dixe-  
runt ergo aliqui, non semper indulgentias concessas  
esse in Ecclesia per dispensationem thesauri, sed in  
principio solitas fuisse concedi per liberalem remis-  
sionem.

tionem virtute clauium factam, absq; vlla solutione, vel applicatione ex thesauro, postea vero quando vsus indulgentiarum percubuit, praesertim à tempore Bonifacij VIII. introductam esse consuetudinem non concedendi indulgentias nisi ex thesauro. Nam, quia nunc liberalior sit remissio, & fere nulla, aut parua satisfactioe exhibita ab ipsis poenitentibus, ideo aliunde ex satisfactioibus in thesauro repositis fit compensatio seu solutio. Hanc sententiam indicare videtur Medin. disp. 8. de indulgentiis, praesertim c. 40. 41. & 42. ac tribui etiam potest Caietan. dist. Opusc. de Indulgentiis ad Iulium, quatenus ait, olim indulgentias solitas esse concedi per modum absolutiois, nunc autem, praesertim à tempore Clementis VI. concedi per modum solutionis: nam vt hi duo modi sint distincti, videtur Caietan. indicare illam absolutioem non fuisse solitam fieri applicando thesaurum ad solutionem. Sed, vt infra dicam, nõ fuit hæc mens Caiet. Medin. vero solum expresse ait, potestatem Ecclesie ad concedendas indulgentias per se non pendere ex thesauro, nec necessario illum requirere: quia aliàs non esset ad indulgentiam necessaria iurisdicctio, sed sola dispensatio, seu solutio ex thesauro. Vnde concludit, aliquando concedi indulgentias absque applicatione thesauro, & tunc dicit fieri per modum potestatis: aliquando vero fieri ex thesauro, quod vocat per modum auxilij, saepe vero vtroque modo simul fieri non negat, imo hunc concedit esse frequentioem modum concedendi indulgentias.

Communis tamen sententia Theologorum est, indulgentias semper, ac necessario fieri ex thesauro, siue per modum absolutiois, siue per modum auxilij, aut suffragij concedantur, ita vt diuinitz huius thesauro in suo genere sint cause necessariae, & moraliter perse concurrant ad hunc effectum. Hæc est aperia sententia D. Thomæ in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 3. quæst. 1. ad 2. vbi hac ratione dicit indulgentiam fieri per solutionem. Atque idem sentiunt ibi Bonauentura 2. part. dist. quæst. 5. & 6. Durandus, quæst. 3. Paludanus, quæst. 4. Richard. art. 4. quæst. 2. & art. 8. quæst. 1. Soto dist. 21. quæst. 1. artic. 2. Supplementum Gabriel. distinct. 45. quæstione tertia, articulo 1. & Petrus Soto lect. 2. de Indulg. Corduba late quæst. 4. & 5. Atque hanc sententiam veram existimo, & valde contentaneam verbis Clementis VI. in Extrauagante, *Vnigenitus*, de Poenitent. & remiss. & Leonis X. in citata Epist. decretali ad Caietanum. Quoniam vero multi ex dictis auctoribus indifferenter loquuntur de hoc thesauro vt constante ex meritis Christi, & Sanctorum, de quibus non omnino est eadem ratio, ideo oportet vt nos hæc distinguiamus, & de illis sigillatim loquamur. Deinde necesse est, tam in operibus Christi, quàm Sanctorum distinguere duas rationes supra tractatas: scilicet, meriti & satisfactiois: nam in eis potest esse, aut diuersa sententia, aut diuersus gradus certitudinis.

Prima Conclusio de fide.

41. Deo ergo primo, Indulgentiarum vis & efficacia necessario pendet ex thesauro, saltem vt constante ex Christi meritis, vt propriam rationem meritorum habent. Hanc assertionem existimo esse certam de fide ex illo generali principio, quod nulla remissio culpæ, aut poenæ conceditur hominibus, nisi propter Christi merita: quia non est aliud nomen, sub quo possint homines salui fieri. Et explicatur amplius, quia per indulgentias nõ remittitur poena, nisi per potestatem à Christo concessam Petro ad ligandum & soluendum: sed Christus in tantum concessit hanc potestatem Petro, in quantum ipse meruit, vt quibus ipse vellet remitti peccata, remitterentur, seu (quod perinde est) vt remissio in ter suo nomine & auctoritate facta, apud Deum va-

Fr. Suarez. tom. 4.

lida esset: ergo hæc remissio nititur Christi meritis sed hæc merita Christi manent in thesauro Ecclesie. ergo indulgentiarum concessio fundatur necessario in hoc thesauro vt continente merita Christi. Tandem confirmatur ac declaratur: quia non est minor efficacia sacramentorum, quàm indulgentiarum, neque etiam est minus perfecta, & efficax absolutio sacramentalis, quàm per indulgentias: sed absolutio sacramentalis, & in vniuersum omnis efficacia sacramentorum, fundatur in thesauro Ecclesie vt continente hæc merita Christi, quia in his meritis omnis gratia, omnisque remissio fundatur: ergo à fortiori idem dicendum est de indulgentiis. Et in hac assertionem non existimo esse posse dissensionem inter viros Catholicos: neque etiam video contra illam difficultatem alicuius momenti. Nam licet indulgentiarum remissio fiat cum potestate iurisdicctiois, & per modum veræ absolutiois, & remissionis, nihilominus potest optime inniti meritis Christi, ratione quorum habet talis actio, vt vera & efficax absolutio sit.

Secunda Conclusio.

Deo secundo, thesaurus Ecclesie, vt constans ex satisfactioibus Christi, vt sic, est simpliciter necessarius ad valorem & efficaciam indulgentiarum. Hæc conclusio, sicut præcedens intelligenda est secundum legem ordinariam, & modum prouidentie, qua Deus statuit non saluare homines nisi per Christum, & passionem eius: nam de potentia absoluta clarum est, potuisse Deum alios modos remittendi poenas statuere. Non est autem hæc conclusio tam certa sicut præcedens: nam de fide solum est certum, Christum esse vniuersalem redemptorem quoad omnes personas, & effectus redemptionis. Ex quo necessario fit omnem remissionem poenæ, quæ est vna ex effectibus redemptionis, cõcedi nobis per Christum, atque adeo propter eius merita. Quod vero hæc remissio semper fiat per modum satisfactiois, seu solutionis ex satisfactioe Christi, non viderur ita certum de fide. Nam in remissione quæ fit ex opere operantis, aliqui tenent nullam fieri applicationem satisfactiois Christi, sed ad illum effectum sufficere satisfactioem ipsius operantis, quãuis hæc habeat valorem suum morale ex Christi meritis, vel proxime, vel radicaliter. Hinc etiam Palud. dist. q. 4. num. 10. & seqq. dixit, in sacramentis fieri remissionem poenæ, vel culpæ actualibus sine solutione ex satisfactioibus Christi, sed mere gratis sub ea ratione: quanquam (vt opinor) non negaret, illam remissionem fieri propter Christi merita, cum certissimum de fide sit, imo id satis insinuat distinguendo accurate in operibus Christi rationem meriti & satisfactiois. Nihilominus tamen idem auctor in indulgentiis admittit conclusionem positam: imo in hoc constituit differentiam inter remissionem poenæ per indulgentiam, vel per sacramentum, quod hæc fit sine applicatione satisfactiois Christi: per indulgentiam vero, nõ nisi solutione facta ex Christi satisfactioe. Sed nõ video vnde hanc differentiam colligat, nec qua probabilitate illud prius affirmet: quod etiam in superioribus tactum est. Melius ergo Durand. tam de sacramentis, quàm de indulgentiis id affirmat: & cæteri Doctores citati idem sentiunt.

Ratio est: quia (vt D. Thom. docuit 3. p. q. 48. art. 2. Christus non tantum operatus est nostram salutem per modum meriti, sed etiam per modum satisfactiois, quia eius passio sufficiens & superabundans fuit ad satisfaciendum pro omnibus peccatis hominum, tam quoad culpam, quàm quoad omnem poenam. Hæc autem sufficientia satisfactiois Christi superuacanea esset, si non applicaretur ad effectum quantum conuenienter fieri potest: ergo nunquam

Kkk homi.

Medin. Caietan.

Secunda opinio.

D Thom. Bonau. Durand. Paludan. Richard. Soto. Supplem. Gabr. Petr. Soto. Cordub.

Palud.

Tam per indulgentias, quam per sacramentum remissio fit etiam per Christi satisfactioem.

Durand.

D Thom.

hominibus requiritur peccatum quoad culpam, vel quoad poenam, quin talis remissio sit effectus satisfactionis Christi, & per applicationem eius: praesertim quando alia sufficiens satisfactio non interuenit. Vnde, quia pro culpa mortali nunquam potest homo satis facere, ideo nunquam talis remissio fit, neque ab origine mundi facta est, nisi intuitu satisfactionis Christi, & propter illam tanquam per condignam solutionem.

7  
Paludanus  
reiciitur.

Falsumque est, quod Palud. significat culpam originalem remitti in sacramento baptismi per applicationem satisfactionis Christi, non vero actuale, seu mortalem in sacramento poenitentiae. Aut enim hoc esset: quia satisfactio Christi potuit esse aequiualens peccato originali, non vero ceteris omnibus: & hoc haereticum esset, neque hoc ipse sentit: aut esset, quia de facto Christi satisfactio ex peculiari ipsius intentione ordinata est ad remissionem culpae originalis, & non mortali, & hoc etiam esset haereticum contra expressa Scripturae testimonia ad Romanos primo, 1. Ioann. 3. & saepe alias: aut esset quia quoad efficaciam noluit Christus applicare satisfactionem suam ad remissionem culpae per sacramentum poenitentiae, sicut per sacramentum baptismi: & hoc est temere dictum: quia est contra communem sensum Theologorum, imo & fidelium omnium, & esse fundamentum: cur enim non aeque applicabitur satisfactio Christi per sacramentum poenitentiae ad suum effectum eius, sicut per baptismum ad suum? Quin potius videtur illud discrimen esse contra doctrinam Concilij Tridentini, sessio. 1. cap. 4. ubi inquit sacramentum poenitentiae fuisse institutum, *ut lapsis post baptismum, beneficium mortis Christi applicaretur.* Vbi expendo Concilium in hoc equiparare baptismum, & poenitentiam, quod sicut per baptismum applicatur passio Christi ad remissionem peccatorum, quae praecedunt ante susceptum baptismum, ita per sacramentum poenitentiae applicatur ad remittenda peccata post baptismum commissa. Deinde expendo, applicare mortem Christi nihil aliud esse, quam applicare fructum mortis eius: fructus autem maxime proprius mortis fuit plena satisfactio. Denique ad hoc Christus satisfecit pro nobis, ut remissio nostrorum peccatorum ex perfecta iustitia fieret, saltem respectu ipsius Christi, quae iustitia executioni mandatur per condignam solutionem: ergo, sicut haec iustitia perfecte seruatur in effectu baptismi, ita etiam in effectu poenitentiae: cur enim aliter fieret? Quod enim in baptismo datur remissio per modum regenerationis, in poenitentia vero per modum absolutionis, & iudicij, nihil ad praesens refert, quia ipsa met iudiciaria absolutio potest esse efficax applicatio satisfactionis Christi, talisque esse debuit, ut suum effectum cum perfecta iustitia praestaret. Quod non obscure significauit idem Concilium Tridentinum sess. 14. c. 6. dicens, *quantum absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium, ut annuuntandi Eu angelum vel declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus iudicij, quo ab ipso velut a iudice sententia pronuntiat.* Nam sub illa particula, *alieni beneficii*, etiam beneficium satisfactionis Christi comprehenditur, merito intelligimus: quia non magis repugnat actui iudiciali esse applicationem huius beneficii quam aliorum, & talis applicatio necessaria est ad executionem perfectae iustitiae per tale actum.

8  
Remissio  
pauca com  
poratio data  
sine iusticia  
in iusticia  
tione no  
semper  
ex appli.

Eadem igitur proportione & ratione dicendum est, quod remissio poenitentiae temporalis, sit sine interuentu satisfactionis nostrae, fieri per applicationem satisfactionis Christi, ratione cuius tanquam condigni seu excellentis pretij sit remissio, siue fiat ex opere operato per sacrificium, vel sacramenta, siue per indulgentias. Probatur ex eodem principio: quia haec remissio fieri debet ex perfecta iustitia Christi:

A nam ad hunc finem etiam facta est, & non tantum propter remissionem culpae: ergo etiam hic interuenit perfecta solutio quae ad iustitiam requiritur: condigna autem solutio pro poena, sit per aequiualem satisfactionem: ergo quando haec deest ex parte hominis, ut in casu de quo loquimur, necessitas est fieri ex satisfactionibus Christi. Dicit fortasse aliquis, ut talis remissio sit ex perfecta iustitia, satis esse quod innitatur meritis Christi, & conferatur in premium illorum, sicut gratia datur nobis ex meritis Christi, & non proprie ex satisfactione. Respondeo, idem argumentum fieri posse de remissione culpae originalis per baptismum: imo eodem argumento probaretur, satisfactionem Christi fuisse superuacaneam, nunquamque applicari ad aliquem effectum: quia ad perfectam iustitiam sufficit meritum Christi, & quod omnia haec beneficia nobis conferantur tanquam praemia illius meriti. Igitur quia ratione satisfactio Christi non redundat, nec sine causa operatur in aliis effectibus, ita neque in hoc. Deinde possumus retorquere illud argumentum: nam satisfactio Christi, & eius applicatio est sufficiens ut talis remissio habeat aliquem titulum perfectae iustitiae: ergo praeter illum non est necessaria alia ratio proprii meriti & praemij.

Et quidem, si aliqua ex his rationibus excludenda esset, potius in hoc effectu remouenda esset ratio meriti, & ratio satisfactionis retinenda: quia uelut quicquid effectus per causam maxime propriam & accommodatam fieri debet: propria autem causa, & maxime accommodata ad remissionem vnius poenitentiae, est passio seu oblatio aequiualens poenitentiae: ratio autem meriti proprius ordinatur ad obtinendum bonum, quam ad malum vitandum. Retinetur uero, natura ex his rationibus ab hoc opere & effectu excludenda est, tum quia sicut propter maiorem iustitiae perfectionem, saltem extensiuam, uoluit Christus nos utroque titulo redimere, ita etiam uoluit in singulis effectibus redemptionis utroque titulo operari respectu, seu iuxta uniuersalemque effectus capacitatem: tum etiam, quia uterque titulus est in praesenti suo modo necessarius, satisfactio ad condignam & proportionatam compensationem poenitentiae debita, ut dictum est: meritum uero ad obtinendum ut talis modus applicationis esset efficax, & ut potestas clauium, qua manet accepta a Deo, essetque efficax apud ipsum: hoc enim totum fundatum est in Christi iustitia: & hoc potius si proprie loquamur, magis spectat ad rationem meriti & praemij, quam ad rationem satisfactionis.

Praeterea dicti auctores, cum quibus disputamus, & omnes Catholici, qui recte de Thesauro sentiunt, fatentur indulgentias aliquando fieri per applicationem satisfactionis Christi, & per condignam solutionem quod est maxime certum in indulgentiis pro defunctis, de quibus infra dicemus. Cur ergo non idem concedunt de omnibus indulgentiis, cum hoc & fieri possit, & ad maiorem perfectionem pertineat, & nulla ratione, aut testimonio constet, aut aliquando aliter fieri, aut certe secundum legem ordinari fieri posse? Responderi potest ex Medina hoc colligi ex eo, quod indulgentia aliquando sit per modum absolutionis, & ex pura potestate concessa Petro ad ligandum, & soluendum. At hoc nullum argumentum est: nam (ut supra ostendimus, & Concilium Triad. dixit) quod actus sit iudicialis, & propria absolutio, non excludit, quin simul esse possit alieni beneficii dispensatio: seu in praesenti, quod indulgentia esse possit dispensatio seu applicatio satisfactionis Christi, & solutio condigna ratione illius, omnes enim isti respectus & rationes possunt in eundem actum cadere, & ipse Medina fatetur aliquando indulgentiam hoc modo concedi: ergo quod fiat per absolutionem, nunquam excludit applica-

applicationem, seu dispensationem thesauri quoad satisfactiones Christi. Atque hoc mihi videtur innuasse Leo 10. in illa decretali ad Caecilianum dicēs, *per indulgentias thesaurum dispensari, vel per modum absolutionis indulgentiam conferendo, vel per modum suffragij in alios transferendo.* Non enim sunt illa tria membra inter se condistincta, vt aliquis prima facie existimare possit, sed sunt duo modi sic dispensandi Ecclesiasticum thesaurum: scilicet, per modum absolutionis de quo multa iam diximus, & per modum suffragij, quem in duabus disputationibus sequentibus tractabimus. Ergo ex mente Pontificis etiam indulgentia, quæ est per modum absolutionis, est dispensatio thesauri. Atque idem mihi colligo ex dicta Extrauag. *Vnigenitus*, iunctis Extrauagantibus. *Antiquorum*, & *Quemadmodum*, de Pœnit. & remiss. Nam Clemens dixit, Christum Dominum commississe Petro clauigero cœli, suoq; in terris Vicario, dispensationem thesauri per indulgentias, & postea subiungit, Bonifacium 8. predecessorem suum potestatem hanc in se agnoscentem, & merita Sanctorum Petri, & Pauli attentius meditatem, thesaurum huiusmodi aperuisse, & plenissimam indulgentiam pro anno Iubilæi concessisse: constat autem ex Bonifacio ex dicta Extrauag. *Antiquorum*, indulgentiam illam per modum absolutionis, seu (vt ipse loquitur) plenissimam peccatorum veniam concessisse. Idemq; constat ex altera & posteriori Extrauag. Sixti 4. vbi hanc indulgentiam vocat remissionem plenariam, quibus verbis significari solet indulgentiam per modum absolutionis: ergo omnia hæc simul coniungendo, ex illis constat, indulgentiam per modum absolutionis, non fieri sine distributione thesauri, vt formaliter ex satisfactionibus constat.

Etiam olim consuetum esse concedi indulgentias ex beatoro Ecclesia.

Ad remissionem peccatorum penitentiarum non est necessarius thesaurus.

Nique ad absolutionem à censura. Ratio dissimilis.

A aut quælibet alia pœna huius vitæ, non est huiusmodi: nam, licet quis moriatur excommunicatus, & nunquam ab excommunicatione absoluetur, si tamen decedat in gratia, & reatum pœnæ purgatorij non habeat, statim gloriam consequetur. Ob hanc ergo causam ad illas remissiones non est necessaria applicatio satisfactionis Christi: Christus enim tantum Deo pro nobis satisfecit, & ad internam animarum salutem, & gloriæ consecutionem suam passionem ordinauit. Indulgentiarum vero remissio, quantum extra sacramentum fiat, & respectu illius aliquando dici solet non pertinere ad internum forum, tamen reuera pertinet ad internum bonum animæ, proximeq; disponit hominem ad gloriam consequendam, tollendo impedimenta illius, ideòq; circa illam, locum habet Christi satisfactio, & sine illius applicatione nunquam fit.

B Adde, quod pœnas externas, vel censuras Ecclesiæ ipsa imposuit, & adeo supremus eius pastor, tanquam principalis causa in illo ordine, potest illas remittere, soluendo quod ligauerit, & non exigendo aliam satisfactionem: ad pœnam vero debitam in foro Dei non ligauit Ecclesiæ, sed lex ipsius Dei, vel potius ipse peccator seipsum ligauit, supposita diuina lege: & ideo non potest Ecclesiæ dispensare in illo debito, nisi aliunde seruando æquitatem respectu ipsius Dei iuxta modum ab ipso præscriptum: in quo se habet Pontifex vt minister & instrumentum Christi. Dices, etiam quando Papa dispensat in votis, non soluit quod ipse ligauit, sed quod ligauit Deus, vel ipsemet homo, supposita lege Dei, & tamen ad illam solutionem non est necessaria applicatio thesauri quoad satisfactiones Christi. Respondetur non esse simile: quia illa non est materia capax huiusmodi dispensationis: quia non est materia iustitiæ vindicatiuæ, sed fidelitatis: remissio autem pœnæ quæ fit per indulgentias, est materia iustitiæ vindicatiuæ, quæ postulat vt inæqualitas culpæ per pœnam ad æquitatem redigatur: & ideo quando dispensatur in pœna propria, applicatur aliena: dispensatio autem voti solum est in materia religionis, & ex ea parte, qua attingit ius diuinum, requirit iustam causam, illa vero supposita, liberaliter fit, prout magis expedit ad bonum animæ, & ad diuinam gloriam, ad quos fines vota Deo facta principaliter ordinantur.

D Dixi autem in assertione, sine interuentu satisfactionis nostre: quia quando hæc intercedit, non videtur necessaria specialis applicatio satisfactionis Christi: siue quis pro seipso satisfaciat: siue vnus pro alio: vtroq; enim modo fit solutio æqualis: & ideo non est necessaria altera solutio ex satisfactione Christi. Alioquin, aut nos non vere satisfaceremus, aut bis, aut vltra condignū pro eodem debito solueremus: sicut etiam, quando iustus habet condignum meritum alicuius gradus gloriæ, respectu illius non videtur indigere applicatione alterius meriti Christi. Hoc tamen intelligendum est de applicatione quasi immediata, per quam datur quasi proprium pretium, & applicatur proxima causa in suo genere talis effectus: hoc enim modo verum est proprium pretiū, & proximam causam talis effectus vel præmij esse satisfactionem vel meritum hominis: non debet tamen, nec potest omnino excludi Christi meritum, vel satisfactio respectiue, non solum quia influunt omnino remore, & quasi radicaliter, quatenus sine gratia & sanctificatione per Christum obtenta non potest mereri, aut satisfacere de condigno, sed etiam quia suo modo actualiter influit per modum causæ vniuersalis in suo genere: quia nostra satisfactio & meritum, licet habeant condignam proportionem, non tamen sufficiunt ad perfectam & rigorosam iustitiam, nisi cum merito & satisfactione Christi coniungantur, & sub hac ratione talis effectus

Ratio altera eiusdem differentia.

Fr. Suarez. tom. 4.

Kkk 2 No 3

non fit sine respectu ad satisfactionem & meritum Christi, de qua re latius dixi in 1. tom. 3. partis disp. 4. & 42. Quapropter (doctrinam hanc ad indulgentias applicando) cum dicimus ad indulgentiarum effectum necessariam esse satisfactionem Christi, eiusque applicationem, ut generaliter verum sit, abstracte etiam est sumendum. Nam si fingamus, in thesauro Ecclesie non esse satisfactiones Sanctorum, sed solius Christi, tunc necessaria est illius applicatio, tanquam cause proximae illius effectus, & tanquam proprii pretij illius remissionis: si vero in thesauro sint satisfactiones sanctorum, & ex illis fiat remissio per indulgentias, tunc necesse non est, ut satisfactio Christi illo modo concurrat, sed tantum alio vniuersaliori modo ad complendam perfectam rationem iustitiae: nam ratio facta eodem modo procedit in huiusmodi applicatione, ac in quacunque alia satisfactione condigna pro se, vel pro alio facta. Quando vero per indulgentiam vno vel alio modo satisfactio applicetur, fortasse solus Deus scit: circa sequentem tamen assertionem aliquid dicere tentabimus.

## Tertia Conclusio.

14. Deo ergo tertio, Thesaurus Ecclesie prout constans ex satisfactionibus sanctorum, non est simpliciter necessarius, ut indulgentiae concedantur, suumque habeant effectum: postquam tamen, in hoc thesauro huiusmodi etiam satisfactiones inveniuntur, ex illis quoque fit indulgentiarum concessio, ac remissio. Hec assertio quoad omnes partes facilis est ex dictis, & iuxta illam interpretandi sunt Theologi, quando asserunt, indulgentias semper concedi ex thesauro meritorum Christi: & Sanctorum. loquuntur enim de thesauro, quia in hoc thesauro nunquam desunt sanctorum merita. Si tamen (per possibile, vel impossibile) contringeret thesaurum hunc, ut habentem satisfactiones Sanctorum, aliquando inueniri exhaustum, & consumptum (quod simpliciter non repugnat, cum ex ea parte finitus sit, & reatus ac peccata hominum sint innumera) nihilominus sola satisfactio Christi esset sufficiens ad indulgentiarum efficaciam, etiam secundum legem ordinariam: quia, sicut ille est vnus redemptor, ita etiam est per se sufficiens sine adminiculo aliorum Sanctorum. Vnde, licet quando ipsi aliquid de suo conferunt, quod iuuare possit ad subsidium aliorum, illud acceptet, & in hoc velit honorare sanctos suos, & charitatem fidelium inter se fouere: tamen quando haec subsidia desunt, vel etiam si deessent, ab illis non penderet, sed per se sufficit ad omnia peccata delenda. Et confirmatur primo, quia potestas ligandi & soluendi data Petro, per se non penderet ex meritis aliorum sanctorum, sed in solo Christo, eiusque meritis & satisfactionibus sufficienter fundata est: ergo. Confirmatur secundo, quia omnis remissio culpa, & poenae, quae fit per sacramenta, sufficienter fit ex thesauro ut constante ex meritis & satisfactionibus Christi: ergo etiam remissio per indulgentias posset ex illo thesauro sufficienter fieri.

15. Altera conclusionis pars conitit ex vsu Ecclesie, & ex forma concedendi indulgentias: supponit enim Ecclesia, in hoc thesauro nunquam deesse superabundantes sanctorum satisfactiones, & ideo concedit indulgentias ex thesauro Christi, & Sanctorum, ut conitit ex Extrau. Vnguentus, & ex Decretali Leonis X. supra citatis. Ratio etiam id conuincit: nam vnus homo potest pro alio satisfacere, & hoc modo obtinere illi remissionem poenae: ergo eadem ratione satisfactio alicuius sancti, quae effectum non habuit, reposita in Ecclesie thesauro, & dispensata per eum, qui potestatem habet, erit sufficiens causa in suo genere ad remissionem poenae eius, cui applicatur: er-

go optime possunt ex huiusmodi satisfactionibus indulgentiae concedi. Sed dicunt aliqui, ut supra retuli, hoc verum esse in indulgentiis, quae conceduntur per modum suffragij, non vero in his, quae conceduntur per modum absolutionis: quia sancti non possunt absolute à reatu poenae, hoc enim est proprium munus Redemptoris per se, vel per Vicarios suos. Sed oppositum ostendunt decreta citata: de vtroque enim modo indulgentiae dicit Leo X. fieri ex thesauro Christi, & sanctorum: & indulgentia illa anni iubilaei, de qua loquitur Clem. VI. per modum absolutionis concessa est, ut ex aliis Extrau. ostendimus. Verum est ergo sanctos non absolute alios, sed Christum, vel Vicarium eius, conferunt tamen alii quid per satisfactiones suas, quod possit esse pretij, vel materia, ex qua proxime fiat solutio, quam talis absolutio includit, ut efficaciter sit. Neque vero ipsi Sancti per se ad hoc sufficiunt sine Christo, sed necessaria est etiam Christi satisfactio, & meritum, ratione cuius & satisfactiones Sanctorum ad hunc effectum acceptantur, & ipsa remissio fit ex perfecta ratione iustitiae, considerata omnibus causis.

Cum indulgentia absolute conceditur, quae satisfactio applicetur.

16. Sed inquireret aliquis, quae satisfactio Christo, an Sanctorum applicetur per indulgentiam ex hoc thesauro absolute concessam. Quidam hoc discernunt ex causa indulgentiae, nam interdum (inquitur) est tam grauis, ut per se sufficiat ad applicandam tantam Christi satisfactionem, etiam si illa sola esset in thesauro, & tunc aiunt, illam applicari. Aliquando vero causa non est ita sufficiens, sed ex vi eius minor remitteretur, si sola Christi satisfactio esset in thesauro: & tunc ut indulgentia integrum habeat effectum, supplicet aliquid ex satisfactionibus sanctorum: quia ex locupletiori thesauro facilius potest maior erogatio fieri, stante eadem causa. Ethic quidem dicendi modus non est impossibilis: cur enim non potuit Deus, ex cuius voluntate haec omnia maxime pendent, huiusmodi legem ferre circa modum huius applicationis? Nihilominus mihi incerta res est: quia nec in vsu habet aliquod fundamentum, nec in verbis Pontificum, qui in suis bullis indistincte loquuntur de thesauro: nec in re ipsa, cum thesaurus ex solis satisfactionibus Christi dicitur sit, & inconsumptibilis: & ideo augmentum illud quae extensum ex satisfactionibus sanctorum parum videatur referre ad augendum effectum, stante eadem causa: hoc enim maxime habet locum in thesauro finito, vbi timeri potest ne consumatur. Alias quo in thesauro maior esset copia satisfactionum sanctorum, eo posset ex illo maior indulgentia concedi, stante eadem causa: quod est alienum à mente Pontificum concedentium indulgentias, & Theologorum dicentium, tantum valere quantum sonant, si causa sufficiat: non enim putant inquam, minui esse quum indulgentiae obnoxiamp, vel diminutionem thesauro, cum absolute infinitus sit.

17. Videtur ergo mihi in primis solutio haec fieri ex his, vel illis satisfactionibus, iuxta mentionem applicantis: ita enim in sacramentis, & sacrificio fit ex sola satisfactione Christi: quia haec fuit intentio eius. Et eodem modo possent Pontifices concedere indulgentiam ex solis satisfactionibus Christi: quia dispensatio illius thesauro, non est illis commissa cum limitatione ad hanc vel illam satisfactionem, nec ad omnes simul: vbi est enim haec limitatio? cum Christus absolute commiserit claves, & dixerit: Quaecumque solueris. Et eadem ratione eenseo posse applicari per indulgentias solam satisfactionem sanctorum, ut sint proprium pretij solutionis, quia reuera sufficiunt ad condignam satisfactionem, & solutionem,

Prior pars conclusionis probatur.

Posterior pars probatur.

nem, vt supra ostensum est in suffragiis: & alias potestas clauium quoad actum indulgentiæ æque indifferenter illas comprehendit. Dico autem, *vt sint proprium pretium solutionis*: quia satisfactio Christi, vt principalis, & vniuersalis causa concurrrens cum nostris satisfactionibus, & dans illis perfectionem, & efficaciam, nūquam potest excludi, vt constat ex dictis, tam hic, quam in 1. tomo. Regulariter autem non conceditur illo modo indulgentia: quia satisfactiones sanctorum finitæ sunt & possunt deesse. Quando vero intentio concedentis determinata non est, sed absolute sit de thesauro, vel de satisfactionibus Christi & sanctorum, incertum mihi est quomodo fiat applicatio: probabile est enim quod proxime fiat ex satisfactionibus sanctorum, si sufficiant: quia sunt veluti causa proxima, & Deus operatur per illam, quando potest: probabile item est semper applicari etiā immediate satisfactionē Christi propter eius eminentiam ac dignitatem. Ac denique dici potest, ex toto illo thesauro per modum vnius fieri solutionem, indistincte concurrentibus satisfactionibus Christi & sanctorum vt causis partialibus, non partialitate effectus, sed causæ. Melius tamen est hoc relinquere diuino iudicio, & arbitrio, quam dere incerta definitam sententiam proferre.

Quarta Conclusio.

28 Dico quarto, Thesaurus Ecclesiæ, vt constans ex meritis Sanctorum sub propria & formali ratione meriti à satisfactione distincta nihil per se confert ad effectum indulgentiæ, vnde necessarius non est ad indulgentiarum concessiones. Probat, quia in primis, indulgentiæ nullo modo nituntur meritis sanctorum sub ea ratione consideratis: quia Sancti nec meruerunt Ecclesiæ potestatem concedendi indulgentias, sicut meruit Christus, nec meruerunt vt nobis remitteretur poena omnino gratis, sine ulla satisfactione, vel propria, vel aliena nobis appropriata: quia hoc sub nullius meritum cadit, vt dictū est in materia de satisfactione, & ex secunda assertionem posita colligi etiam potest. Neq; etiam meruerunt vt satisfactiones suæ pro aliis oblatæ, acceptarentur à Deo: nam hæc conditio ex lege ab ipso Deo data supponitur ante omne eorum meritum, & satisfactionem, & ad summū fundatur in solius Christi meritis: ergo merita sanctorum, vt merita sunt, nulla ratione per se concurrunt ad effectum indulgentiæ. Rursus, si opera sanctorum considerentur vt meritoria de condigno, in solis ipsis operatibus habent effectum: si vero considerentur quatenus respectu aliorum, possunt esse meritoria de congruo: sic nihil conferre possunt ad effectum indulgentiæ, tum quia ille effectus sit in fallibili lege, & seruata æquitate iustitiæ respectu Dei: in huiusmodi autem effectibus nihil per se operatur meritū de congruo, vt patet in effectu conferendo per sacramentum: nā si rite applicetur, & non inueniat obicem, impertinens est meritū de congruo cuiusq; Sancti, vt habeat suum effectum: tum etiam quia meritū de congruo nunquam habet effectum in alio, nisi adiuncta petitione, quam iuuat ipsum meritū ad efficaciam imputationis; petitiō vero ipsa necessaria est, vt ordinet tale meritū ad talem effectum, ad quem ex natura sua non ordinabatur, vt suppono ex materia de merito. Per indulgentias autem fit, vt sancti petant pro nobis effectum indulgentiæ, neq; hoc est necessarium, neq; id potest efficaciter prestare qui concedit indulgentiam, vt per se est euident: ergo. Possunt quidem petere & impetrare nobis dispositionē conuenientem ad lucranda indulgentiam, & nos etiam possumus petere à Deo propter merita sanctorum eandem dispositionem, tamen hic concursus & est remotus ac per accidens ad effectū indulgentiæ, & non est ex vi ipsius indulgentiæ, vt dictum est, Fr. Suarez, tom. 4.

A Ex his ergo, satis probata est prior pars assertionis, & ex illa concluditur posterior: in qua non negamus merita sanctorum, vt merita sunt, manere in thesauro Ecclesiæ, id enim nec necessarium nobis est, nec fortasse verum, sed negamus id esse necessarium ad vsum indulgentiarum, quia si illa merita, vt sic, non concurrunt ad indulgentiarum effectum, non est cur sint necessaria per se ac formaliter, sed solum materialiter, quatenus satisfactiones non sunt sine meritis. Item, quia opera sanctorum solum possunt requiri ad indulgentiam quatenus sunt veluti pretium, quo nostrum debitum compensatur: sed non compensatur per illa quatenus merita, sed quatenus satisfactiones sunt: ergo propria meritorum ratio non erat necessaria ad indulgentiam, quæ ex thesauro meritum Christi & sanctorum concedi dicitur: quomodo enim hæc verba intelligenda sint, iam supra est expositum: neque vlla noua hic occurrat difficultas.

B Solum potest quis interrogare, an merita sanctorum sub propria ratione à satisfactione distincta, saltem ad hoc conferant, vt propter leuiorem causam maior indulgentia concedi possit, quam sit illa, ad quam talis causa per se sufficeret. Respondeo, nihil etiam ad hoc conferre, quia nec merita illa per orationes Sanctorum ad hoc applicantur, nec etiam per ipsam indulgentiam. Probat, vt supra pars, quia vt sæpè dixi indulgentia conceditur per modum iustæ dispensationis, quæ requirit sufficientem causam in re ipsa, & propter merita sanctorum nihil de hac iustitia vel æquitate remittitur, sufficiens enim indulgentia est, quod supposita rationabili causa ex eorum satisfactionibus, aliena debita soluantur.

SECTIO III.

An Ecclesiæ Thesaurus solum per indulgentias dispensetur.

Dvbiū hoc ex dictis breuiter defini potest, & ad consummatam doctrinam de hoc thesauro spectat, & ideo prætermisum non est. Distinguedum ergo est inter thesaurum constantem ex Christi meritis, vel sanctorum. Et de priori dicendum est, multis aliis modis, seu per alia media dispensari, præter indulgentias, nimirum per sacramenta, & per sacrificiū, & per alia etiam opera fidelium. Vnde interdum dispensatur hic thesaurus, vt ad Christum spectat, per homines ministros Christi, interdum vero immediate ab ipso Christo: quoties enim culpa, vel poena remittitur, vel aliquod gratiæ beneficium nobis præstatur, thesaurus meritorum Christi nobis applicatur, seu distribuitur: constat autem hoc sæpè fieri interius & immediate ab ipso Christo, aliquando vero interuentu hominum per ministerium sacramentorum.

De thesauro vero, vt constante ex satisfactionibus sanctorum, Marfil. in 4. q. 21. asseruit, non solum per indulgentias, sed etiam per absolutionem sacramentalem distribui: quia etiam in illo sacramento putatur fieri solutionem ex satisfactionibus sanctorum. Hæc vero sententia à cæteris Theologis merito reicitur, quia cum sacramenta sint Ecclesiæ fundamenta, in eis solus sanguis Christi operatur, tantumq; in eius meritis & satisfactionibus nituntur, vt virtutē operandi habeant. Quod si hac ratione hoc ceterum est de cæteris sacramentis, idem dicendum est de sacramento poenitentiae, quia nulla est specialis ratio aut fundamentum ad excipiendum illud, nam solus Christus est, qui dedit potestatem ad remittenda peccata in hoc sacramento, solumq; de se ipso dixit, *Operetis Christum passi, & predicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum. Luc. 24. Et Con-*

19 Posterior conclusio pars probatur.

20 An sancti cum meritis conferant ad hoc vt maior indulgentia concedatur, quam requireret.

21 Ecclesiæ thesaurus vt constans ex Christi merito, alio modo quam per indulgentias dispensatur.

22 Quid de thesauro ut constans ex satisfactionibus Christi & sanctorum. Marfil opin. improbat.

Luc. 24.

Cons. Trid.

filiu[m] Trid. sess. 14. cap. 1. de illo sacramento solum dixit, per illud applicari peccatoribus beneficium mortis Christi.

Resolutio vera.

Superest ergo, vt, hac sententia reiecta, dicamus, Theaurum ex satisfactionibus sanctorum solum per indulgentias dispensari. Probatur primo, quia de hoc thesauro & eius dispensatione nihil nobis constat nisi per Ecclesie doctrinam: Ecclesia autem hactenus non docuit nos alium dispensationis modum; vel ostendatur vbi id docuerit. Secundo declaratur ratione; quia hac dispensatio consistit in applicatione satisfactionum sanctorum ad remissionem poenae temporalis, quae alicui fit ultra satisfactionem ab ipso exhibitam, quia satisfactio non est accommodata ad alium effectum, seu non est pretium, quod in alios vsus expendi solet. Hae autem applicatio variis modis, & a variis personis fieri, vel potius excogitari posset. Primo ab vnoquoque indigente tali remissione, & voluntate sua ex illo thesauro accipiente satisfactionem sibi necessariam. Sed hic modus est plane improbabilis, alioqui facile posset vnusquisque pro suis omnibus peccatis satisfactionem exhibere, sine vlla propria poena a se suscepta; quod erroneum est. Ratio vero est supra tacta, quia non est liberum vnicuique priuatae personae de communi thesauro aliquid sibi vsurpare. Et eadem ratione est certum, hanc applicationem fieri non posse a qualibet priuata persona respectu aliorum; nam dispensatio publici thesauri non est posita in cuiusque priuati hominis voluntate, sed ad publicam potestatem pertinet. Atque hoc quidem manifestum est, si vnus velit aliorum satisfactiones in thesauro repositas aliis donare.

Priuata persona non potest per se sanctorum satisfactio[n]is offerre.

Nec pro alio.

Non potest sanctus satisfactio[n]es suas in thesauro repositas priuata auctoritate alio donare.

Nonnulla vero dubitatio esse potest, si aliquis iustus vel sanctus suas satisfactiones iam in thesauro repositas velit alteri efficaciter applicare: quod tam de sanctis iam defunctis, quam de adhuc uiuentibus in hoc seculo dubitari potest. Hanc vero quaestionem supra tetigimus agentes de suffragiis, & partem negantem resolui[m]us, quam etiam nunc veram esse censu[m]us: quia illae satisfactiones, hoc ipso quod non applicantur in particulari, cum sunt, vel non sortiuntur effectum, sed veluti transferuntur in dominium totius Ecclesiae, desinuntque esse sub eius voluntate, qui illas operatus est: & ideo non possunt per illam amplius applicari. Item, quia alias, si ipsi met iusti postea indigerent illis satisfactionibus, possent eas vsurpare, & sibi applicare, verbi gratia, anima purgatorii quae aliquando habuit abundantes satisfactiones, postea vero nouum reatum contraxit, posset sibi applicare priores satisfactiones, & ita e purgatorio liberari: idemque contingere posset, seruata proportione, homini in hac vita viuenti, quod profecto falsum est, vt etiam in materia de satisfactione diximus.

Possint priuata persona sibi vel alteri impetrare satisfactio[n]es alicuius sancti in thesauro repositas.

Responso.

Alius vero modus magis apparens esset, si quis diceret, quauis non possint priuatae personae sua voluntate efficaciter hoc facere, posse tamen impetrare a Christo Domino, vt ipse temporales poenas remittat, vel ipsi sine postulantis, vel aliis pro quibus postulat, eis applicando sanctorum satisfactio[n]es in thesauro repositas. Quod intelligi posset, vel de sanctis iam beatis orantibus pro viatore, vel de viatoribus orantibus pro seipsis, vel pro se inuicem vel de vtriusque simul, id est, de viatoribus orantibus per merita vel intercessionem sanctorum, & per eos impetrantibus talem applicationem. Hic enim modus nec impossibilis videtur, nec ratione dissonus, nec contra auctoritatem aliquam, vel traditionem. Nihilominus circa illum duo dicenda occurrunt. Vnum est, remissionem poenae temporalis nunquam fieri hoc liberali modo propter solam orationem: quod ostendi agens de satisfactione, & suffragiis. Aliud est, etiam si daremus illam indulgentiam concedi immediate a Christo Domino, non dici conuenienter fieri ap-

plicando satisfactiones sanctorum, sed solum ipsius Christi: quia vt Christus per seipsum remittat poenas peccatorum, non indiget aliorum satisfactionibus, sed ex suo solo thesauro multo conuenientius id faceret: quod secus est quando hanc remissionem facit per alios homines: nam tunc, sicut eis vritur vt ministris, & instrumentis, ita eis concedit vt satisfactionibus, sibi (vt ita dicam) magis propriis & accommodatis ad eum finem seu effectum vtantur.

Vnde obiter colligitur differentia inter applicationem satisfactionum Christi, & sanctorum, nam illa interdum fit per hominem, interdum vero immediate ab ipso Christo: haec vero solum fit per hominem operantem per potestatem ab ipso Christo datam. Quamquam quoties propriam satisfactionem appliat ex opere operato, semper etiam id facit ministerio hominum, loquendo secundum legem ordinariam: quia solum id facit per sacrificium, vel sacramenta, & indulgentias, quae omnia hominibus commisit. Omitto etiam speciale privilegium martyrij & si quod est aliud simile, nam in eo opere ipse propriissime applicat satisfactionem suam ultra meritum operantis, si necesse sit, vt omnis reatus poenae remittatur. Ad aliam vero quancunque remissionem poenae, quae ex opere operantis fiat, applicat etiam Christus suum meritum vel satisfactionem, quantum necessarium est iuxta superius dicta: non enim alligauit sacramentis satisfactionem suam ad beneficiendum hominibus, sed paratus est ad sua gratiae beneficia cuiuscunque homini conferenda, iuxta dispositionem, vel condignam operationem suam: ea vero, quae statuit conferre ex opere operato, tantum praebet secundum legem ordinariam, per determinata media ab ipso instituta, quorum ministerium hominibus commisit.

Ex his ergo concluditur ratio, quia satisfactiones Sanctorum non applicantur nisi per homines, & non priuata auctoritate, sed publica, atque adeo per potestatem clauium a Christo concessam, sed haec potestas non operatur remissionem peccatorum quoad culpam, aut poenam apud Deum, nisi per sacramenta, aut per indulgentias, ergo neque applicat aut dispensat satisfactiones Sanctorum nisi per sacramenta, aut indulgentias, quia non dispensat illas nisi ad remittendam poenam temporalem: & remissio poenae, praeter opus operantis, extra sacramentum facta, est indulgentia, vt patet ex definitione indulgentiae supra data, & ex inductione proxime facta. Ad satisfactiones Sanctorum non applicantur per sacramenta, vt contra Marfilium ostensum est: superest ergo vt solum per indulgentias dispensentur. Neque in hoc inuenio difficultatem vllam.

Potest vero quispiam interrogare, an merita Sanctorum, sub propria ratione meriti a satisfactione distincta, possint alio modo dispensari. Videtur enim ita esse dicendum, quia merita non aliter dispensantur, quam ratione illorum aliquid obtinendo. Possunt autem sine interuentu indulgentiarum per merita sanctorum multa beneficia a Deo impetrare & obtinere. Veruntamen ex dictis satisfactio[n]ibus constat, per indulgentias non proprie dispensari merita sanctorum sub hac formali ratione. Vnde eo modo, quo applicati possunt seu aliquid in nobis operari, non per indulgentias, sed per orationes & impetrationes per modum meriti de congruo nobis applicantur. Quae orationes fundi possunt & ab ipsis Sanctis in caelo existentibus, qui, vt nobis aliquid beneficium obtineant, sua merita & obsequia Deo interdum representant. Aliquando id fit per nostras priuatas orationes, aliquando per publicas totius Ecclesiae, dum a Deo postulamus, vt propter sanctorum merita bonum aliquid nobis conferant. Veruntamen haec non est propria dispensatio talium meritorum, quia non donantur.

Differentia inter applicationem satisfactionum Christi & sanctorum.

Ratio concludens.

Nam merita sanctorum non possunt aliter dispensari nisi per indulgentias.

donantur nobis ad obtinendum proprium premium eorum, sicut donatur nobis satisfactio ad proprium effectum eius; sed solum moraliter nos iuuant, vt eorum intuitu facilius Deus orationes nostras exaudiat. Vnde illa qualiscunque dispensatio, vel potius applicatio, quæ ibi interuenit, ab ipso Christo fit, exaudiente orationes nostras, aut sanctorum: ideoque in hoc genere applicationis non interuenit potestas clauium, neque aliquis actus eius.

## DISPUTATIO LII.

De Fidelibus uiuentibus, quibus prodesse possunt indulgentiæ.



Altera causa indulgentiæ est quasi subiectiua, in qua indulgentia suum effectum habet. Et quoniam certum est, homines esse huiusmodi subiectum, ideo hæc causa maioris claritatis gratia, diuidi potest in uiuentes, & defunctos, utriusque enim applicari potest indulgentia, diuerso tamen modo: & ideo prius de uiuis, postea de defunctis dicemus: simulque declarabimus diuisionem sæpe tactam de indulgentia per modum absolutionis, vel per modum suffragij. Quia uero, licet indulgentia solis proficit hominibus, sæpe tamen aliis rebus concedi uidetur, ideo declarandum etiam est, quomodo hoc fiat, simulque attingemus aliam diuisionem indulgentiæ in localem, realem & personalem, quamuis vulgaris admodum non sit.

## SECTIO I.

Utrum indulgentia solis hominibus concedi possit: & quomodo diuidatur in localem, realem, & personalem.

<sup>1.</sup> **P**rimo est certum, effectum indulgentiæ solum in homine posse habere locum, quia solus homo est capax reatus pœnæ temporalis, qui per indulgentiam remittitur. Nam hic reatus ex culpa relinquitur, & ex hoc capite non habet locum nisi in creatura ratione uente. Supponit etiam hic reatus culpam remissam, vt per indulgentiam tolli possit: & ex hoc capite solum in homine locum habet: nam in Angelis non habet locum remissio culpæ, & consequenter nec reatus pœnæ temporalis. Deinde hinc constat indulgentias maxime habere locum erga omnes hic uiuentes seu viatores: nam Beati nullum pœnæ reatum habere possunt. Damna uero iam non sunt capaces remissionis, omnique reatus pœnæ qui in eis est, vel per se est pœnæ æternæ, vel ex accidenti, & propter conditionem subiecti perpetuo durat, vt sæpe in superioribus tactum est, & in sequenti disputatione iterum occurret. Anima autem Purgatorii, si aliquo modo sunt capaces indulgentiæ seu fructus eius, illud est quatenus aliqua ex parte statum viatorum participant, & de illis specialiter tractabimus Disputatione sequenti. Superest ergo vt homines viatores per se primo maxime sint capaces indulgentiarum: atque hoc confirmat usus Ecclesiæ. Et ratio etiam est clara, quia iurisdictio Ecclesiastica directe ac per se cadit in homines viatores seu uiuentes in hac uita mortali: sed indulgentiarum concessio est actus huius iurisditionis: ergo ex hac parte potissimum versatur circa huiusmodi homines. Aliunde uero in eis etiam maxime esse potest necessitas indulgentiæ, quia possunt habere reatus pœnarum temporalium post culpam remissionem, ergo.

<sup>2.</sup> Immo hinc ulterius sequitur, non omnes homines

**A** viatores esse capaces indulgentiarum, sed eos tantum qui baptizati sunt, & rationis usum habent. Primum patet, quia tantum homines baptizati subduntur spirituali iurisditioni Ecclesiæ: indulgentiarum autem concessio est actus iurisditionis, vt supra ostensum est. Item, ante baptismum non est aliquis capax remissionis culpæ ex opere operato, ergo nec remissionis pœnæ, quæ per indulgentias fit; est enim eadem ratio, cum utraque sit absolutio quædam, quæ circa subditos tantum exerceri potest: Secundum etiam est clarum: quia reatus pœnæ temporalis, ad cuius remissionem indulgentia ordinatur, oritur ex culpa actuali, quam solum committere potest is, qui usum rationis habet. Nam propter originale peccatum incurritur pœnæ æternæ reatus, non sensus, sed damni, non uero contrahitur alius reatus pœnæ temporalis, quæ uel in alia uita sustinenda sit, uel per indulgentias remitti possit: nam pœnalitates huius uitæ, quæ per originale peccatum contrahuntur, & temporales dici possunt, quia cum ipsa uita finiuntur, non sunt ex his pœnis, quæ secundum legem ordinariam remitti possint, durante hæc uita; adeo ut nec Christi passio ad hunc effectum ordinata sit, vel applicetur hominibus. Cuius signum est, quod nec per baptismum remittuntur, vt suo loco tractauimus, ubi huius rei rationes & congruentias tradidimus. Tandem addendum est, quemlibet baptizatum hominem, & ratione utentem esse capax indulgentiæ, si illa indigeat, non tamen respectu cuiuscunque, sed respectu superioris, cui est subditus, quo ad talem actum. Dico, si illa indigeat, quia si non est debitor, non est capax remissionis, & absolutionis. Quia uero hæc est actus iurisditionis, ideo etiam requirit respectum subditi in eo cui facienda est iuxta capit. Quod autem, de Pœnit. & remis. & iuxta communem sententiam. Quia uero subditus, & superior correlatiua sunt, ideo hic respectus simul explicabitur cum respectu superioris, de quo dicemus infra agentes de causa efficiente indulgentiarum.

Diuisio indulgentiæ in personalem, localem, & realem.

**C**irca hanc uero resolutionem nonnulla supersunt adnotanda. Primum est, quod licet soli homines sint capaces indulgentiarum, nihilominus aliquando dicuntur concedi indulgentiæ piis locis, uel piis rebus, ut imaginibus, aut granis seu calculis benedictis. Vnde sicut distinguitur, inter dictum in locale & personale, ita non incommode distinguunt aliqui indulgentiam in personalem, & localem, quibus tertium membrum addunt, uocantque indulgentiam realem. Quæ omnes indulgentiæ in hoc conueniunt, quod omnes ordinantur ad usum ipsorum hominum, & in eis solis habent effectum, ac denique omnes sunt absolutiones seu remissiones alicuius pœnæ temporalis. Differunt tamen, quia indulgentia personalis ita conceditur personæ, ut illi quasi inhæreat talis fauor seu gratia, quia illi directe fit: unde quocumque pergat, illam secum defert, ut sic dicam. At uero indulgentia localis quodammodo inheret loco in ordine ad personas: huiusmodi enim indulgentia, dicitur concedi loco, quia conceditur hominibus in tali loco orantibus, uel aliud piuum opus ibi exercentibus, & ideo censetur fauor ille quasi inhære loco, quia in illo tantum, & non in alio talis indulgentia obtinetur, nec effectus eius communicatur hominibus nisi mediante loco. Et quoad hoc similis est alia indulgentia, quæ realis appellatur, solum quod differt, quia non conceditur in gratiam alicuius loci immobilis, sed alicuius rei mobilis, ut est imago aliqua, Agnus Dei, rosarium, & similia, quibus proinde censetur inhære talis fauor, & cum eis quasi deferri, & per eas hominibus communicari, ita ut omnes, qui coram tali imagine orant, uel

Soli homines baptizati, & ratione utentes capaces sunt indulgentiarum, si illis indigeant.

vel per talia grana, vel rosaria &c. talem remissionem consequantur. Atque ita non obstanter hac diuisione, semper verum est solos homines viatores esse capaces indulgentiarum, quantum ad effectum seu finem eorum quamuis interdum hic fauor directe & immediate concedatur ipsis hominibus, aliquando vero mediante loco, vel alia re sacra.

*Quid requiratur ad indulgentiam localem lucrandam.*

**Dubium 1.**

**E**X hac vero diuisione oriuntur nonnulla dubia proportionalia his, quæ de similibus interdictis tractari solent. Primum est, quid requiratur ad lucrandam indulgentiam alicui pio loco concessam, an sufficiat locum illum ingredi, vel aliquid aliud facere necesse sit. Ad quod breuiter dicendum est, considerandam esse formam indulgentiæ, aut enim in ea expresse postulatur aliquod speciale opus ibi faciendum, vt v.g. hoc aut illud recitare: & tunc manifestum est, illud opus, quod in concessione postulatur, esse in illo loco faciendum, quia, vt infra dicemus, talis concessio est quasi conditionata, quæ non sortitur effectum nisi impleta conditione. Quando vero nullum speciale opus exigitur, sed conceditur indulgentia omnibus visitantibus talem locum, tunc (vt recte notauit Adrianus in 4. agens de indulgentia) intelligendum id est de religiosa deuota uisitatione, quæ in Dei, vel Sanctorum honorem cedat, quia opus, quod exigitur ad lucrandam indulgentiam, debet esse opus honestum & pium, quia quodlibet aliud potius impediret, quam iuaret pænæ remissionem. Vnde, si quis ingrederetur talem locum, sicut ingreditur alia communia loca, vel transiundo, vel deambulando, vel curiositatis gratia ad conspiciendam eius pulchritudinem, vel alia simili intentione, non lucraretur indulgentiam, quia talis non est pia uisitatio, & religiosa operatio. Oporteret ergo vt accessus ad talem locum ex fide & religione aliquo modo procedat, fiatque ad colendum in tali loco Deum, vel in seipso, vel in aliquo sancto, qui propter ipsum ibi afficitur honore. Vnde talis uisitatio non videtur moraliter separabilis ab aliqua oratione vel deprecatione, quæ in tali loco fiat, quamuis modus seu quantitas eius non determinetur, sed relinquatur arbitrio facientis.

**Adrianus.**

**Secunda opinio.**  
*Rosell. Corduba.*

**Improbatur.**

Hic vero inquiri vltcrius solet, quando conceditur indulgentia visitantibus tale templum, vel in illo orantibus, &c. an necesse sit corporaliter ingredi ipsum templum, vel possit quis extra illud existens indulgentiam lucrari. Glossa enim in Clem. 1. de Reliq. & venera. Sanct. affirmat necessarium esse ingredi corporaliter ipsam Ecclesiam, ita vt licet ob necessitatem seu multitudinem hominum aliquis ingredi non possit, non satis illi sit extra templum ipsum orare, vel interesse diuino officio, quod in ea Ecclesia fit. Ratio est, quia hoc sonant verba concessionis, & indulgentia non amplius operatur, quam verbis exprimitur. Contrariam sententiam tenent Summa Rosella verb. *Indulgentia*, num. 22. Cordu. q. 31. qui citat Palud. Ratio eorum est, quia hæc videtur fuisse intentio concedentis, quæuis casum illum non expresse, quia de illo non cogitat. Sed hæc ratio non placet, quia intentio præsumpta non operatur in indulgentiis, sed ea quæ per verba formæ sufficienter expressa est. Vnde ex communi sententia Doctorum, vt infra videbimus, qui non implet conditionem, in ipsa concessione postulata, etiam si ob impotentiam illam omittat, non lucratur indulgentiam, nisi talis exceptio in ipsa concessione fuerit expressa: in præfenti autem talis casus non fuit expressus, vt supponimus; ergo si in eo non impletur conditio postulata in ipsa concessione, quæuis ob impotentiam omittatur, non obtinebitur indulgentia.

**A** Et confirmatur, quia alias, etiam si fores talis Ecclesiæ essent clausæ, lucraretur quis indulgentiam extra illas orando, imo etiam si per vim domi sue detineretur, si animo & desiderio uisitaret locum illum, indulgentiam lucraretur, quia etiam tunc præsumi potest intentio concedentis: quia etiam in eo casu inuoluntarie & ob impotentiam omittitur uisitatio corporalis. Dices, non esse simile, quia in alio casu non omnino omittitur, nam ille, qui extra Ecclesiam orat, aliquo modo Ecclesiam uisitat, etiam corporaliter. Sed contra hoc est, quia ad obtinendam indulgentiam non satis est aggredi seu inchoare actum in concessione postulatum, nisi perficiatur, vt si necessarium sit uisitare limina Apostolorum, non satis est iter inchoare, etiam si mors intercedat: ita vero est in illo casu, quia illa reuera non est corporalis uisitatio talis Ecclesiæ, sed quoddam desiderium, vel inchoatio eius. Quod patet, quia alias etiam si sine villo impedimento omitteret ingressum Ecclesiæ, & extra illam oraret, indulgentiam lucraretur, quia iam censetur uisitare illam Ecclesiam, & hæc tantum erat conditio postulata. Nam quod id fiat ex necessitate, vel ex voluntate, non refert, neque impedit quominus illa deprecatio aut ueneratio, quæ ex necessitate facta extra Ecclesiam censetur esse sufficiens uisitatio eius, idem habeat, etiam si uoluntarie eodem modo fiat. Consequens autem non admittitur à dictis authoribus, nam solum in casu necessitatis docent posse talem indulgentiam obtineri orando extra Ecclesiam, ergo sentiunt illam reuera non esse uisitationem Ecclesiæ, quàm per se requirit talis indulgentia, & ideo recurrunt ad intentionem concedentis, quæ tamen non videtur sufficere, vt ostensum est.

Quocirca in hac re scdum censio uerbis concessionis, ita vt uerè expleatur conditio, quæ ex proprietate talium uerborum postulatur ad lucrandam illam indulgentiam, quia alias non obtinebitur, vt generaliter docuit D. Thom. quodlib. 2. artic. 16. & Palud. in 4. d. 20. q. 4. num. 46. & Nauar. in Comment. de indulgentiis notab. 19. & in expositione Bullæ Gregorij XIII. nu. 50. Vnde, si uerba concessionis expresse requirant ingressum in Ecclesiam seu adionem, quæ sine huiusmodi ingressu fieri non potest, non poterit quis eam lucrari, etiam si per vim, vel populi multitudinem ingredi impediatur, & hoc probant rationes factæ. Si tamen uerba concessionis uerificari & impleri possunt sine ingressu, per alium accessum ad Ecclesiam moraliter sufficientem, vt iuxta communem loquendi modum uere dicatur quippiam Ecclesiam uisitare, tunc corporalis ingressus in Ecclesiam non est simpliciter necessarius, ideoque attendente legenda sunt uerba concessionis. Nam si præcipiant in Ecclesia sacrificare, non satis erit id facere iuxta Ecclesiam, etiam ob impedimentum. Si uero solum præcipiant uisitare Ecclesiam, uidetur id sufficienter fieri absque ingressu corporali. At si præcipiant orare in Ecclesia res est magis dubia, probabile autem uidetur in dicto casu id sufficere, quia censetur talis oratio fieri in Ecclesia iuxta moralem estimationem, & loquendi modum, maxime quando homo facit quod in se est ad ingrediendum, & impeditur ob populi frequentiam. Adde denique, in huiusmodi concessione cæmiterium etiam nomine Ecclesiæ comprehenditur, nam in fauorabilibus ample sunt uerba interpretanda: & ideo, si ob necessitatem missa dicatur in cæmiterio, sufficienter dicitur quis missam audire in tali Ecclesia, & lucratur indulgentiam. Dico autem in necessitate, quia extra illam id semper est agendum, quod certius acceterius est.

*An diruto templo extinguatur indulgentia illi concessa.*

**Tertio,**

*Dubium quartum.*

**Q**uarto circa eandem indulgentiam localem, & multo magis circa realem dubitari potest quid referat ad pietatis opus, vel ad satisfaciendum pro peena, orare in hoc templo potius, quam in alio, vel per hos calculos potius, quam per alios, vt ob hanc causam dicatur indulgentia concedi tali loco, aut talibus calculis: nam si huiusmodi determinatio loci aut rei ad pietatem non spectat, impertinens conditio videtur ad lucranda indulgentiam. Respondetur huiusmodi determinatione multum ad pietatem spectare. Et in primis in circumstantia loci seu templi id manifestum est, quia multum confert huiusmodi indulgentia ad talem locum determinata ad augendam populi deuotionem, pietatem, & reuerentiam circa talem locum, & circa sanctum aliquem, sub cuius nomine tale templum Deo dicatum est. Interdum etiam conceditur indulgentia huiusmodi loco, vt fideles elemosynas, & alia pietatis opera circa illum exercent: quod saepe pertinere potest ad maiorem Dei cultum & gloriam, & ad minimum semper est talis finis honestus, & ad effectum indulgentiae accommodatus. Simili modo quando indulgentia conceditur alicui imagini, aut cruci, vel simili rei sacrae, quae alioqui digna est ueneratione, talis concessio ex se confert, vt illa imago in maiori reuerentia & ueneratione habeatur, & consequenter vt deuotio fidelium erga ipsum prototypum vehementius excitetur: Sic enim solet Deus per quasdam imagines specialia beneficia conferre, aut etiam miracula facere, quae non facit per alias similes, prout expedire censet ad excitandam fidelium deuotionem, ac exercendam fidem, & religionem. Aliquando vero ex institutione Ecclesiae huiusmodi res benedicuntur, seu consecrantur tanquam sacramentalia quaedam, in quorum vsu est quaedam fidei professio pertinens ad religiosum cultum: huiusmodi sunt Agnus Dei, & aliae res similes: & ideo merito aliquando his rebus iniungitur indulgentia ad deuotionem augendam:

Et ad hunc modum iudicant aliqui de calculis, seu granis benedictis: nam per indulgentiam eis concessam efficiuntur veluti quaedam sacramentalia. Verum est tamen in his non antecedere benedictionem aliquam, vel consecrationem, sicut in aqua benedicta, vel Agnus Dei, & similibus, sed tantum fieri simplicem concessionem indulgentiae: & ideo non videtur in eis intercedere eadem ratio. Nam id, quod constituit huiusmodi rem, in effectu sacrae, & vsus eius in ratione religiosi cultus, debet supponi ad ipsam indulgentiam, non vero per ipsam constitui. Dicendum vero est, satis esse quod huiusmodi grana ex se, & seclusa indulgentia, sint veluti instrumenta quaedam ad actum honestum & religiosum, qualis est orare per illa, qui actus est quidam vius sacer talium rerum, etiam ante indulgentiam: vnde etiam seculi portare huiusmodi res, est virtutis professio fidei: hoc ergo sufficit vt huiusmodi rebus earumque vsui adiungatur indulgentia. Determinatio autem ad has res potius quam ad alias, fit ex voluntate Pontificis: non sine causa, sed vel ad limitandam & determinandam indulgentiam, ne nimis ampla & generalis sit, vel quia hoc ipso, per huiusmodi res magis excitatur fidelium deuotio, nam apprehenduntur tanquam instrumenta quaedam, per quae spiritalia beneficia conferuntur, & consequuntur: habenturque tanquam specialia signa peculiari modo deputata ad protestandam fidem, & actus religionis exercendos. Vnde fit, vt licet talis indulgentia supponat materiam aliquo modo sacram, & vsus eius honestum & religiosum, nihilominus tamen per ipsammet indulgentiam res ipsa speciali modo sanctificetur, fiatque magis sacra, quia

*Dubium quartum.*

*Resolutio.*

II

E

**T**ertio circa eadem indulgentiam inquiri solet, an indulgentia concessa alicui templo, illo diruto extingatur. Et quidem si Ecclesia per partes tantum paulatim destruitur & reaedificatur, certum apud omnes est non extingatur indulgentiam, quia semper durat eadem numero Ecclesia. At vero quando omnino destruitur Ecclesia, aliaque postea aedificatur, & dedicatur, est opinio Paludani, quae 4. nu. 25. extinguit indulgentiam, quia Ecclesia est omnino distincta, indulgentia autem solum fuerat concessa priori Ecclesiae: ergo cum illa extinguitur. Alij vero, praesertim Iurisperiti, distinctione vtuntur: nam aut Ecclesia destruitur de iure, aut de facto: quando destruitur priori modo, extinguitur indulgentia, non vero si posteriori modo de facto tantum destruitur. Ita distinguit referens plures auctores Ludouicus Bononius, in tract. de Indulgentiis, num. 79. Qui limitat prius membrum, in Ecclesia de iure diruta, si eiusdem superioris autoritate in alium locum transferatur, nam tunc ait, non amittit indulgentiam. Ex quo fit, a fortiori idem dicendum esse, si in eodem loco Ecclesia iterum aedificatur eadem autoritate superioris, quia quaedam maiorem identitatem habet, & quoad alia versatur, circa alia eadem ratio. Ex quo vterius infero, distinctionem illam nullius esse momenti: quia, si Ecclesia semel destructa, iterum non aedificatur, extinguitur indulgentia, siue talis Ecclesia iure diruta fuerit, siue tantum de facto: vtroque enim modo iam non manet locus, quo mediante lucranda fuisset indulgentia. Si vero Ecclesia destructa in eodem loco reaedificatur, non extinguitur indulgentia iuxta illam sententiam, siue prior destructio de facto tantum contigerit, vt dictus auctor expresse dicit, siue de iure diruta fuerit, vt nos ex alia eius declaratione manifeste inuimus. Denique, si Ecclesia in vno loco diruta, in alio loco autoritate superioris aedificatur, non amittit privilegium, etiam si prior destructio iure & autoritate superioris facta fuerit, iuxta dictam sententiam: ergo idem a fortiori dicendum erit, quando prior destructio tantum de facto fuerit, dummodo posterior translatio eadem autoritate fiat: ergo nunquam locum habet praedicta distinctio.

Magis ergo consequenter iuxta hanc sententiam dicitur, destructa Ecclesia, si iterum non aedificatur, extingui indulgentiam, si autem iterum aedificatur in eodem loco, vel autoritate debita alio transferatur, tunc non omnino extingui indulgentiam, sed quasi confurgere, & transferri eum ipsa Ecclesia. Sed adhuc ego multum dubito de hac posteriori parte: nam quando Ecclesia transferatur in alium locum, nullo modo manet eadem numero Ecclesia, nec quoad aedificium, nec quoad solum, seu situm: ergo non est vnde habeat priorem indulgentiam, nam illa concessa fuit huic numero Ecclesiae, & non in specie, seu in communi Ecclesiae talis opidi, aut talis tituli seu appellationis. Vnde quoad hanc partem, ego verioris censeo opinionem Paludani, nisi aliunde ex verbis privilegii satis constet non limitari ad hunc singularem locum quasi materialem, sed concedi Ecclesiae, quam talis religio, v.g. habuerit in tali oppido, vel sub alia simili forma. At vero quando Ecclesia in eodem situ reaedificatur, probabilis satis est communis opinio, maxime si statim fiat seu inchoetur reaedificatio, vt notauit Immola Conc. 44. quia tunc propter vicinitatem actus moraliter censetur durare & continuari eadem Ecclesia: quod seorsus videri posset, si per multum tempus instauratio differretur. Nihilominus etiam tunc censetur retinere illa Ecclesia sua privilegia, & consequenter etiam indulgentias quia quoad firum est reuera idem locus, & secundum moralem respectum quasi idem templum reputatur. De quo videri potest Glossa in c. Privilegium, de Reg. iur. in 6. & Innocent. in capit. Cum ex inuincto, de Noui. oper. nunciat.

*Opinio 2.*  
*Ludouicus Bononius.*  
*Quaestio deciditur.*  
*Immola.*  
*Glossa. Innoc.*

quia deputatur ad specialem effectum spiritualem. A Ideoque, ceteris paribus oratio, in tali loco vel coram tali imagine, vel per talia grana est melior, & acceptior Deo; quia habet quandam circumstantiam voluntariam moraliter meliorem, & consequenter maiorem etiam fidei confessionem, seu professionem continet.

An sub indulgentia alicui oppido generaliter concessa Ecclesiastica persone comprehendantur. Dub. 5.

12 Quinto circa personalem indulgentiam dubitari solet, an sub generali concessione facta huic populo vel civitati, scilicet, vt omnes, qui hoc vel illud fecerint, talem indulgentiam lucentur, comprehendantur clerici, religiosi, & alie persone Ecclesiasticae. Et ratio dubitandi esse potest, quia interdicto populo, non censetur clericus interdictus: ergo signum est sub illa generali appellatione non comprehendi clericum: ergo idem erit in concessione indulgentiae.

Ratio dub.

Lyra. Felin

13 Resolutio.

Bald. Ludou. Roman.

August. de Ancona.

Cordub.

Accedit, quod aliqui opinati sunt clericos alicuius Ecclesiae non comprehendi sub generali indulgentia concessa omnibus visitantibus talem Ecclesiam, vel elemosynam ibi facientibus, quia talis indulgentia ordinatur ad alliciendos animos ad deuotionem talis Ecclesiae: & ideo non videtur esse intentio concedentis illam tribuere propriis & quasi familiaribus clericis illius Ecclesiae. Ita tenuit Nicolaus de Lyra in suis Quodlibetis, vt refert & approbat Felinus in tract. de Indulgentia plenaria num. 35.

Dicendum vero est, sub illa generali concessione comprehendendum clericum. Hec est communis sententia Canonistarum in cap. Dilecti, de Foro compet. quam ex eodem textu colligitur, in quo non est sermo de indulgentia prout nunc loquimur, sed de alio genere privilegij; est tamen vtriusque eadem ratio. Ratio vero est, quia etiam clerici sunt pars Christiani populi, argumento cap. Duo sunt. 12. qu. 1. Et ideo sub absoluta appellatione fidelium, aut Christiani populi comprehenduntur, in his praesertim, quae fauorabilia sunt. Per quod excluditur argumentum illud de interdicto, nam illa materia odiosa est, praeterquam quod ex circumstantiis ipsius iuris constat populum ibi stricte summi pro laico populo, vt a clero distinguitur: vt patet ex ca. Si sententia, de Sen. excom. in 6. & notauit Ludouicus Boloni di. tract. de Indulgentiis num. 106. ex Bald. in L. Cunctos populos, columna 7. & 8. de Summa Trinit. & Ludouico Romano consil. 180. circa principium. Nec vero excludendi sunt religiosi, vt notauit Felinus supra ex Augustino de Ancona lib. de Potest. Eccles. q. 31. art. 3. nam etiam illi, quatenus peccatores sunt, indulgentiis indigent, & quatenus fideles sunt sub Christiano populo comprehenduntur. Quod si indulgentia sit Pontificia, in omni rigore sunt subditi cõcedenti. Quando vero est Episcopalis, videri potest res dubia, quia religiosi sunt exempti, & non subditi. Tamen etiam tunc frui possunt tali indulgentia, quia sunt exempti in fauorem non in detrimentum; & ideo quoad haec, quae fauorabilia sunt, censentur subditi, eo ipso quod sunt de districtu, seu diocesi talis Episcopi. Ratio ergo dubitandi, ex dicto soluta est. Ad confirmationem autem consequenter dicendum est, sententiam ibi allatam non videri probabilem, nisi quando verba privilegij satis aperte limitata sunt, quando vero sunt generalia pro omnibus visitantibus talẽ Ecclesiam, sine dubio comprehendunt etiam clericos, vel religiosos illius Ecclesiae, quia non sunt deterioris conditionis, & optime comprehenduntur sub illis generalibus verbis, quae ample interpretanda sunt, cum fauorabilia sint, Quod recte notauit Corduba quæst. 31.

An generalis indulgentia personalis ad ipsum concedentem se extendat.

14 Statim vero occurrit inquirendum, an indulgentia generalis personalis se extendat ad ipsum concedentem. Et ratio dubitandi est, quia indulgentia est actus iurisdictionis: nemo autem habet iurisdictionem in seipsum. Item indulgentia est absolutio quaedam: nemo autem potest seipsum absoluer. Item, quia Praelatus non potest se cum ipse in lege dispensare: ergo nec potest sibi, seu per se dispensare thesaurum Ecclesiae. Nihilominus certa & communis sententia est, posse Praelatum, qui indulgentiam generaliter concedit, eandem sibi lucrari, vt patet ex D. Thom. in 4. d. 2. art. 5. q. 4. Palud. ibi q. 4. art. 3. Supplem. Gabr. d. 45. art. 2. conclus. 7. Rich. d. 10. ar. 4. Augustino de Ancona lib. de potestate Eccles. q. 29. art. 2. & Summistis communiter verb. Indulgentia & Geminiano in cap. Indulgentia, de Penit. & remis. in 6. & Calderino in c. Nostro de Penit. & remis. Idque satis constat ex vsu: nam Summus Pontifex lueratur indulgentias concessas suis praedecessoribus, de quibus eadem est ratio: vnde & Inhibiti etiam a se concessum luerantur. Ratio vero est, quis non debent Praelati esse peioris conditionis quam inferiores: ergo sicut alij possunt participare fructum thesauro Ecclesiae, ita etiam ipsi.

15 Modus autem huius participationis seu indulgentiae (vt difficultati propozita satisfaciamus) esse potest, primo, si Praelatus v. g. Pontifex, det alteri facultatem concedendi sibi indulgentiam, prout expedire eensusit. Et de hoc modo non est dubium quin sit possibilis: nam in foro penitentiae potest Papa se submittere alteri, eius iurisdictionem in seipsum dare, ergo a fortiori idem poterit in hoc foro indulgentiae. Neque tunc seipsum absoluit proprie & directe, sed solum dat alteri facultatem, vt se absoluat. Hunc vero modum impugnat Nauarr. infra citandus, quia putat neminem posse committere iurisdictionem in seipsum, neque Pontificem illam dare etiam in sacramento penitentiae, sed iure diuino collatam esse. Nos vero in superioribus ostendimus id falsum esse, quantum spectat ad sacramentum penitentiae: neque in iudicio pertinente ad forum animae habet absurditatem, quod aliquis habeat iurisdictionem quam possit alteri committere circa seipsum exercendam: ergo etiam in concessione indulgentiae potest haec delegatio fieri. Atque ita hoc explicauit Richard. supra q. 3. & Caiet. di. Opus. de Indulgent. c. 5. & Archidiacon. in cap. Indulgentia de Penit. & remis. in 6. It tamen auctores videntur assignare hunc modum vt vnicum & necessarium, in quo illis non assentior. Existimo enim illum non esse simpliciter necessarium quia hic non intercedit sacramentalis absolutio, quae personarum distinctionem requirat: neque etiam interuenit actio punitiua, quae proprie etiam est ad alium, & non ad se. Et ideo ex vsu etiam supra allegato constat, sine interuentu tertiae personae Praelatos vti solere indulgentiis a se concessis.

16 Secundus ergo modus huius indulgentiae esse potest, quod concessio directe fiat communicati, reddet vero in ipsum concedentem tanquam in partem communitatis: sic enim Praelatus ferens legem, se ipsum etiam consequenter, & quasi indirecte ligat. Atque hunc dicendi modum maxime videntur approbare D. Thom. & alij auctores supra citati. Iuxta quem, ad difficultatem positam respondendum est, concessionem indulgentiae directe ferri ad subditos, indirecte vero posse participari a non subdito, quatenus participat conditionem aliorum subditorum, in ratione partis eiusdem communitatis. Idem dicendum est de actu absolutionis, vel iurisdictionis.

iurisdictionis, nam directe non potest exerceri ab alio...

A cundario, seu inaduate verari circa singulos & consequenter etiam circa ipsum concedentem...

Ex hoc enim infero, & addo tertium modum quod potest Prælati sibi ipsi indulgentiam concedere...

Probatur ergo minor, quia neque ex generali ratione actus iurisdictionis repugnat exerceri ab eodem...

E Prononit ergo hic effectus ex potestate & voluntate concedentis. Cum ergo hæc voluntas sit una & eadem...

19 Tertium modum...

Probatur

20 Actus iurisdictionis non repugnat...

D. Thom.

Cap per venerabilem...

Nauarri de similit.

Coradub.

17 Distinctio impropria.

Indulgentia prælati prodest, non ex voluntate superioris, sed propria.

18

Ca à colla  
trone, de Ap  
pel mo.

test ex c. A collatione, de Appel. in 6. vbi dicitur, si col  
latio beneficij facta est à Capitulo, assistente Episco  
po vt Episcopo, non posse appellationem à tali col  
latione fieri ad ipsum Episcopum, quia nimirum fi  
eret ad eundem secundum idem: si tamen Episco  
pus interfuit tantum vt Canonicus, tunc appellatio  
nem posse fieri ad ipsum Episcopum: quia, licet vi  
deatur fieri ad eandem personam, non tamen secu  
dum idem munus.

21 Sic ergo in presenti dicimus, quod licet eadem  
persona dispense, tamen secundum diuersam di  
gnitatem & potestatem, nam dispensat vt Papa, &  
dispensatur vt homo. Non est autem dubium quin  
talis dispensatio sit actus iurisdictionis: ergo ex hac  
sola communi ratione non requirit talis actus per  
sonarum distinctionem. Ergo neque ex speciali ra  
tione indulgentiæ erit semper necessaria. Patet con  
sequencia ex toto discursu, facte, quia æque potest  
aut hunc actum applicari. Nam in primis hic non in  
teruenit collatio sacramenti, vt ob eam causam ne  
cessaria sit distinctio ministrum: neque etiam interce  
dit coactio aliqua vt per se notum est: nec denique  
est hic talis actus iurisdictionis, aut sententiæ, vt re  
quirat formam iudicij, in quo accusatio, & proba  
tio, & similia præcedant, sed sufficit prudens quod  
dam iudicium de sufficienti causa ad concedendam  
indulgentiam, supposita potestate concedentis, &  
capacitate ac indigentia eius, cui conceditur. Neque  
etiam obstat quod hic debet esse subditus, quia hoc  
ipso quod alium superiorem non habet, suæ digni  
tati subditus est, & ideo vt subditus potest participa  
re actum à sua potestate manantem: est ergo superi  
or vt Papa & subditus vt homo & peccator: ergo  
potest in seipsum hanc iurisdictionem exercere, quæ  
alio speciali titulo distinctionem personarum non  
postulat.

22  
Pontifex po  
test huij sol  
si simul cū  
alijs indul  
gentiæ con  
cedere.

Atque hinc etiam concluditur posse hunc actum  
exerceri à Pontifice circa se, siue solum, siue simul  
cū alijs: quia hæc coniunctio cum alijs valde ac  
cidentaria videtur: nam ostensum est, huiusmodi a  
ctum per se non requirere distinctionem personæ,  
ad quam directe ordinatur: ergo multo minus re  
quirit concomitantiam aliarum distinctarum per  
sonarum. Item in exemplis adductis potest Pontifex  
secum tantum dispensare: ergo etiam potest vt di  
spensatione thesauri in aliqua indulgentia, sicut po  
test concedere indulgentiam alteri Principi, vel Re  
gi soli.

23  
An possit of  
f. causa vt  
Pon if sibi  
indulgentiã  
concedat  
D. T. o.

Huius vero contrarium videtur docuisse Diuus  
Thomas in 4. dist. 20. questione prima, artic. quin  
to, questione quarta, non ex defectu potestatis, sed  
ex defectu causæ: putat enim nullam posse subesse  
causam sufficientem ad concedendam sibi indul  
gentiam hoc modo, quia indulgentia (inquit) debet  
ex tali causa dari, qua is, cui conceditur, prouocetur  
ad aliquem actum, qui in Ecclesiæ utilitatem, & Dei  
honorem cedat: huiusmodi autem causa non habet  
locum in prælato, qui ex munere suo tenetur Eccle  
siæ utilitatem, & Dei honorem procurare. Sed hæc  
ratio profecto non cogit: cur enim non potest præ  
latus seipsum per indulgentiam prouocare ad illum  
actum exercendum in utilitatem Ecclesiæ, quem a  
lio qui ex officio facere tenetur? hæc enim duo non  
repugnat simul coniungi in eundem actum. Sicut  
potest per indulgentiam prouocare alios fideles ad  
illos actus faciendos, quos ex alijs præceptis facere  
tenentur; & alicui Regi potest concedere indulgen  
tiam hoc fine, vt per eam prouocetur ad suum mu  
nus Regium recte exercendum. Eo vel maxime quod  
licet prælatus teneatur bonum Ecclesiæ procurare,  
non tamen per quoslibet bonos actus, multi enim  
possunt respectu illius esse in confisio, & non in præ  
cepto; ergo ad illos potest se per indulgentiam prou  
ocare.

24 Contra hæc etiam partem sentit Palud. ibid quæ

A ffione quarta, versic. 3. conclus. 5. Et fundari potest  
in hoc, quod nemo potest secum dispensare, licet  
auctoritate iuris, vel superioris aliquando vtatur di  
spensatione à se facta. Item, quia incedentem & ac  
cipientem debet esse differentia personalis. Sed hæ  
rationes parum cogunt. Ad priorem respondet Cor  
duba supra assumptum esse verum, vt dispensatio si  
gnificat relaxationem legis, non vero in directe in  
ferri idem esse de dispensatione thesauri. Ego vero  
censeo, etiam antecedens esse falsum in dispensatio  
ne legis latæ ab ipso Pontifice: non enim habet supe  
riorem, vel ius à superiore latum, cuius adminiculo  
possit secum dispensare, sed ex vi propriæ potestatis,  
& auctoritatis id facit. Nisi forte dicatur dispensare  
secum adminiculo diuini iuris, quo talis dispensa  
tio ei commissa est: quod libenter admittimus, i  
demque de indulgentiarum concessione asserimus.  
Altera vero ratio tantum videtur vim facere in sig  
nificatione verbi, Dare, quod indicat relationem ad  
alium: posset autem hoc facile negari: nam sacerdos  
dici potest dare sibi Eucharistiam. Quod si quis con  
tendat non dici proprie dare, sed sumere sibi: seruetur  
idem modus loquendi in indulgentia: nam re  
eadem est.

SECTIO II.

Quæ habitualis disp. sibi requiratur in eo, qui in  
dulgentiam lucraturus est.

C Distinguiamus in huiusmodi persona capacita  
tem remotam à dispositione proxima. Priorem  
explicuimus in sectione præcedente, & videtur in tri  
bus conditionibus consistere, scilicet, vt sic homo  
ratione vtiens, baptizatus, & aliquo modo fideus:  
de quibus iam dictum est, & ex his, quæ dicemus, sin  
gula ex dictis conditionibus amplius declarabuntur.  
Dispositio autem vterius distingui potest in habi  
tualem, & actuslem: prior est habitus gratiæ, vel fi  
dei: posterior vero est aliquid bonum opus ad fru  
ctum indulgentiæ consequendum necessarium: de  
quo dicemus sectione sequente. Nunc prior dispo  
sitione explicanda est. Circa quam prius supponimus  
necessarium esse statum fidei, per quam sic homo cō  
iunctus Ecclesiæ tanquam membrum eius. Hoc à  
fortiori constabit ex his, quæ de statu gratiæ dice  
mus: & nunc ex proprijs ostenditur: quia indulgen  
tiarum participatio pertinet ad communionem  
Sanctorum, quam non participant, nisi quis sunt  
membra Ecclesiæ: membrum enim non participat  
in fluxum & communicationem aliorum membra  
rum, nisi debito modo corpori coniunctum sit: pri  
ma autem vnio membrorum Ecclesiæ fit per fidem:  
ergo hæc est quasi prima fundamentalis dispositio  
ad lucrandum effectum indulgentiæ.

Quæ propter hæretici, seu Apostata, etiam si ba  
ptizati sint, non possunt indulgentiarum fructum  
participare, nec directe & per modum remissionis,  
quod certissimum est, nec per modum suffragij, vt  
sect. seq. declarabim. Nec refert, quod quis habeat  
externam fidei professionem & vnionem cum Ec  
clesiâ, si interna fide careat: quanquam nonnulli di  
xerint, id satis esse vt talis homo Ecclesiæ membrum  
esse censeatur: quidquid enim sit de hoc loquendi  
modo (nam reuera, illud potius apparens, quam ve  
rum membrum existit) illa externa vnio ad internã  
cummunionem, qualis est illa quæ per indulgentias  
fit, non sufficit, cum interna & spiritalis commu  
nicatio in interna & spiritali vnione fundari debe  
at. Atque hoc confirmat si vltus ipse, seu forma con  
cedendi indulgentias, semper enim pro solis fidelibus  
conceduntur.

Satim vero insinuabat se hic questio, an excom  
municatus maiori excommunicatione sit capax in  
dulgen

nicatus sic  
capax in-  
dulgencia.

Indulgentiarum: nam ille etiam censetur esse mem-  
brum ab Ecclesia præcisum, ergo & incapax com-  
municationis eius. Sed hæc res ex professo tractanda est  
in sequenti tomo inter effectus excommunicationis.  
Nunc breuiter dico, excommunicationem pri-  
uare hominem omni fructu & participatione indul-  
gentiarum directâ, & per modum absolutionis, lo-  
quor autem de excommunicatione formaliter &  
ratione sui, & non tantum ratione status peccati mor-  
talis, quem solet supponere. Nam licet contingat ex-  
communicatum per contritionem redire ad itatum  
gratiæ, non poterit indulgentias lucrari donec ab  
excommunicatione absoluat, quia per excom-  
municationem priuatur efficaciter omni commu-  
nicatione Ecclesiastica, præsertim interna, & ex com-  
muniis Ecclesiæ bonis. Dixi autem, *directâ & per-  
modum absolutionis*, quia in prædicto casu dubitari  
potest, an saltem per modum suffragij possit indul-  
gentia excommunicata applicari, quod in sequen-  
tibus attingemus. Dubitat vero Ludouic. Bononi,  
tract. de Indulg. n. 107. an Pontifex concedens alicui  
indulgentiam videatur approbare statum illius, cui  
fit concessio: in quo ipse respondet affirmatiue citâs  
Abbatem Confil. 55. Quia censetur, vel declarare il-  
lum carere excommunicatione, aut certe absolue-  
re illum, ne incapax sit indulgentiæ. Sed in hoc sen-  
su illa diuisio non probatur, quia indulgentia sup-  
ponit statum, seu capacitatem recipientis non vero  
conferri illum, nisi exprimitur; & ideo, quoad hoc  
non est absoluta, & efficax concessio, sed quasi con-  
ditionata, si per alium non steterit. Et propterea in  
concessione indulgentiæ sæpe conceditur potestas  
absoluendi ab excommunicatione, vel ipsa etiam  
absolutio datur ad talem effectum.

An Pontifex  
concedens  
indulgentiâ,  
hoc ipso cen-  
satur per-  
sonam ad il-  
lam habili-  
tate.

An charitas necessaria sit.

Existenti in  
peccato non  
ualet indul-  
gentia ad re-  
missionem  
penæ illius  
peccati in  
quo existit.

Supposita ergo interna fidei vnione, & externæ  
communicationis, difficultas, superest an requi-  
ratur etiam vnio charitatis, seu, quod idem est, an  
requiratur status gratiæ tanquam necessaria dispo-  
sicio ad lucrandam indulgentiam. In qua primo cer-  
tum est, indulgentiam non valere illi, qui est in pec-  
cato mortali ad remissionem penæ temporalis de-  
bitæ ratione illius peccati in quo perseverat: quia, vt  
supra diximus, penæ non potest remitti nisi prius  
remittatur culpa. Vnde hoc non est proprium soli  
peccati mortalis, sed commune est etiam veniali,  
quia non prouenit præcise ex carentia gratiæ, sed ex  
duratione culpæ. Vnde si aliquis iustus habeat veni-  
alem culpam nondum remissam, respectu illius  
non poterit consequi effectum indulgentiæ, quia non  
potest reatus penæ auferri manente culpa. Et in hoc  
conueniunt Theologi quanquam Albert. in 4. d. 20.  
art. 18 sentiat, indulgentias posse valere aliquo mo-  
do ad remissionem huiusmodi peccati, vel per mo-  
dum cuiusdam dispositionis remotæ, quatenus i-  
psius opus, quod propter indulgentiam fit, super-  
naturale est, & bene disponit hominem, vel per mo-  
dum impetrationis & meriti de congruo, sic enim  
possunt merita iustorum applicari & prodesse pec-  
catoribus ad remissionem culpæ. Veruntamen  
quod ad priorem modum attinget, manifestum est  
illum non pertinere ad effectum indulgentiæ, sed  
solum ad quandam effectum ex opere operantis:  
nam, licet indulgentia sit causa vel occasio exercen-  
di tale opus; tamé, postquam tale opus fit, quod di-  
sponat hominem remote ad gratiam, non habet ab  
indulgentia, sed à sua perfectione & honestate. Nec  
dici potest (si proprie loquamur) ratione indulgen-  
tiæ acceptari opus illud, vt congruentior dispositio,  
ita vt hoc pertineat ad effectum indulgentiæ ultra  
opus operantis: quia hoc neque fundamentum habet,  
neque pertinet ad dispositionem thesauri Ec-  
clesiæ. Solum ergo indulgentia potest esse, aut mate-  
Fr. Suarez. tom. 4.

ria circa quam fides exercetur, aut occasio faciendi  
aliquid opus penale, seu pietatis. Idem fere dicen-  
dum est de posteriori modo: nam, vt recte notauit  
D. Thom. in 4. d. 20. quæst. 1. art. 5. quæst. 1. & in supe-  
rioribus etiam à nobis declaratum est, illud per se  
non spectat ad rationem, seu effectum indulgentiæ,  
quæ formaliter consistit in absolutione à penâ tẽ-  
porali, applicando thesaurum Ecclesiæ ad hunc ef-  
fectum. Nihilominus addit D. Thom. si præter in-  
dulgentiam fiat applicatio meritorum Ecclesiæ: posse  
prædicto modo prodesse illi, qui existit in peccato  
mortali, impetrando ei bonam dispositionem, vt à  
peccato exeat. Sicut bona merita alicuius Congre-  
gationis particularis, vel alicuius etiam priuata per  
sonæ applicata alteri existenti in peccato mortali,  
possunt dicto modo illi prodesse. Dices, Omnes fi-  
deles existentes in Ecclesia participare hoc modo  
communis Ecclesiæ suffragia, & merita, ideoque non  
posse pertinere ad specialem concessionem. Respon-  
deo, præter illam communicationem communem  
omnibus, posse interuenire aliam specialem in-  
tercessionem, & applicationem Ecclesiæ, seu pasto-  
rum eius ad hunc effectum impetrandi à Deo con-  
uersionem talis peccatoris. Hunc ergo effectum cõ-  
sequitur operari prædicta concessio: illa vero (vt dixi)  
non habet rationem indulgentiæ, quia nec est ab-  
solutio, nec dispensatio Ecclesiastici thesauri, sed que-  
dam oratio apud Deum propter merita iustorum,  
quæ per se fieri potest sine indulgentia, interdum  
vero cum indulgentia coniungitur, vt quando in  
Bulla Cruciatæ, & in aliis facientibus hoc vel illud  
opus; præter certam indulgentiam, conceditur vt  
sit particeps bonorum operum Ecclesiæ, & mem-  
brorum eius.

D. Thom.

Obiã.

Solutio.

Hoc ergo supposito, dubium superest, an indul-  
gentia valeat homini existenti in peccato mortali,  
saltem ad remissionem penæ temporalis ex pecca-  
tis iam remissis relicta. Theologi enim qui existi-  
mant, vel satisfactionem peccatoris posse illi pro-  
desse ad hunc effectum, vel satisfactionem vnus iu-  
stus oblatam pro peccatore, acceptari pro illo ad si-  
milem effectum, consequenter, & à fortiori dice-  
rent, peccatorem posse lucrari indulgentiam ad hu-  
iusmodi effectum, si aliqui opus iniunctum exe-  
quatur: quia maioris efficaciz est satisfactio Christi  
& Sanctorum, quam satisfactio peccatoris: & simili-  
ter efficacior est applicatio facta à Christi Vicario,  
quam facta à priuata persona. Atque hoc modo po-  
test hæc sententia sumi ex Scot. in 4. d. 15. q. 1. art. 4. & Scot.  
expressius id affirmant Mairon. & Guillelmus de  
Rubion. d. 20. q. 1. Fundamentum est illud generale  
quod ad remissionem penæ temporalis, neque est  
formaliter necessaria infusio gratiæ vt per se notum  
est, neque etiam est, cur hæc supponatur tanquam  
necessaria conditio, cum soleat Deus peccatoribus  
conferre nonnulla beneficia longe maiora, quam  
sit remissio temporalis penæ, quale est, speciali pro-  
uidencia inspirare sanctam cogitationem, & ad con-  
sentendum illi auxilium prestare, & similia, quæ ad  
substantialem sanctificationem conferunt. Vnde et-  
iam sumitur argumentum, quia suffragia Ecclesiæ  
valent ad obtinenda hæc beneficia spiritualia ho-  
minibus existentibus in peccato mortali: cur ergo non  
etiã valebunt ad remissionem penarum ex culpis remis-  
sis debeatari? Si autem ex generali ratione huius ef-  
fectus, non repugnat fieri in subiecto gratia carente,  
non etiã repugnabit fieri per indulgentias, quia non  
habet ex hac causa, seu modo specialem repuggan-  
tiam: supponimus autem intentionem concedentis  
esse, vt proficit omnibus, quibus prodesse potest.

Valentia in-  
dulgencia  
existenti in  
peccato ad  
remissionem  
penæ ex re-  
missis relicta.  
Prior opinio.

Mairon.  
Guill. de  
Rubion.

Nihilominus dicendum est, statum gratiæ esse di-  
spotionem omnino necessariam ad proprium fru-  
ctum, seu effectum indulgentiæ consequendum, qui  
est remissio temporalis penæ. Hæc est communior  
sententia Theologorum in 4. d. 20. qui communiter  
LII

Statum gra-  
tia esse neces-  
sarium ad  
fructum.

indulgentia  
consequen-  
dum vera  
resolutio.  
D. Thom.  
Adrian.  
Gabr.  
Sup Gabr.  
Syluest.  
Angel.

tria requirunt ad valorem indulgentiæ, potestatem in dante, pietatem in causa, gratiam in suscipiente. Sumitur ex D. Thom. supra, & in Addition. q. 27. art. 1. Adrian. materia de Indulg. concl. 3. Gabr. in Canonem lect. 56. & eius Suppl. in 4. d. 45. q. 1. art. 2. Medin. Cod. de Orat. q. 25. Syluest. Angel. & aliis Summistis verb. *Indulgentia*. Fundamentum autem præcipuum est illud generale, quod homini inimico Dei, quando in peccato existit, nulla remissio fit, neque quoad culpam, neque quoad penam; quia indignus est tali remissione, & nulla est promissio; imo neque congrua est ratio, ob quam in illo statu talis remissio concedatur: quæ omnia late tractata sunt in Disputationibus de Satisfactione, & de Suffragiis; habentque, eadem ratione, locum in indulgentiis, continent enim fauorem, qui non inimicis, sed amicis fieri solet, & debet. Quod satis profecto confirmat Ecclesiæ usus: nam in forma concedendi indulgentias semper additur. *Contritis aut confessis &c.* Quod quidem non adiungitur solum quia Pontifices nolunt indulgentiam aliis concedere, sed etiam declarant hanc esse conditionem necessariam ex intrinseca ratione indulgentiæ, & effectus eius, potestatemque concedendi indulgentias limitatam esse ad huiusmodi subiectum. Cuius signum sufficiens est ipsamet Pontificum perpetua consuetudo; si enim intelligerēt se posse fauorē hunc peccatoribus facere, verisimile profecto est aliquando id fuisse facturos. Vnde Clemens VI. in Extrau. *Vnigenitus*, de Pœnit. & remiss. cum dixisset, Christum Dominum infinitum thesaurum hominibus reliquisse, subdit, *Quo qui vbi sunt, amicitie Dei participes sunt effectus*, significans nemini posse applicari illum thesaurum, nisi ei, qui amicitiam Dei participauit. Vnde subiungit Christum reliquisse Petro, & successoribus eius hunc thesaurum dispensandum fidelibus, ad remissionem pœnæ temporalis: declarat autem modum seu conditiones necessarias, scilicet, quod dispensatio fiat ex rationabili causa, & quod vere penitentibus concedatur. Vnde etiam per sacramentum non applicatur satisfactio Christi ad remittendam pœnam temporalem illi, qui in mortali peccato perseverat, ergo multo minus applicari poterit per indulgentias. Quare non est simile de præuenientibus auxiliis, aut de dispositionibus præuis ad iustitiam, quia hæc, ex natura sua talia sunt, & sanctifican. & gratia non supponant, cum ad illam paulatim introducendam ordinentur: remissio autem pœnæ temporalis supponit culpæ remissionem, & ideo semper etiam prærequiritur flatum gratiæ.

Clum. 6.

Fundamen-  
ta centra  
ria soluta  
sunt.

*In quo tempore gratia requiratur ad indulgentiam lucrandum.*

Gratia est  
necessaria  
pro instanti,  
in quo con-  
summat  
indulgentia

7 **P**ossunt autem in indulgentia acquirenda duo tempora distingui: vnum est, in quo fiunt opera ad talem indulgentiam lucrandam requisita, vt ieiunium, elemosyna, &c. Aliud est punctum illud temporis in quo indulgentia consummatur, & effectus illius confertur. Dubitari ergo potest, an in vtroque tempore, vel in altero tantum, & in quo eorum gratia requiratur. Respondetur, gratiam saltem necessariam esse pro eo tempore, pro quo indulgentia consummatur & applicatur; hoc enim probant rationes factæ: quia hæc dispositio per se necessaria est propter effectum indulgentiæ, quia sine illa, non est homo proxime ac moraliter capax remissionis pœnæ temporalis: ergo pro eo tempore necessaria est talis dispositio, pro quo, seu in quo conferendus est talis effectus. De alio vero tempore res est controuersa, pertinet vero ad sequentem sectionem, vbi tractabitur: nunc autem supponatur per se, & ex vi talis operis ad indulgentiam prærequisiti, non esse necessarium statum gratiæ, Dixi autem, *per se, & ex*

**A** *vi talis operis*: quia si tale opus in eodem tempore fiat, in quo indulgentia consummatur, tunc propter concomitantiam erit necessaria gratia quando tale opus fit, non tamen formaliter, ac per se propter ipsum opus. Quocirca, si multa opera requirantur, satis erit hominem esse in gratia quando vltimum perficit: quia tunc consumatur indulgentia, & effectus eius confertur. Imo cum ipsum vltimum opus successiue fiat, quanuis cōtingat sine gratia inchoari, si in gratia consummetur, id satis erit ad lucrandam indulgentiam, vt v. g. conceditur indulgentia ieiunanti tali die, contingit autem quempiam illo die ieiunantē, vel in illo peccare mortaliter, vel permanere in peccato prius commissio, tandem vero in fine diei conteri, & gratiam obtinere, dicimus ergo id satis esse, vt huiusmodi homo talem indulgentiam lucretur, quia gratia non requiritur propter opus, sed vt dispositio ad effectum indulgentiæ, quia non datur vsque ad consummationem talis operis.

**B** Statim vero occurrit difficultas similis illi, quam de sacramentis in genere suo loco tractauimus, si cōtingat hominem esse in peccato toto illo die quo ieiunat, iustificari autem in illo instanti, quod est primum non esse illius diei, & vltimum non esse sequentis, an id sufficiat ad talem indulgentiam consequendam. Hinc enim videtur non sufficere, quia in toto tempore præcedente consummatum fuit opus ad indulgentiam lucrandam requisitum, sed indulgentia operatura erat intra illud tempus: in quo requisitum opus consummatur: ergo subsequens instans intrinsecum est; & per accidens ad effectum indulgentiæ: ergo quod in eo gratia de nouo comparetur, nihil refert ad indulgentiæ effectum. Aliunde vero potest oppositum persuaderi: quia effectus indulgentiæ non datur successiue, sed in instanti, quia (vt sequent. sect. dicam) non datur donec conditio impleta sit integre: cōpletur autem seu consummatur in aliquo instanti: nullum est autem instans, in quo talis dispositio sit integre cōpleta, nisi illud extrinsecum, quod est primum non esse talis consummati operis, vt in exemplo posito ante illud instans, quod est primum non esse illius diei, non potest dici non consummatum ieiunium talis diei, vel si opus requisitum sit aliqua oratio, instans, in quo consummatur, necessario erit primum non esse integre prolationis aliquorum verborum: satis ergo erit in illo instanti incipere esse in gratia: quia id sufficit ad effectum indulgentiæ tunc obtinendum, quando conferendus esse.

**D** Dicendum existimo, indulgentiæ effectum in aliquo certo instanti conferri, quod Deus nouit. Hoc recte probat argumentum factam. Non quidem nego aliquando indulgentiam comparari per partes, vt v. g. indulgentia, quæ conceditur audientibus diuina officia in festo Conceptionis, aut Corporis Christi, ita confertur, vt propter singulas horas canonicas vel missam, certa indulgentia concedatur, quæ potest dici pars, respectu integre indulgentiæ totius diei, quo sensu dicimus totam illam indulgentiam per partes cōparari: tunc vero singulæ partes fiunt in instanti, quando, scilicet singulæ horæ consummantur: & ita in vniuersum verum est, effectum indulgentiæ dari in illo instanti, in quo consummatur conditio. Rursus non nego posse indulgentiam sub tali forma dari, sub qua effectus eius successiue continua conferatur, vt verbi gratia, si recitanti psalmum vnum concedatur vnus annus indulgentiæ, ita tamen, vt qui dimidium dixerit, dimidium etiam annum lucretur, & cum eadem proportionem de cæteris partibus, tunc enim inchoata recitatione, inchoabitur effectus indulgentiæ, & successiue cum ipsa oratione continuabitur: quia non potest aliter fieri remissio cum proportionem ad opus, iuxta formam talis concessiois, quæ neque in se

Non autem  
in instanti  
datur im-  
per-

Quid si gra-  
tia con-  
sumatur in  
primo non  
esse tempore  
indulgenti-  
æ.  
Rationes  
dubitan-  
di pro vtroque  
parte.

Non rep-  
tatur forma  
indulgenti-  
æ datur, et  
eius effectum  
successiue  
conferatur.

repu.

repugnantiam inuoluit, vt per se constat, neque etiam ex parte effectus seu remissionis poenae: nam remissio illius reatus se habet ad modum remissionis qualitatis, quae successiue fieri potest. Vnde illa remissio, quae fit per satisfactionem ex opere operantis, successiue fit, sicut ipsam opus. Imo & remissio, quae fit ex opere operato per satisfactionem sacramentalem, videtur profecto eodem modo fieri, quia non est cur inchoatio talis effectus requirat consummationem totius satisfactionis impositae, alioqui qui de imposita poenitentia partem impletet, & partem omitteret, nullum fructum remissionis temporalis consequeretur ex opere operato, quod sine dubio falsum est. Quamuis autem illa forma concessionis indulgentiae non repugnet, regulariter tamen non est in usu, sed absolute postulat totum aliquod opus, vt conditio necessaria ad comparandam indulgentiam, vt ex sequenti sectione magis constabit. Sic ergo loquendo de indulgentiis, prout sunt in usu, dicimus effectum indulgentiae in instanti concedi, in quo primum conditio requisita impleta est, ex quo fit necessarium esse, & sufficere ex parte lucrantis indulgentiam, quod pro illo instanti fit in statu gratiae, etiam si antea non fuerit.

Effectus indulgentiae conferitur in primo instanti in quo opus requiritur consummatum est.

IO Prior modus explicandi, quod sit illud instans in quo tale opus consummatur.

Posterior modus explicandi.

11 Dno modo positi peculiari exemplo accomodantur.

Quod vero sit illud instans, in quo effectus indulgentiae datur, incertum est. Duobus autem modis explicari potest: prior est, vt illud instans sit vltimum, in quo totum opus ad indulgentiam requisitum physice atque omnino consummatum est; qui modus supponitur in rationibus dubitandi in principio positus. Et iuxta illud dicendum est, licet illud instans sit primum, non esse praecedentis operis, quatenus in successiua mutatione consistit, esse tamen primum instans, in quo est completa conditio, quae ad effectum indulgentiae postulat, ideoque tale instans non est extrinsecum, sed intrinsecum respectu effectus indulgentiae, ac proinde sufficere, ac necessarium esse pro illo instanti statum gratiae. Alter modus est, si dicamus huiusmodi instans esse illud, in quo opus indulgentiae, moraliter loquendo (vt sic dicam) consummatum est, quauis physice loquendo, non sit omnino transactum tempus, aut consummatus motus talis operationis, vt verbi gratia in exemplo supra posito de ieiunio vnius diei dicitur potest, instans, in quo consummatur tale ieiunium, non esse illud, quod est primum non esse totius diei naturalis in rigore physico, sed ante illud posse assignari aliquid instans, in quo iam non potest naturaliter fieri actio, seu comestio, per quam frangatur ieiunium, sicut alibi ego dicebam, instans consummans martyrium, in ordine ad effectum gratiae per illud consequendum, non esse ipsam instans physice mortis, in quo iam anima est separata a corpore, estque primum non esse hominis, sed esse aliquod prius instans, in quo iam homo peruenit ad finem vitae, ita vt paulo post necessario futura sit mors inuitabili necessitate secundum legem ordinariam. Et iuxta hunc modum facillime respondetur ad difficultatem positam, effectum quidem non dari nisi in instanti consummati operis; non oportet tamen, vt physice ac formaliter totum opus transactum sit, sed satis esse, vt ad statum illum perueniat, in quo censetur moraliter consummatum, ac propterea, licet illud instans sit extrinsecum toti mutationi praecedenti, simpliciter tamen dici potest intrinsecum tali operationi.

Et hinc obiter explicari potest in alio speciali exemplo quodnam sit tempus lucrandi, seu obtinendi effectum indulgentiae: solet enim aliquando concedi indulgentia plenaria omnibus, qui in aliqua religione moriuntur. Vnde statim oritur difficultas, quod sit instans, in quo effectus talis indulgentiae comparatur. Duobus autem modis potest iuxta dicta designari. Primus est, quod illud instans sit primum non esse hominis, quia illud solum est verum

Fr. Suarez. rom. 4.

A instans mortis, in quo primum verum est dicere, hominem mortuum esse. Et hic modus est probabilis in hoc effectus, quannis de baptismo, & de martyrio aliter censuerimus. Et ratio differentiae est, quia effectus indulgentiae potest optime fieri in anima a corpore separata, non vero remissio culpae mortalis, aut infusio primae gratiae, quae interdum ratione sacramenti baptismi, vel martyrij datur. Aliiter vero dici potest, mortem censeri completam in ordine ad effectum talis indulgentiae in aliquo instanti, ante primum non esse hominis tam propinquo illi, vt iam sit naturaliter mors inuitabilis, statimque futura fit, sicut de martyro dicebamus. Estque etiam hic modus probabilis: quid autem in re verum sit, incertum est.

Discrimen inter effectum indulgentiae, & baptismi, aut martyrij.

An impediat effectum indulgentiae propter defectum gratiae, recedente fictione recuperetur.

Vlterius vero inquirendum superest, si contingat in eo instanti impediri effectum indulgentiae propter defectum gratiae, an postea comparata gratia & ablato impedimento, seu fictione, recuperetur, seu conferatur effectus, ad eum modum quo de baptismo, & aliis sacramentis tractari solet. Videtur enim, sicut hoc affirmatur de sacramentis, ita posse de indulgentiis doceri; quia sicut sacramenta conferunt suos effectus ex opere operato, ita etiam suo modo indulgentia. Vnde, sicut per receptionem sacramenti, etiam indignam, manet effectus applicatus in acceptatione diuina, ita vt ablata fictione statim conferatur; quia sacramentum non est opus hominis recipientis illud, sed Dei conferentis per ministrum suum, ideoque non amittit suum valorem propter indignitatem suscipientis: ita per indulgentiam applicatur effectus, quasi ex opere operato, estque etiam opus Dei, potius quam hominis, cui confertur: ergo, etiam si ille sit indignus, indulgentia non amittit suum valorem, & efficaciam: manet ergo effectus eius in acceptatione Dei, ita vt ablato impedimento, statim conferatur. Atque hanc sententiam videtur tenere Palud. in 4. dist. 20. quaest. 4. art. 3. circa 1. conclusionem.

12 Ratio dubitandi.

Palud.

Possumus autem tractare vel de potestate, vel de facto, id est, an sit in Ecclesia potestas ad concedendam indulgentiam in praedicto sensu, & an de facto indulgentia ita conferatur. Et quidem, quod de facto, non omnes indulgentiae in eo sensu dantur, indubitatum est apud omnes, quia in forma earum saepe declaratur solum concedi hominibus confisus, vel contritis indulgentia autem non operatur ultra intentionem concedentis, quae per verba exprimitur: ergo omnes indulgentiae sub hac forma concessae nihil operantur in his, qui sunt in peccato, quia illi non sunt contriti. Nec potest dici, huiusmodi concessionem, vt pote fauorabilem, extendendam esse ad eos, qui sunt, vel postea fuerint contriti: hic enim ampliandi modus est ultra vim, & proprietatem verborum, nullumque fundamentum habet, ideoque probabilis non est. Praefertim, quia ex vi illius formae contritio, vel confessio est vna ex conditionibus requisitis ad lucrandam indulgentiam: vt autem indulgentia habeat effectum, necesse est praescriptam conditionem implere intra tempus in ipsa confessione praefinitum: igitur quoties indulgentia sub hac forma conceditur nihil postea operatur, quantumuis homo conteratur: ergo indulgentia non solum per se habet effectum recedente fictione.

13 De facto non omnes indulgentiae habent effectum recedente fictione.

Quod vero aliquando illud habeat, suadet Paludanus, quia indulgentia interdum conceditur sub hac forma, contritis, vel confisus, vel qui intra mensem, vel annum fuerint confisus. quae verba ipse intelligit de confessione vel in re, vel in voto. Vnde colligit, satis esse

14 An de facto aliquando in habeat.

LII esse

esse post mepsum, vel annum contritionem habere ad fructum illius indulgentie obtinendum, atque ita per confessionem postea subsequutam recuperari fructum indulgentie, qui prius fuerat impeditus. Vnde aperte supponit esse in Ecclesia potestate ad concedendam indulgentiam ea intentione, & efficacia, vt consequatur effectum recedente fictione. veruntamen ex forma illa non recte colligitur id, quod Paludan. intendit: quando enim indulgentia conceditur ei, qui post mensem confessus fuerit, immerito id declaratur de confessione in voto: nam verba in rigore, & proprietate potius requirunt confessionem actualem. Sicut quando indulgentia conceditur ei, qui visitauerit, verbi gratia, templum aliquod & tuc, vel post mensem fecerit elemosynam, aperte intelligitur de elemosyna facienda in re: id ergo est de confessione. Quocirca quamuis ad talem indulgentiam obtinendam non sit necessaria actualis confessio statim facta, necessarium saltem est propositum confitendi post mensem, quod propositum simul cum contritione habendum est. Neque sufficiet propositum habendi contritionem post mensem, vel ante, nunquam enim indulgentia sub tali forma conceditur, ita vt ex vi illius liceat differre contritionem, sufficiatque propositum eius ad indulgentiam lucrandam: imo semper contritio praequiritur, & ad summum dilatio confessionis promittitur, ergo, quantum attinet ad quaestionem de facto, nunquam videtur indulgentia habere effectum recedente fictione, si illum non habuit tempore prescripto.

*Negative resoluatur.*

15. *Non esse in Ecclesia potestatem ad indulgentiam concedendam quae recedente confessione conferat effectum iuxta Caietan.*  
Suaesatur.

Atque hinc ulterius colligimus, non esse in Ecclesia potestatem ad concedendam indulgentiam, quae hoc modo conferat effectum. Quod videtur sensisse Caietanus in priori tractatu de indulgentiis cap. 9. & in posteriori quaestione 21. Et primo probari potest ex vltimo, quia si hoc caderet sub potestate Pontificum, verisimile est aliquem ipsorum fuisse aliquando vsurum tali potestate, & talem vsurum fuisse aliquando futurum in vtilitatem Ecclesiae, & aedificationem fidelium: ergo ex ipso non vsu perpetuo recte colligimus vsurum illum non pertinere ad aedificationem, & consequenter non cadere sub potestate Ecclesiae. Secundo, quia non omnia sacramenta conferunt suum effectum recedente fictione, sed solum baptismus, vel ad summum illa, quae sub aliqua ratione non iterantur: ergo multo minus necessarium fuit, quod per indulgentias dari posset effectus recedente fictione. Patet consequentia, quia, & sunt in Ecclesia plures alij modi obtinendi remissionem illam, quae futura erat effectus indulgentiae, & indulgentiae ipsae iterabiles sunt. Vnde proprietates hae conferendi effectum recedente fictione, non consequuntur ad efficaciam ex opere operato, vt in obiectione in contrarium sumebatur, sed, vel est specialis alicuius sacramenti, vel ad summum tributa est illi rei, seu causae, quae semel tantum applicatur. Tertio declaratur in hunc modum: nam indulgentia tunc habet suum effectum, quando thesaurus Ecclesiae applicatur ab habente potestatem, vt ex supra dictis constat: quia & hic effectus non fit sine applicatione thesauri, & haec applicatio solum fit iuxta intentionem habentis clauem, & consequenter pro illo tantum tempore, pro quo ille applicat thesaurum. Igitur vel praelatus applicat thesaurum homini pro eo tempore quo est in gratia, vel pro eo quo gratia caret: si primum, statim applicatio habebit effectum in homine existente in gratia, in eo vero, qui caret illa, nunquam habebit, quia ad illum non dirigitur intentio, & applicatio. Si autem dicatur posterius, talis intentio est irrationalis, & contrarium ius: quia talis homo incapax est effectus indulgentiae.

16. *Replica.*

Responderi potest, applicationem thesauri fieri posse homini nondum contrito, non vt in illo sta-

tim operetur, quod repugnat iuri diuino. sed vt pro illo statim acceptetur, vt in illo effectum habeat cum primum fuerit contritus, quod non repugnat iuri diuino: hoc autem ipsum est habere effectum recedente fictione: ergo potestas concedendi indulgentiam hoc modo non repugnat diuino iuri; vnde non est cur Pontifici Summo denegetur. Sed contra, quia licet admittamus talem modum concedendi indulgentiam non repugnare, quantum ad rem in intentionem, tamen nec per illa verba conuenienter exprimitur, neque tunc datur effectus recedente fictione, sed completa integre conditione, ad indulgentiam requisita. Declaratur nam, si concessio fiat in forma superius posita, extendendo illam ad contritionem, verbi gratia, quicumque hoc fecerit, & fuerit contritus, vel infra tale tempus contritionem habuerit, talem indulgentiam consequetur, tunc indulgentia re vera non obtinetur; donec contritio habeatur: quia conditio integra, sub qua indulgentia promittitur, non est antea completa, vt autem infra dicam, ad lucrandam indulgentiam non satis est partem postulatam conditionis implere, vel si duo opera requirantur, non satis est vnum facere. Sicut in eodem exemplo, si quis prius haberet contritionem de peccatis, nihilominus non lucraretur indulgentiam donec aliud opus postularum faceret. Igitur in eo casu non conferitur effectus indulgentiae propter ablatam fictionem, sed propter completam conditionem.

Dices, contritionem tunc non requiri vt opus necessarium ad consequendam indulgentiam, sed solum vt conditionem remouentem impedimentum: cuius signum est, quia si quis non habeat conscientiam peccati mortalis, consequetur indulgentiam sine actu contritionis: Item, quia contritio est actus mere internus: opus autem requisitum ad indulgentiam solum est externum. Sed hoc posterius nihil obicit: nam, vt infra dicam, etiam interior actus potest requiri, vt conditio necessaria ad effectum indulgentiae consequendum. Ad priorem vero partem respondemus imprimis, contritionem postulari vt conditionem necessariam, non omnibus, sed illis, qui habent conscientiam peccati mortalis. Deinde, siue contritio appelletur necessaria dispositio, siue conditio necessaria ad effectum, parum refert, nam certum est, ex vi talis formae, vel concessionis indulgentiae applicationem thesauri non fieri nisi pro eo tempore, pro quo homo est contritus, ergo quod tunc datur effectus, & non antea, est potius ex vi & forma ipsius concessionis, quam ex eo quod datur effectus recedente fictione. Cuius signum est, qui si in ipsa concessionem limitetur tempus, in quo habenda est contritio, & intra illud homo non contreratur, quantumuis postea tollatur fictio, non obtinebitur effectus indulgentiae: ergo signum est, quando datur effectus tempore quo habetur contritio, id non esse propter ablatam fictionem, sed propter specialem concessionem & modum indulgentiae: nam si effectus daretur propter solam ablationem impedimenti, quocumque tempore vitae impedimentum auferretur, daretur effectus, sicut fit in sacramentis, quae habent effectum recedente fictione.

Vnde in hoc est differentia inter sacramentum & indulgentiam, quod sacramentum vere perficitur & applicatur homini, absque effectu propter fictionem; quae postea ablata, datur effectus propter sacramentum prius applicatum: indulgentia vero reuera in se non perficitur, neque applicatur quamdiu est fictio, quia nec conditio ad illam requisita impleta est, nec etiam est facta applicatio thesauri, donec contritio habeatur, iuxta formam concessionis. Quod si in ipsa concessionem nulla fiat mentio contritionis, aut status gratiae, vt saepe contingit, sed simpliciter dicatur, recitans hoc vel illud, tale indulgentiam consequatur, si statim non consequitur effectum propter

*Dicitur.*

17. *Obicitur.*

*Soluatur.*

*Differunt inter se sacramentum & indulgentiam.*

*Et generat.*

propter fictionem, nunquam postea recuperabit illud, quia forma concessionis ad hoc non extenditur, & applicatio thesauri impedita fuit pro eo tempore pro quo facienda fuisset ex intentione concedentis, & ideo non est vlla ratio, cur postea redeat. Vnde non solum impeditur per fictionem applicatio, quoad effectum ad extra, sed etiam quoad acceptationem Dei, quia dispensatio thesauri absolute & simpliciter fit intra illud tempus: & quia ille, qui in peccato existit, per se loquendo, indignus est omni applicatione illius effectus, etiam in acceptatione diuina. Et quod aliquando aliquid simile fiat in sacramento, est aut propter specialem dignitatem sacramentorum, aut ex speciali priuilegio, propter aliquam peculiarem causam, quæ in indulgentiis locum non habet, vt declaratum est.

19. *Obiect. alia.* Sed dicit tandem aliquis, si Papa expresse concedat indulgentiam facienti tale opus, ita vt illam consequatur, vel si tunc fuerit in gratia, vel cum primùm se in eo statu constituerit, tunc statim acceptari applicationem pro eo tempore, quo ablata fuerit fictio. Cuius signum esse potest, quia postquam quis perfecit opus ad talem indulgentiam postulatam, non potest à Pontifice reuocari indulgentia, nec impediri quo minus habeat effectum statim achomo contritus sit. Respondeo, eandem difficultatem habere locum, quando indulgentia conceditur facienti duo vel tria pia opera, an scilicet, re inchoata, & post perfectum vnum, vel aliud opus illorum, possit indulgentia reuocari: de qua re infra dicam. Potest ergo negari assumptum, vel, si illud concedatur, negandum est id esse propter specialem acceptationem, sed quia iam est quodammodo ius acquisitum per inchoatam diligentiam ad effectum indulgentiæ necessariam.

SECTIO III.

An ad indulgentiam effectum sit necessaria confessio.

7. *Confessio per se non est necessaria dispositio.* Hæc quæstio annexa est præcedenti, & ideo facile hic expediri potest. Distinguedum est enim de confessione, quatenus necessaria est ad gratiam, vel quatenus est pium quoddam opus, quod postulari potest ad effectum indulgentiæ. Priori modo certum est, confessionem re ipsa exhibitam non esse necessariam ad indulgentiam seu eius effectum consequendum. Probatur, quia non est necessaria ad gratiam, & remissionem culpæ obtinendam: sed ad lucrandam indulgentiam sufficit status gratiæ, per quem iam est culpa remissa, & peccator factus est capax remissionis pœnæ: ergo ex vi indulgentiæ vt sic, non est necessaria confessio ad effectum. Et confirmatur ex vsu, quia sæpissime conceduntur indulgentiæ omnibus vere contritis, & interdum expresse sub disunctione dicitur, *Contritus, vel confessus*, ergo signum est per se & ex vi dispositionis sufficere contritionem, quæ votum confessionis includat. Ex quo infero, quod tunc in forma indulgentiæ nihil de confessione, vel contritione exprimitur, sed simpliciter conceditur omnibus ieiunantibus, vel orantibus; tunc non esse necessariam confessionem ad effectum indulgentiæ, sed sufficere statum gratiæ, quacunque ratione comparetur. Probatur, quia tunc non requiritur confessio per se, & ex vi indulgentiæ, vt sic, neque etiam requiritur ex vi talis formæ: ergo nulla ratio est necessaria: sufficit ergo status gratiæ, siue per contritionem veram, siue per attritionem cum quocunque alio sacramento obtentus sit.

Non est necessaria confessio, ubi in forma indulgentiæ non postularur.

2. *Extrau. vniuersus obligatur.*

Sed obijci potest, quia in Extrauag. *Vniuersus*, de Pœnit. & remiss. ait Clemens VI. Petro esse relictam potestatem dispensandi thesaurum, illumque miserere. Fr. Suarez. tom. 4.

A corditer applicandi vere penitentibus, & confessis: ergo non est in Ecclesia potestas applicandi thesaurum per indulgentiam, nisi illis tantum, qui fuerint sua peccata confessi. Nec dici potest, Pontificem affirmare vnum, quod certissimum est, non vero excludere aliud: nam Pontifex integram & plenam doctrinam eo loco tradit, vnde exprimendo vnum, aliud tacite excludit, & coniungendo copulatiue illas duas condiciones, indicat esse necessarias in subiecto, cui danda est indulgentia. Vnde in Conc. Constant. sess. vltima, suspectis de hæresi solum dicitur esse interrogandum, *virum credat quod Papa omnibus Christianis vere contritis, & confessis ex causa pia & iusta possit concedere indulgentias.* Ratione confirmari hoc potest, quia per indulgentiam remittitur pœna in foro Ecclesiæ, ideoque solet dici pertinere ad forum penitentiale: ergo non potest concedi nisi illis, quibus in eodem foro Ecclesiæ remissa est culpa.

Ad priorem partem responsio data probabilis est, quia ibi Pontifex non per se tradit doctrinam ad hunc articulum pertinentem, sed obiter id attingit, & ideo exprimere potuit id, quod certius est, vel quod per se requiritur ad remissionem culpæ, etiam si ex accidenti possit interdum aliter fieri. Quia vero æque certum existimo, posse Pontificem concedere indulgentiam contritis nondum actu confessis, ideo magis placet expositio in superioribus insinuatæ, scilicet, Pontificem per homines contritos & confessos nihil aliud significare, quam homines in gratia constitutos, qui veniam suarum culparum consecuti sunt. Nam, licet hæc venia possit interdum obtineri per solam contritionem, tamen quia nomen contritionis, aut vere penitentia interdum generalius sumitur prout extenditur ad attritionem, ideo contritioni adiungitur confessio, solum tamen exigitur quatenus necessaria esse potest ad remissionem culpæ mortalis, vel in re ipsa, si contritio fuerit imperfecta, vel in voto, si illa perfecta fuerit. Sicut e contrario, contritio in tantum postulat, in quantum necessaria esse potest ad talem effectum, scilicet, vel perfecta, si sola fuerit, vel saltem imperfecta, si coniuncta fuerit sacramento. Ad rationem responderetur, licet forum indulgentiæ sit forum Ecclesiæ, esse tamen longe diuersum à foro sacramentali, & ideo non esse per se ordinata: nam forum indulgentiæ est quasi forum gratiæ; forum autem sacramentale est forum iustitiæ: & ideo remissio pœnæ, vel satisfactio, quæ in confessione imponitur, prærequirit cognitionem culpæ, quæ per confessionem datur: remissio autem, quæ per indulgentiam conceditur, non requirit culpæ cognitionem, & ideo neque confessio est ad illam, per se loquendo, necessaria, vt recte docuit Caietanus dicto tractatu de Indulgentiis ad Iulium capite vltimo, estque communis sententia Doctorum, quos statim referemus.

Ad Extrau. respondetur.

Rationi satisficit.

Confessio potest requiri in forma indulgentiæ, vt conditio necessaria ad eius effectum.

B Circa posteriorem modum, vnum est etiam constans apud omnes, nimirum posse Pontificem postulare actualem confessionem, vt conditionem necessario præmittendam ad lucrandam indulgentiam. Quod patet, tum ex vsu: tum etiam, quia Papa potest exigere alia opera pietatis, & vsum sacramenti Eucharistiæ, nec in sacramento confessionis est aliqua specialis repugnantia, vel ratio ob quam non possit hoc modo postulari. Solum ergo oportet attente inspicere verba concessionis, an satis expresse hanc conditionem exigant: nam est conditio valde onerosa, quæ non est imponenda, nisi sufficienter exprimatur: erit autem sufficiens expressio, si dica-

tur, *Premissa, aut facta confessione*, vel aliquid simile: A nam hæc verba iuxta communem sensum significant confessionem sacramentalem, in re ipsa factam.

An qui mortale peccatum non habet, tunc venialia confitetur. Pars affirmans sua deitur.

Dubitari verò solet, an in illo casu sit necessaria confessio etiam de solis venialibus, quando penitens non habet aliam materiam magis necessariam. Pars enim affirmans ex eo sit probabilis, quòd pontifex potest exigere opus consilij ad aliquam indulgentiam lucrandam, vt quando concedit indulgentiam plenariam facienti professionem in religione. Ergo etiam potest exigere confessionem de venialibus, quauis illa non sit in præcepto: ergo quando-  
cunque prærequirit absolute susceptionum sacramenti penitentie, necessarium est illud suscipere eo modo quo possit, iuxta necessitatem, vel capacitatem suscipientis, siue confitendo mortalia peccata, siue tantum venialia. Nihilominus oppositum communiter approbatur, ac merito: si enim in indulgentia expresse & specificè id non declaratur, quod nunquam, vel raro sit, etiam si confessio prærequiratur, intelligendum est quòd penitens habet conscientiam peccati mortalis; ita enim declarat communis Ecclesiæ sensus & vsus. Ratio verò sumitur ex differentia inter Eucharistiam, & confessionem: nam Eucharistia per se ac propter se postulatur, & ideo quando communicatio ponitur, vt necessaria conditio indulgentiæ, comprehendit omnes, etiam si peccati conscientiam non habeant: at verò confessio postulatur, vt medicina peccati certior & vtilior, ideoque quauis absolute postuletur, intelligitur supposito peccato, ad quod tollendum sit per se necessaria. Sicut enim peccatum simpliciter dictum accipitur pro mortali; ita confessio absolute postulata, intelligitur de confessione mortali, si in conscientia adsint. Denique, sicut Ecclesia non consuevit præcipere confessionem, nisi mortali: ita neque illam exigere, vt necessariam conditionem ad indulgentiam aliquam, vel fauorem concedendum.

Pars negans præfertur.

6. Num quia quando ad indulgentiam postulatur communito, confessio etiam postulari censetur.

Resolutio.

Rursus verò inquiri potest, si ad lucrandam indulgentiam requiratur communicatio, & expresse non postuletur confessio, nihilominus id satis sit, vt confessio etiam reputetur postulari ad eandem indulgentiam lucrandam. Videtur enim ex dictis sequi pars affirmans: nam, quando confessio postulatur, solum intelligitur de confessione mortali, quæ adhuc sunt in hominis conscientia: sed hoc ipso quod postulatur communicatio, requiritur etiam confessio talium peccatorum: ergo. Nihilominus dicendum est, ex vi talis confessionis non requiri actua-  
lem confessionem. Nam, licet ex vi iuris diuini præmittenda sit tunc confessio ad Eucharistiam dignè sumendam; tamen indulgentia per se ad hoc non obligat, quia in confessione non exprimitur, & verba præiudicij, sicut non plus fauoris concedunt, quàm expriment, ita neque plus oneris imponunt. Quocirca si contingat aliquem habentem conscientiam peccati mortalis dignè communicare cum sola contritione sine confessione, vel quia caret copia confessoris, vel quia ex ignorantia inuincibili aut aliqua occasione bona fide id facit, vere lucrabitur talem indulgentiam, quia implet formam eius, quam tamen non lucraretur, si in ipsa forma fuisset expressa confessio: nam, vt infra dicam, qui non implet conditionem in indulgentia postulatam, non lucratur illam, etiam si per impotentiam, vel ignorantiam tale opus omittat. Eadè vel maiori ratione, qui faceret confessionem cum aliquo defectu impediente valorem, seu veritatem sacramenti, sine noua culpa sua seu aduertentia, & postea bona fide accederet ad communionem, & per eam iustificaretur, conficeretur indulgentia, quia nulla conditio illi deest. At verò, si in confessione indulgentiæ expresse fuisset postulari confessio, talis homo non lucraretur

indulgentiam, quia re vera non fuit confessus, quia, vt supponitur confessio non fuit valida, sed nulla: quoties autem ad indulgentiam requiritur actualis confessio necessaria est confessio valida, ex qua verum sacramentum perficiatur, quia nomine confessionis tantum sacramentum significatur, & quia confessio inuvalida, est impertinens, & nulla. Non est autem idem de confessione informi, si alioqui valida sit. nam cum illa sit vera confessio, sufficit ad hunc effectum, dummodo postea, eo nimirum tempore, quo effectus indulgentiæ obtinendus est, homo iam sit gratiam consecutus, vel per contritionem, vel per aliud sacramentum.

Hic verò potest obiter interrogari, si ad Iubilæum, verbi gratia, obtinendum requiratur confessio, & Dubium proprium homo intra tempus præscriptum semel confiteatur post ea verò ante illud momentum, in quo fructus indulgentiæ obtinendus est, iterum peccet mortaliter, an necessarium illi sit iterum confiteri, vel sufficiat conteri de tali peccato. Videtur enim contritio sufficere, quia per confessionem semel factam impleta est conditio in forma Iubilæi postulari. Nihilominus oppositum censeo probabilius: quia ex vi illius formæ requiritur confessio omnium mortalium, quæ vsque ad tempus indulgentiæ commissæ sunt, nam talis confessio refertur ad indulgentiam, & ideo comprehendit totum tempus vsque ad prædictum terminum, & consequenter omnia etiam peccata intra illud tempus commissa: non ergo sufficit prior confessio, quia non fuit de omnibus peccatis modo explicato. Vnde, licet per vnã confessionem possit satisfieri tali Iubilæo, non tamen per quamcunque, sed per eam, quæ fuerit integra modo prædicto. Ex quo infero, si quis confiteatur occasione talis Iubilæi, & bona fide obliuiscatur aliquis peccati, postea verò recordetur illius ante Iubilæi tempus, necessarium illi esse intra illud tempus tale peccatum confiteri, alioqui fructum Iubilæi non consequetur. Ratio est iam tacta, quia ex vi talis formæ necessaria est confessio tali peccato-  
rum.

Item hinc inferunt aliqui, quod si in eo casu peccatum sit simpliciter oblitum, ita vt toto illo tempore non possit de illo fieri confessio, non poterit quis talem indulgentiam lucrari: quia absolute non implet formam in Iubilæo requisitam, & non satis est implere partem, vt infra dicam. Quod sentit Gerson in secunda parte suorum operum, Alphabet. 33. liter. R. maxime quando indulgentia conceditur de omnibus peccatis confessio. Tunc verò ait obliuionem impedire effectum indulgentiæ solum quoad peccata in confessione omiſsa, non verò quoad alia. Idemque sentit Adrianus in quart. mater. de indulgentiis, quod extendit etiam ad peccata venialia in confessione omiſsa, quando forma confessionis sit sub prædictis verbis. Sed de hoc vltimo puncto diximus in superioribus, non enim pertinet ad dispositionem necessariam ex parte lucrantis indulgentiam, sed ad limitationem indulgentiæ, ex intentione concedentis in verbis expressa.

Quod verò ad prius punctum attinet, non existimo veram illam sententiam, etiam si expresse requiratur confessio omnium peccatorum. Nam in primis, non requiritur confessio venialium, vt rectè docuit Antoninus 1. p. tit. 10. cap. 3. §. 10. & Nauarr. cum aliis in Comment. de Iubilæo, notab. 18. n. 17. & Nauarr. 30. num. 6. Quia, sicut confessio simpliciter dicta intelligitur de confessione mortali, ita, si addatur confessio omnium peccatorum, comprehenduntur tantum mortalia peccata, quæ sunt simpliciter peccata. Item, quia confiteri omnia peccata venialia in particulari & in specie, est ferè impossibile, confiteri autem illa tantum in vniuersali, est valde accidentarium: non est ergo verisimile aliquorū

Dubium proprium

Resolutio

Resolutio

Resolutio

Gerson

Adrianus

Impertinens

Antoninus

Nauarrus

Forum

Corduba distinctione notur.

horum exigi à Pontifice. Neque oportet distinguere inter peccata grauiora, aut leuiora in tra latitudinem venialium, quod fecit Corduba q. 28. quia etiam illa distinctio nullum fundamentum habet in verbis Pontificis, quæ vniuersalia sunt, & aliunde non potest sufficienter probari necessitas confitendi aliquod peccatum veniale, etiam si in suo ordine graue sit. Vnde licet voluntarie omittatur, non impedit effectum indulgentiæ. In mortalibus autem quauis voluntaria omisio illum impediatur, tamen, si ex naturali obliuione, vel alia iusta causa omittatur, nõ credo impedire: tum, quia intentio Pontificis solum est postulare confessionem integram humano & morali modo: tum quia peccata oblita virtute & implicite sunt contenta in peccatis confessis, vt Concilium Tridentinum dixit. Quapropter, etiam in superiori casu de peccato mortali commissio intra tempus iubilæi post priorem confessionem in eodem tempore factam, existimo, si tale peccatum ita sit occultum, vt ipsemet homo illud non aduertat, neque omnino illius recordetur, vt illud confiteatur, illud non impedire indulgentiam, si alioqui saltem per generalem contritionem tollatur, quia illud se habet sicut peccatum oblitum, ideoque per priorem confessionem sufficienter est impleta conditio ad indulgentiam necessaria.

Num, quando indulgentia conceditur sub hac forma, vere penitentibus, & confessis actualis confessio præmittenda sit.

**D**enique, circa hanc partem est vulgare dubium, an ex vi cuiusdam formæ consuetæ iubilæi, vel indulgentiæ, scilicet, Concedimus omnibus vere penitentibus, & confessis, &c. necessarium sit præmittenda actualis confessio ad indulgentiam lucrandam. Habetur autem illa forma sæpè in iure in Extrauagant. de Pœnit. & remiss. & in Clement. vnic. de Reliq. & venerat. sanct. & in Concilio Lateran. sub Innocentio III. de decreto vlt. & nunc etiam aliquando est in vsu, quauis interdum prætermittatur. Multi ergo censent ex vi illorum verborum necessario esse præmittendam confessionem, vt possit effectus obtineri. Ita Durandus in 4. dist. 20. questione quarta, Adrianus in 4. materia de Indulgentiis, idem sentit Caietanus dist. Opusc. cap. 20. & potest sumi ex Syluest. verb. Indulgentia, questione octaua, dicto quarto. Ratio, quia verba illa requirunt confessionem, præter pœnitentiam: vnde videntur necessario intelligenda de confessione externa, & in re ipsa: at vero indulgentiæ non plus valent, quam fontant. Addunt tamen aliqui, non semper esse necessarium eo tempore confessionem præmittere, cum indulgentia obrinenda est, sed satis esse si debito tempore anni facta fuerit confessio, quod si post illam commissum fuerit peccatum mortale, sufficere contritionem cum proposito confitendi illud tempore debito. Ita sentit D. Antonin. 1. part. tit. 10. capit. 2. §. quinto, & Supplem. Gabriel. in 4. distinct. 45. questione tertia, articulo tertio, dub. 1. Fundamentum est, quia in illis verbis non dicitur expresse, vt tunc fiat confessio, sed solum generatim conceditur hominibus iam confessis: ergo sufficienter verificantur in illis hominibus, qui secundum ius confessi sunt quâdo tenentur, quia verba generalia cuiuscumque priuilegij secundum ius interpretanda sunt.

Opinia affirmans.

Durand. Adrian. Caiet. Syluest.

Limitatio superioris opinionis.

Anton. Sup. Gab.

Obiect. 1. Caietani contra præcedentem opinionem solutio.

**A** pœnitentiam, saltem propter statim gratiæ recuperandum; ideoque licet vtrumque verbum in eadem forma ponatur, non esse eandem vtriusque vim & necessitatem. Obiicit secundo, quia inde sequitur, non posse aliquem talem indulgentiam lucrari, si tempore debito, scilicet quadragesimæ, non est confessus omnibus annis præteritis, quod est plane absurdum. Responderi vero potest negando sequelam quia si quis sit confessus, vel in proxima quadragesima præterita, vel eo tempore, quo lucratus est indulgentiam, vere ac proprie dicitur confessus tempore debito: nam, licet fortasse aliquando non sit confessus tempore lege præscripto, per subsequentem confessionem satisfacit suæ obligationi: quia iam expleuit totam obligationem suam, & hoc solum postulat ex vi illorum verborum. Nihilominus tamen hæc sententia mihi non placet: quia intentio Pontificis, concedentis talem indulgentiam, non fuit exigere ab homine obseruantiam præcepti de quadragesimali confessione, sed opus, vel dispositionem necessariam ad præsentem indulgentiam, quam postulat respectu omnium præcedentium peccatorum, siue tempore quadragesimæ, siue quocunque alio debita pœnitentia facta fuerit: vnde ex vi illorum verborum solum requiritur homo contritus & confessus de omnibus peccatis mortalibus prius commissis; ideoque si verba illa intelliguntur de confessione sacramentali re ipsa exhibita, multo melius loquuntur priores auctores.

Obiect.

Enodatur.

Præcedens opinio improbat.

12 Tertia opinio.

Palud. Gerson. Gloss. Cardinal. 10. And. Abb. Felan.

Nauarr.

**A**lij vero non putant: ex vi illorum verborum requiri semper confessionem sacramentalem in re, sed tunc solum quando interior pœnitentia, quauis vera sit, non tamen perfecta, seu gradum contritionis attingens, nam quâdo huiusmodi fuerit, sufficiet confessio in voto. Ita sentiunt Palud. in 4. d. 20. q. 4. art. 3. & Gerson Alpher. 3. lit. R. & idem sentiunt Canonistæ cum Glossa in Clem. vnic. de Reliq. & veneratione Sancto. vbi Cardinalis ita illam interpretatur. Idem sentit Ioannes Andreas in cap. Quod autem, de Pœnitent. & remiss. & Abbas in cap. Omnis vtriusque sexus, eod. titul. & late Felinus in tractatu de Indulgentiis, numero vigesimo quinto, & sequentibus: quauis enim in principio videatur sententiam supra citatam indicare; tamen si consideretur attentius, hanc potius sententiam sequitur. Quam Nauarrus in Commentar. de iubilæo, notab. 18. prius impugnat; postea vero multa dicit, quæ illam supponunt, ac denique mediam quandam sententiam indicat: Nam si quis (inquit) aut confiteri non possit, aut bona fide ob probabilem ignorantiam confessionem omittat, nihilominus, si contritus sit, indulgentiam consequetur; seculus vero erit, si voluntarie, & absque alia rationabili causa, confessionem omitteret; quia hæc videtur esse Pontificis intentio. Sed hæc distinctio non videtur mihi conuenienter adhibita, quia non potest recte fundari, si consequenter loquamur. Aut enim Pontifex, ex vi illorum verborum requirit actualem confessionem, vt conditionem necessariam ad indulgentiam consequendam, vel non: Primum, ergo etiam si propter impotentiam, vel ignorantiam inculpabiliter omittatur, fructus indulgentiæ amittetur, quia concessio fuit conditionata, & ideo non impleta conditione, nihil operatur, vt de quolibet alio opere dicimus sectione sequente: si vero dicatur secundum, ergo quauis voluntarie omittatur confessio, poterit indulgentiæ fructus comparari: quia nullo titulo erit prærequisita ex necessitate actualis confessio, si alioqui impedimentum peccati per contritionem auferatur, & confessio ipsa in voto habeatur.

**Q**uapropter sententia hæc vltima mihi valde probabilius videtur, quauis opposita securior sit: propter quod consilendum semper erit, vt quoties romana indulgentiæ, seu iubilæi huiusmodi fuerit actualis

13 Tertia opinio præferenda.

Confessio praenittatur, si fieri possit, ut omne dubium tollatur: si tamen de facto ommissa fuerit, puto contritionem sufficere. Quod maxime certum videtur quando bona fide, seu inuoluntariè confessio omititur: inde tamen probabile sit argumentum, idem semper esse dicendum ut contra Nauarrum obiectum est. Deinde est optima ratio: quia Pontifex per illa verba non intendit exigere confessionem, ut speciale opus necessarium ad indulgentiam consequendam, sicut exigit elemosynam, ieiunium, vel aliquid simile, sed solum, ut aliquis sit capax effectus indulgentiæ, addit illa verba *contritus & confessus*, igitur solum requirit confessionem, quatenus necessaria est ad tollendum obicem, seu ad debitam dispositionem indulgentiæ: quam dictis verbis explicat, propter rationem superius datam, exponendo Extravagantem, *Vniuersus*, De Poenitent. & remission. Ex cuius expositione potest præfens sententia confirmari: quia per illam ita conceduntur indulgentiæ *contritus & confessus*, sicut Pontificia potestas extenditur ad dispensandum thesaurum Ecclesiæ hominibus *contritus & confessus*, quia eodem modo in vtroq; casu loquitur, sed Pontifex ita potest dispensare thesaurum *contritus & confessus*, ut non semper requirat vtramq; simul conditionem, sed solum quatenus vel vtraque, vel altera esse potest necessaria ad statum gratiæ obtinendum, iuxta explicationem superius datam ergo idem dicendum est in præfenti.

Ratione probatur.

14. *Triplex* intelligitur *se paritula* *contritus & confessus*.

Potest dicta expositio in hunc modum declarari quia illa verba, *vere poenitentibus & confessis*, seu *contritus & confessus*, aut intelliguntur de contritione vera & perfecta, aut de imperfecta, aut generatim: primo modo optime intelliguntur illa verba diuinae distributiue, id est, tam *contritus*, quam *confessus*, non enim videtur posse commode intelligi coniunctiue, alioqui semper cum confessione esset necessaria contritio perfecta, quod dici non potest: si vero eligatur secundus modus, tunc mirum non est requiri confessionem actualem: quia talis poenitentia per se non sufficit ad statum gratiæ; clarum est autem non posse excludi contritionem perfectam: & ideo probabilius est tertio modo accipi contritionem: & tunc recte exponitur addi confessionem, non quia semper requiratur, sed quatenus necessaria esse potest ad statum iustificationis obtinendum. Denique expositio hæc nullam vim verbis infert, estq; fauorabilis: ergo in gratia, & fauore explicando non immerito præferri potest: atque ita satisfactum est ad difficultatem in contrarium.

*An status gratiæ requiratur ad alios fauores, qui cum indulgentia aliquando conceduntur.*

35

Rationes dubitandi.

Vltimo circa hanc sectionem dubitari potest, an status gratiæ sit necessarius non solum ad proprium effectum indulgentiæ, sed etiam ad alios fauores obtinendos, qui cum indulgentia, & propter indulgentiam concedi solent, ut sunt absolutio à casibus reseruat, dispensationes votorum, & similia. Videtur enim vera pars affirmatiua: quia accessorium sequitur principale, hic autem principale est ipsa indulgentia, propter quam alia conceduntur, & ideo si illa non habet effectum, cætera eriam rudent. In contrarium vero est, quia ratio, ob quam gratia requiritur ad remissionem poenæ, non habet locum in aliis fauoribus, ut per se constat. Circa hoc breuiter aduertendum est, huiusmodi gratias & fauores non solent adiungi cum indulgentia, nisi ubi confessio postulat tanquam necessaria conditio: quia vel propter confessionem, vel mediante confessore conceduntur. Vnde in his indul-

gentiis, quæ generaliter omnibus fidelibus conceduntur, vniuersaliter verum est, nullum effectum, vel fauorem conferre illis qui sunt extra statum gratiæ.

At vero ubi confessio requiritur tanquam conditio necessaria distinguere oportet; nam si nulla confessio fiat, ut talis, quæ ad verum sacramentum non sufficiat, tunc neque indulgentia, neque aliquis eius fauor obtinetur, non tam propter gratiæ defectum, quam propter conditionem necessariam non impletam: nam sicut indulgentia sub tali conditione conceditur, ita etiam omnis fauor illi adiungitur. At vero si confessio valida facta est, regulariter secum affert gratiam, & ita cessat questio: si vero contingat talem confessionem esse informem (ut interdum potest) licet propter obicem peccati proprius effectus indulgentiæ impediatur; alij tamen fauores tali homini concessi, rati sunt & validi. Ratio est, quia per talem confessionem impletur conditio à Pontifice requisita, ut ex supra dictis patet: ergo sufficit ut illa confessio habeat effectum in omnibus, in quibus homo non ponit obicem: peccatum autem habituale licet impediatur remissionem poenæ, non vero alios effectus, verbi gratia, dispensationem in voto, ut per se constat, aut absolutionem à casibus reseruat, quæ valida esse potuit, quandoquidem sacramentum fuit validum. Denique, si consistit bona fide, semper bona fide procedit: ergo verisimile est intentionem Pontificis esse, ei omnia concedere, quæ ex natura rei, vel diuino iure, non repugnant.

### SECTIO III.

*Verum actualis dispositio necessaria sit ad effectum indulgentiæ consequendum.*

Solent indulgentiæ iuxta communem Ecclesiæ usum concedi, hoc vel illud opus virtuosum facientibus, quod opus in præfenti vocamus dispositionem actualem ad effectum indulgentiæ: soletq; ab alijs appellari causa pia ob quam indulgentia conceditur. Quæ duobus modis intelligi potest necessaria ad prædictum effectum. Primo absolute & simpliciter, secundo ex suppositione talis formæ concedendi indulgentiam, & de vtroque modo necessitatis dicendum est.

Primo ergo inquiri hic potest, an sit de necessitate indulgentiæ, ut exigatur aliquod pium opus ad effectum eius obtinendum, ita ut non possit Pontifex alio modo hic indulgentiam concedere. Pars enim affirmans videtur suaderi ex vñi Ecclesiæ: nunquam enim vidimus, aut legimus Pontifices alio modo concessisse indulgentias: ergo signum est hoc esse de substantia indulgentiæ, ut sic dicam. Ratione confirmatur, quia de necessitate indulgentiæ est, ut ex aliqua iusta causa concedatur: non potest autem intercedere iusta causa respectu eius cui conceditur indulgentia, nisi per aliquod pium opus ipse concurrat ad indulgentiæ effectum: ergo. Confirmatur, ac declaratur ex differentia inter indulgentiam & sacramentum, nam per vtrumque medium applicatur suo modo fructus passionis Christi: in sacramentis autem requiritur saltem susceptio sacramenti ex parte eius, cui est applicandus effectus, quæ receptio sacramenti est de se quoddam pium opus, & quædam bona dispositio eius, cui talis effectus conferendus est: & ideo, per se loquendo, non est necessaria alia dispositio ad talem effectum, præter eam, quæ ad illam receptionem sacramenti necessaria est. At vero indulgentia non consistit in receptione aliqua seu passione, vel actione intrinseca, sed in absolutione, quæ fit ab eo, qui potestatem habet: ergo necessario postulat aliquam dispositionem.

14. *Dubium*

14. *Postquam* *hæc* *dispositio* *indulgentiam* *ob-* *tinendi,* *non* *requiritur* *al-* *iquid* *pium* *opus.* *Pars* *negat* *suadet.*

intrinsicam (vt loquimur) recipientis. Tandem cõfirmatur: quia alioqui posset Pontifex pro suo arbitrio cuiusq; homini remittere omnem penam illo nihil cooperante, vel etiam nihil de illo beneficio sciente aut cogitante.

*Non esse de necessitate indulgentiæ, vt sub conditione alicuius pj operis concedatur.*  
*Conclusio prima.*

Triar equi-  
vuntur ad  
indulgentiam.

Posse inter-  
venire cau-  
sam pã ab-  
que nouo  
opere ex  
parte lucra-  
tis indulgentiam variis  
demonstratur  
exempla.

**N**ihilominus dicendum primo est, non esse simpliciter & absolute de necessitate indulgentiæ, vt concedatur sub conditione alicuius operis faciendi; ad effectum indulgentiæ consequendum. Declaratur primo ex generali dogmate à Theologis recepto, tria esse necessaria, ac sufficere ad valorem & fructum indulgentiæ, scilicet potestatem in concedente, gratiam in recipiente, & pietatem, seu proportionem in causa, sed hæc tria possunt perfecte concurrere absque nouo opere, quod exigatur ab eo, cui indulgentia conceditur: ergo. Minor quoad duas priores partes per se nota est: quoad vltimã vero declaratur: quia multiplex ratio sufficiens ad indulgentiam concedendam intelligi facile potest, sine interuentu noui operis ex parte hominis lucrantis fructum indulgentiæ. Potest enim in primis indulgentia dari per modum gratitudinis propter obsequia Ecclesiæ exhibita, in quibus potest esse sufficiens ratio ad talem remissionem absolute faciendam sine impositione noui operis. Hoc enim non repugnat ex parte talis causæ piæ: quia possunt illa obsequia esse multa, & grauissima, quæ superent alia pia opera, quæ communitur postulari solent in indulgentiis. Neq; etiam repugnat ex parte effectus indulgentiæ: nam remissio penæ temporalis non requirit ex se actualem, vel internam dispositionem in recipiente, præter statum gratiæ, imo nec cognitionem, aut specialem voluntatem: nam sacrificiũ Missæ oblatum pro alio, remittit illi temporalem penam, si obicem peccati mortalis non inueniat, sine alia dispositione actuali ex parte illius. Idemq; fit in applicatione suffragiorum vnius hominis pro alio: nam illo etiam nihil cogitante, aut volente, satisfactio vnus pro altero oblata operatur in eo remissionem temporalis penæ. Cur ergo non idem fiet per indulgentias, si alioqui sufficiens causa subsit, vt per modum cuiusdam gratitudinis talis remissio fiat?

**P**otest præterea indulgentia concedi per modum medicinæ, quia nimirum is, cui conceditur, illa indiget, vt in ipam erigatur, vel vt feruētius excitetur ad Deo seruendum: sicut Paulus 2. ad Cor. 2. ait, condonandum esse alicui, ne forte abundantiori tristitia absorbeat. In hoc autem indulgentiæ genere etiam potest interuenire sufficiens causa, seu ratio remissionis absque nouo opere iniuncto, vt per se notum videtur. Rursus potest indulgentia concedi per modum cuiusdam liberalis donationis ex rationabili causa, vel occasione factæ, absque alio onere imposto, vt solent Principes in die coronationis suæ thesauros effundere, aut debita remittere: & iudices etiam seculares solent in die Natalis Domini, verbis gratiæ, ob festi celebritatem vindictos aliquos à carcere liberare: simili ergo modo posset Pontifex, vel in die coronationis sue, vel in alia simili occasione, aut solemnitate indulgentiam aliquam liberaliter concedere, nullum nouum opus iniungendo. Et fere ad hunc modum Episcopi bene dicendo, concedere solent quadraginta annos indulgentiæ his, qui præsentem adiunt, & Summus Pontifex in aliquibus festiuitatibus solennioribus, & præsertim feria quintã in Cœna Domini solet sua benedictione presentibus concedere plenariam indulgentiam. Tandem potest indulgentia liberaliter concedi alicui

propter intercessionem, seu impetrationem, alterius iusti, seu de Ecclesia bene meriti: ad eum modum, quo in superioribus ex Tertulliano, & Cypriano referebamus, vilitatum fuisse in primitiua Ecclesia remittere penas lapsis propter martyrum intercessionem, nam hoc etiam spectat ad quoddam gratitudinis & vrbauitatis genus. Possuntque hæc omnia confirmari à simili ex aliis modis, seu generibus dispensationum, seu distributionum bonorum communium. Nam dispensatio, verbi gratia, in voto, si medicinalis sit, absolute concedi potest ob fragilitatem eius, cui datur sine alia conditione, vel impositione. Item publicus thesaurus, aut bona cõmunia, quando gratitudinis ratio id postulat, recte dispensantur aliquibus, nullo speciali onere eis imposto: sicut Pontifex sæpe concedit alicui partem aliquam ex redditibus Ecclesiasticis propter officia prius exhibita, nullum nouum onus ipsi iniungendo. Ad hunc ergo modum, seruata proportione, potest indulgentiarum dispensatio iuste fieri, absque noui operis impositione.

*Iniunctionem pj operis interdum esse necessariam ad indulgentiæ valorem. Conclusio Secunda.*

**S**ecundo dicendum est, iniunctionem alicuius pj operis interdum esse necessariam vt indulgentia concedi valeat, nimirum quando causa indulgentiæ talis est, vt sine interuentu talis operis, vel non sit sufficiens, vel non possit conuenienter ad finem indulgentiæ applicari. Declaratur supponendo requiri ad indulgentiam ex parte finis aliquam piam causam proportionatam, vt infra dicemus: hæc ergo causa aliquando supponitur in re iam existens, tamen sæpe contingere potest, vt causa, quæ supponitur, per se non sufficiat, vt indulgentia simpliciter concedatur, satis sit autem vt detur sub conditione talis operis. Sicut causa, quæ interdum asseritur ad dispensandum in voto, aliquando potest esse insufficientis ad absolutam dispensationem, sufficere autem ad tollendum votum sub tali, vel tali onere: Sic igitur dicimus, iniungere aliquod opus pium interdum esse posse necessarium: quia sine illo causa indulgentiæ non esset sufficiens. Aliquando vero contingit fidem indulgentiæ pendere in futurum, vt quando conceditur indulgentia ad obrinendum à Deo aliquod beneficium, & tunc fere semper est necessarium aliquod pium opus, vt talis indulgentia possit ad huiusmodi finem applicari: non enim potest indulgentia esse utilis ad impetrandum à Deo tale beneficium; nisi ipsi fideles ratione indulgentiæ aliquam orationem fundant, vel aliquod pium opus faciant, quo Deum excitent ad id præstandum. Vnde, quia frequentius conceduntur indulgentiæ propter huiusmodi fines, & quia etiam hic modus concedendi indulgentiam exigendo aliquod pium opus, securior est, & si delibus vtilior, i deo regulariter à Pontificibus obseruatur. Per quod responsum est rationibus dubitandi prius positis.

**E**x dictis tamen intelligere licet, huiusmodi opus non requiri per modum dispositionis necessariæ ex parte subiecti ad effectum indulgentiæ: quia talis effectus, vt dixi, nõ requirit specialem dispositionem in recipiente præter statum gratiæ, & culpæ remissionem: si ergo aliquando necessarium est tale opus, id potius est ex parte causæ finalis, cuius gratia conceditur, vt satis declaratum est. Vel certe, si tale opus dici potest aliquo modo dispositio necessaria ad effectum indulgentiæ, id solum est ex voluntate & intentione concedentis indulgentiam, quæ non est necessitas simpliciter, neq; ex natura rei, sed ex impositione concedentis indulgentiæ, quæ solũ habet locum

Assertio  
sua detur,  
argum en-  
tisq; in prin-  
cipio jcti-  
positis satis-  
fit.

Opus iniun-  
ctum per se  
non est dispo-  
sitiu lucran-  
ti indulgentiam.

Iocum, quando in ipsamet concessione talis conditio exprimitur: de quo necessitatis genere dicendum superest.

SECTIO V.

An, & quomodo praestandum sit opus expressum in forma indulgentiae, ut fructus obtineatur.

Regula generalis est, quoties indulgentia conceditur sub tali forma, ut certum aliquid opus requiratur, neminem lucrari indulgentiam nisi tale opus exequatur. Quod adeo verum est, ut licet per impotentiam, vel naturalem obliuionem: vel quolibet aliam causam, quantumuis inuoluntariam, opus omittatur, effectus indulgentiae impediatur, nisi in ipsamet concessione talis exceptio declaretur & sub alia forma, seu conditione idem indulgentiae effectus personis impeditis tribuatur. Hae est communis doctrina, in 4. dist. 20. ubi specialiter Bonauent. p. 2. art. 1. quae st. 4. in fin. D. Thom. Quodlibet. 2. art. 16. Ratio est, quia indulgentia non amplius ualeat, quam sonat: quia solum operatur iuxta uoluntatem concedentis expressam per formam: illa autem concessio ex vi formae conditionata est, & ideo, non impleta conditione, nihil operatur: quia conditionalis, non impleta conditione, nihil ponit in esse. Et confirmari hoc potest à simili, ex omni alio effectu gratiae, qui ex opere operato sub conditione alicuius operis promittitur: quia nisi tale opus fiat, effectus ex opere operato non obtinebitur, ut patet in sacramentis, Sacrificio, & si aliquid aliud est huiusmodi, vel proportionale, quale creditur esse martyrium. Idem ergo erit in indulgentiis: nam fundamentalis ratio eadem est in omnibus, nimirum promissionem, seu concessionem esse conditionatam.

Dices, in sacramentis interdum sufficit uoluntas faciendi tale opus, seu recipiendi tale sacramentum ad illius effectum comparandum, quando opus ipsum propter impotentiam, aut necessitatem omittitur: quia tunc uoluntas apud Deum pro facto reputatur: hac enim de causa per baptismum in uoto remittitur aliquando peccatum originale: ergo in praesenti sufficit propositum faciendi tale opus, saltem quando deest potestas illud exequendi. Respondetur negando assumptum, nisi quando in ipsa concessione, aut institutione id exprimitur, aut ex ipsa natura subintelligitur. Itaque proprius, & positius effectus sacramentalis nunquam datur, nisi sacramentum in re ipsa suscipiatur: quia neque impletur conditio, neque sufficienter applicatur propria causa talis effectus: sed datur aliqua gratia, vel remissio peccati proportionata dispositioni, vel merito operantis, ut in praecedenti tom. latius explicatum est. Sic igitur in praesenti dicimus per solam uoluntatem implendi opus ad indulgentiam requisitum posse obtineri aliquam remissionem penae temporalis, quatenus hic effectus generalis est, & ex opere operantis, si uoluntas illa habeat omnes conditiones ad propriam satisfactionem requisitas. Id uero satis non est ad proprium effectum indulgentiae, qui ex opere operato confertur, nisi hoc ipsum in ipsa conditione declaretur: nam ex sola rei natura hoc colligi non potest, sed ex uoluntate concedentis pender, quam necesse est uerbis sufficienter explicari. Neque in huiusmodi rebus uerum est uoluntatem pro facto reputari, cum conditio postulata non sit sola uoluntas, sed reuera opus ipsum, solumque in ratione meriti, & in ordine ad praemium essentiale habet uerum illud axioma: quia tota ratio meriti, totusque ualor eius in sola uoluntate positus est.

Queri uero hoc loco potest, an is, qui partem iniuncti operis implet, aliquid de indulgentia consequatur, secundum aliquam proportionem: ut uerbi gratia, si ieiunati tres dies in hebdomada detur plenaria indulgentia, & aliquis una tantum die ieiunet, an saltem consequatur remissionem tertiae partis peccatorum. Videtur enim ita asserendum: nam ea proportione, qua quispiam exequitur opus iniunctum, debet fructum indulgentiae comparare. Nihilominus dicendum est, nisi hoc ipsum in indulgentiae concessione exprimat, id satis non esse ad aliquem fructum ratione talis indulgentiae obtinendum. Ita docuit Palud. in 4. d. 20. p. quae st. 4. art. 5. quem sequitur Anton. 1. tit. 10. cap. 2. §. 4. Et ratio est, quia concessio est unica, & quae inuisibilis sub tali determinata conditione, & ideo qui totum opus positum non implet, nihil consequitur, quia simpliciter non implet conditionem impositam: & ex vi illius concessionis nihil promissum est ei, qui partem implet. Sunt tamen attente consideranda uerba concessionis: nam aliquando sunt omnino determinata ad tale opus in tanta quantitate, vel ad plura opera copulatiue, seu coniunctim, & tunc procedunt quae dicta sunt. Aliquando uero praecipitur opus indeterminate, uel sub disiunctione, oratio, uerbi gratia, aut elemosyna: & tunc satis est aliquod ex numeratis operibus, etiam in minima quantitate, efficere. Aliquando etiam non exigitur totius operis perfectio, sed inchoatio, aut efficax propositum, & tunc obtinebitur indulgentia, etiam non perficiatur opus, quia impletur postulata conditio, quae omnia pendent ex forma concessionis. Sed quid si ex opere iniuncto pars tantum minima praetermittatur? ut uerbi gratia, si sit iniunctum ieiunium, quod in leui materia frangatur, quae solum sufficeret ad ueniam culpam, si contra praecipuum esset: aut, si opus iniunctum esset audire sacrum, eiusque similiter pars minima omittatur? Respondeo, rem esse dubiam, ideoque uicandam, tamen existimo non impedire effectum indulgentiae, quia in moralibus parum pro nihilo reputatur: & quia, non obstante illo leui defectu, simpliciter uerum est tale opus iniunctum fieri, quando quidem simpliciter uerum est, per simile opus impleri praecipuum. Obseruare tamen oportet materiam hanc leuem non tantum absolute, sed etiam respectiue considerandam esse: nam si concedatur indulgentia recitanti quinque orationem Dominicam, & Angelicam, & quater tantum dicatur, profecto non obtinebitur indulgentia: quia, licet id quod omittitur uideatur in se parua materia, tamen respectu totius operis iniuncti est magna pars. Unde, cum totum ipsum opus iniunctum sit onus satis leue, uidetur plane in inuisibili consistere.

Rursus inquiri potest, an necesse sit huiusmodi opus ad indulgentiam obtinendam requisitum, esse externum, uel mere internum sufficere possit. Cum enim Ecclesia non iudicet de occultis, nec iurisdictionem habeat in actus mere internos, uidetur necessario tale opus debere esse externum: quia concessio indulgentiae est quidam actus Ecclesiae iurisdictionis. Et confirmatur, quia per talem indulgentiam commutatur quodammodo sacramentalis satisfactio in tale opus. ergo, sicut sacramentales actiones debent esse sensibiles & externae, quoad fieri possit, ita etiam praedictum opus pro indulgentia obtinenda iniunctum. Atque ita sensisse uidetur Bonauentura, dicta quae st. 4. quantum non dicat opus externum esse simpliciter necessarium, sed maxime concedi debere pro exterioribus actibus: quod aliis congruentis confirmatur. Praetertim quia indulgentiae concedi debent, uel ad gloriam & laudem Dei, & Sanctorum, uel ad publicam Ecclesiae utilitatem: uerumque autem horum maxime fit in Ecclesia per actus exteriores, quales sunt elemosynae, &c.

Regula generalis.

Obiect.

Probat.

An qui partem...

Resoluitur...

Quid si...

Debet esse...

Debet esse...

Resoluitur...

per egi.

peregrinationes & similia: ideo que iuxta communē A  
Ecclesie consuetudinem propter huiusmodi actio-  
nes, indulgentiæ concedi solent. Quæ omnia rectè  
probant huiusmodi opera esse maxime proportio-  
nata ad hunc effectum, non tamen probat esse sim-  
pliciter necessaria.

6. *Dubij resolu-  
tio.*  
Et ideo dicendum est, posse Pontificem, si velit,  
concedere indulgentiam propter opus mere inter-  
num, qualis est contritio, aut oratio mentalis, seu  
deuotio. Probatur primo, quia ostensum est posse  
Pontificem concedere indulgentiam nullum opus  
iniungendo: ergo melius propter opus mere inter-  
num, quia tunc etiam possunt concurrere omnia al-  
ia necessaria ad indulgentiam: & nihil additur:  
quod ei repugnet. Secundo, quia internum opus  
auget piam causam, moderaturque liberalitatem  
indulgentiæ: & non excedit Ecclesie iurisdictionem,  
quia Ecclesia non iudicat de tali actu, nec proprie  
exercet iurisdictionem in illum, sed solum exigat il-  
lum vt conditionem necessariam ad talem effectum  
consequendum, quæ conditio potest esse mere in-  
terna, quia non oportet vt de illa constet apud Ec-  
clesiam, sed apud Deum. Et confirmatur, quia hic  
modus indulgentiæ potest cedere in magnam fide-  
lium vtilitatem, vt nimirum excitentur ad inter-  
nos actus contritionis, aut deuotionis, quibus et-  
iam Deus valde glorificatur. Tertio, quia solet esse  
in vsu talis indulgentiæ modus: solet enim concedi  
indulgentia his, qui singulis noctibus examen con-  
scientiæ faciunt, & de peccatis dolent, eaque vitare  
constituunt: quæ omnia per actus mere internos  
fiunt, item conceditur indulgentia ei, qui in mortis  
articulo corde protulerit nomen IESV, si non po-  
tuerit ore.

*An necesse sit opus iniunctum in statu gratia  
exequi.*

7. *Opinio affir-  
mans.  
Caietan.*  
Vltius vero inquirendum superest, an necessa-  
rium sit huiusmodi opus exequi in statu gratiæ,  
vt ad effectum indulgentiæ obtinendum valeat, ita  
enim affirmavit Caietanus in Opusc. de Indulg. ad  
Iulium cap. 9. & in alio Opusc. de Indulgentiis quæst.  
vltim. quibus locis ita interpretatur indulgentiarū  
formam, quæ dicitur, *Omnibus contritis, vel confisus, hoc  
vel illud facientibus talem indulgentiam concedi*, vt con-  
tritio postuletur non tantum ad ipsam indulgen-  
tiam, sed etiam ad opera, quæ præcedere debent.  
Quam opinionem aliqui iuniores sequuntur, præ-  
ferunt Nauarr. in Comment. de indulgentia, notab.  
19. num. 7. & sequentibus. & Soto ait, fortasse esse ve-  
ram, licet opposita probabilitate nõ careat. Funda-  
mentum est, quia in tantum postulatur aliquod o-  
pus ad indulgentiam, in quantum illud promouet  
ad piam causam, propter quam indulgentia conce-  
ditur, sed, si opus non fiat in gratia, non est aptum ad  
finem indulgentiæ, quia nihil valet apud Deum ne-  
que ad meritum, neque ad satisfactionem. Confir-  
matur & declaratur: nam, si indulgentia simul cum  
opere concedatur, clarum est requiri gratiam: quia  
sine illa nullus datur fructus indulgentiæ, vt supra  
ostensum est: si vero opus præcedit indulgentiam,  
extunc etiam præcedit meritum, quod ex parte ho-  
minis esse potest ad talem indulgentiam obtinen-  
dam: ergo necesse est, vt tum etiam opus procedat  
à gratia, sine qua nihil est meriti, aut pietatis ap-  
ud Deum. Tandem satisfactiones Christi, & San-  
ctorum, quæ in thesauro Ecclesie reconditæ sunt,  
per viua opera fuerunt comparatæ, ergo etiam per  
viua opera applicari debent, quia thesaurus dispen-  
sari debet propter opera illi proportionata, & ideo  
vitalis thesaurus propter vitalia opera dispensan-  
dus est, sicut ciuilis thesaurus per ciuilia opera dis-  
pensatur.

Nihilominus dicendum est, per se loquendo, &  
ex vi talis operis, non esse necessarium vt in statu gra-  
tiæ fiat. Maxime locum habet assertio, quando opus  
præcedit indulgentiam, vel omnino, vel ex parte:  
nam si consummetur opus, quando dandus est fru-  
ctus indulgentiæ, tunc erit necessaria gratia propter  
fructum, non propter opus. Item intelligenda est af-  
sertio iuxta communem formam cõcedendi indul-  
gentias: non est enim dubium, quin possit Summus  
Pontifex postulare statum gratiæ, etiam quando o-  
pus sit, quia potest indulgentiam concedere sub tali  
condicione pia, prout voluerit, aut expedire censue-  
rit: potest ergo exigere opus in statu gratiæ factum.  
Dicimus tamen in primis, hoc non esse necessarium,  
quod Caietanus intendere videretur. Deinde asseri-  
mus, iuxta communem id non postulari, sed solum  
vt aliquis sit in statu gratiæ eo tempore, quo applica-  
tur indulgentia. Quæ sententia communis est: in fi-  
nuat D. Thom. quodlib. 2. art. vlt. quatenus ait, re-  
quiri ad indulgentiam, vt sit in statu gratiæ, qui eam  
recipere vult. Clarius hoc tenet Palud. in 4. d. 20. q. 2.  
ar. 3. Anton. 1. p. ti. to. c. 3. §. 4. & 5. Syluest. ver. de In-  
dulgentiis, nu. 32. referens Archidiaconum, quem et-  
iam sequitur Summa Tabiena, & alij Summistæ. Et  
idem tandem docuit Soto d. 21. quæst. 2. art. 3. ante 2.  
conclus. Eandem sententiam supponit Glossa in Ex-  
traug. 1. de poenit. & remiss. verb. *Constituebuntur*. Fe-  
linus in tract. de Indulgentiis nu. 28. qui alios refert.  
Fundamentum ita explicari potest: quia Summus  
Pontifex potest indulgentiam concedere sub con-  
dicione talis operis, abstrahendo ab hoc quod in  
gratia, vel ex gratia fiat: ergo quoties aliud expresse  
non declarat, ita est interpretanda concessio: sed in  
communis forma concedendi indulgentiam, seu  
Iubilæum ita fit, ergo Maior probatur, quia illo mo-  
do possunt sufficienter concurrere conditiones o-  
mnes ad indulgentiam requisitæ: scilicet, auctoritas  
in concedente: nam hæc nunquam deest in Summo  
Pontifice, si cætera adsint: capacitas in recipiente,  
quam sufficienter habebit, si tempore, quo applica-  
ndus est thesaurus, sit in gratia: & pietas in causa,  
seu sine, quæ optime subsistere potest, etiam si, dum  
opus sit, gratia non exigatur, vt per se notum vider-  
tur.

9. *Opinio  
Solutio.*  
Dicitur fortasse ex Glossa superius commemo-  
rata præter hæc requiri vtilitatem in opere, quæ vti-  
litas non inerit operi extra gratiam facto. Sed hoc  
immerito dicitur, nam illa vtilitas, quæ in tali opere  
desiderari potest, non est quod sit meritorium, aut  
satisfactorium de condigno, quia ratio indulgentiæ  
non datur in proprio merito, vel satisfactione reci-  
pientis. Præter hæc autem, omnis alia vtilitas, quæ  
in pio opere desiderari potest, in opere extra gra-  
tiam facto potest inueniri: potest enim esse impetra-  
torium apud Deum: potest item disponere homi-  
nem saltem remote ad relinquenda vitia, & gra-  
tiam impetrandam. Sic etiam eleemosyna à pecca-  
tore facta, impetrat auxilium ad vincendum, & ex-  
pellendum ipsum peccatum: & ieiunium confert  
ad moderandam passionem, quæ poenitentiam, aut  
propositum non peccandi impedire solet, & alia si-  
miles vtilitates facile considerari possunt in bonis  
operibus extra gratiam factis. Accedit quod supra o-  
stendimus non esse de necessitate indulgentiæ vt a-  
liquod opus à recipiente exigatur: ergo multo mi-  
nus erit necessarium, vt petatur opus viuum, seu gra-  
tia formatum: quia sine opere ita perfecto potest  
esse sufficiens causa finalis mouens Pontificem ad  
indulgentiam concedendam, vt ex dictis constat, &  
statim amplius explicabimus. Denique cum hic  
modus concedendi indulgentias ex se non repu-  
gnet effectui eius, neque aliunde sit impossibilis, ne-  
que aliquod aliud incommodum præ se ferens, tem-  
erarium esset negare, cadere sub Pontificis pote-  
statem.

Atque

*Opinio na-  
gans præfer-  
tur.  
Exponeitur.*

*D. Thom.  
Paludan.  
Anton.  
Syluest.  
Tabien.  
Soto.  
Glossa.  
Felin.  
Probatur as-  
sertio.*

*Nauarr.  
Soto.*

*Soto.*

10. *Imo ita esse interpretandum cennum indulgentiam formam.*

Atque hinc præterea facile suadetur altera propositio superflua subsumpta, nimirum ita esse interpretandam communem formam indulgentiæ, quando aliud expresse non declaratur: tum quia indulgentia fauorabilis est, & ideo amplè est interpretanda, quantum uerba patiuntur: uerba autem, quibus communiter conceditur indulgentia contritiis, uel confisus, nõ solum hunc sensum admittunt, uerum etiam alium in rigore non patiuntur: nam, solum requirunt confessionem uel contritionem ad effectum indulgentiæ, non uero ad singula opera. Tum etiam quia aliàs quando in libralis exiguntur plura opera, uerbi gratia, ieiunium, eleemosyna, & oratio simul cum confessione, postulandum consequenter esset, ut confessio fieret ante alia opera, ut illa fierent in statu gratiæ: hoc autem nunquam fit: sufficit ergo ut confessio subsequatur: ergo etiam sufficit, ut homo in fine præscripti temporis seu diligentæ ultimæ, sit in statu gratiæ. Alioqui in huiusmodi libralis frequenter contingeret, ut maior pars hominũ, etiam si faciant opera omnia in librali inuncta, & tandem in gratia constituantur, nihilominus indulgentiæ fructum non consequantur, quia rarissimi sunt, qui sunt in statu gratiæ, priusquam confiteantur, cum tamen prius ieiunent, aut eleemosynas conferant, &c. Item sequeretur, neminem lucrari eum fructu indulgentiæ, uerbi gratia, per bullam Cruciatæ concessas, qui non sit in gratia, quando eleemosynam confert, ut diploma recipiat: quia unum ex operibus in primis requisitis ad illam indulgentiam consequendam, est illius eleemosynæ elargitio: hæc autem sunt ualde absurda, & contra communem usum, & sensum fidelium, in quo admodum uerbi gratia Pastores, si per ignorantiam errarent.

11. *Fundamentum ad contrariam opinionem fit satis.*

Ad fundamentum autem oppositæ sententiæ iam fere responsum est, piã causam ad indulgentiam necessariam posse esse sufficientem absque opere uiuo ac formato per gratiam, falsum que est tale opus nullam uirtutem habere apud Deum, si ex gratia sanctificante non procedat: quia potius prudens, & utilis est talis concessio, ut peccatores ad opera pietatis faciendã alliciantur, quibus paulatim ad iustitiam se disponant. Nec refert, quod satisfactiones Christi, & sanctorum, quæ in thesauro reponuntur, fundatæ fuerint in operibus uiuis: nam inde ad summum inferitur, non posse communicari, seu applicari, nisi membris uiuentibus, quamuis nondum uiuerent, quando opera effecerunt: nam ad hoc sepe confertur indulgentia, ut defectum & imperfectionem hominis in hac parte suppleat: cuius exemplum habemus in sacramentis, ut enim per sacramentum applicentur uiua opera, & merita Christi, non semper necessarium est, ut præcedat aliquod opus uiuum ex parte recipientis: idem ergo est in præsentem, seruata proportione. Interecedit enim differentia, quod per sacramentum datur interdum ipsamet uita, & gratia, & ideo ad illam applicationem, quæ per sacramentum fit, non semper supponitur gratia, sed tantum sufficiens dispositio ad illam. Per indulgentias uero non applicatur thesaurus meritorum Christi ad gratiam ipsam conferendam, sed solum ad quendam secundarium effectum, qui in ipso quidem subiecto gratiam prærequirit, non tamen in quolibet opere, qui ad talem effectum postulat.

#### SECTIO VI.

*An opus ad indulgentiam postulatam, honestum in indiuiduo requiratur.*

1. Pars affirmans persuaderi uidetur. Nam, si opus sit moraliter malum, nihil potest ad utilitatem

A conferre, ut per se constat. Si autem sit indifferens, in indiuiduo semper erit moraliter bonum, aut malum, iuxta probabiliorẽ opinionem D. Thom. Si autem malum sit, eadem ratione nihil conferet ad causam piã: ergo semper necessarium est ut opus bene moraliter fiat. Atque ita docuit Adrianus in quarta questione de Indulgentiis, conclus. 4. quem sequitur Nauarrus in Commentario de Indulgentiis notab. 10. num. 6. Potestq; fundamentum huius sententiæ amplius ita explicari. Nam certum in primis est opus impositum ut conditionem necessariã ad consequendam indulgentiam, tale esse debere, ut possit bene moraliter fieri, alioqui concedens indulgentiam exigeret opus pietati repugnans, quod est contrarium potestati eius, quæ non est data in destructionem, sed in ædificationem. Non potest ergo tale opus esse ex se moraliter malum, sed ex genere suo bonum, uel si ex proximo obiecto appareat indifferens, debet esse ordinabile, & quantum est ex parte concedentis, ordinatum in finem honestum. Unde fit, tale opus in indiuiduo semper esse moraliter bonum, nisi per accidens, & ab extrinseco eadiungatur malitia ex praua aliqua circumstantia, uel intentione operantis. Ergo, quod requiratur integra bonitas operis, satis profecto est uerisimile, tum propter rationes priori loco factas: tum etiam, quia ad lucrandam indulgentiam necesse est facere tale opus ex intentione lucrandi indulgentiam, quæ intentio bona semper est: ergo necesse est, ut opus ipsum sit bonum, non solum ex se, uel ex intentione remota præcipiente, sed etiam ex proxima intentione ipsius operantis: ergo non potest aliunde habere malitiam, uel certe si illam habeat, excluditur intentio necessaria ad lucrandam indulgentiam. Tum denique, quia si opus in indiuiduo est moraliter malum, omnino non potest esse proportionatum ad spiritualem & piã finem indulgentiæ: quia nullo modo placet Deo, à quo præcipue expectanda est utilitas talis operis in ordine ad finem indulgentiæ: nam illa utilitas, quæ specialiter inuenitur, si subsidio eleemosynæ ratione rei donatæ, ualde materialis, seu temporalis est, quæ per se sola, nec est proportionata, nec sufficit, ut propter illam, indulgentia concedatur: alioqui spiritualis gratia propter temporale subsidium principaliter concederetur, quod speciem quandam simoniæ præ se fert: igitur, quando indulgentia conceditur dantibus eleemosynam, uel aliquid in auxilium belli, &c. non cõceditur principaliter propter temporale subsidium, sed propter bonitatem talis operis: ergo, ablata bonitate per quamcuq; circumstantiam prauam, non expletur conditio necessaria ad indulgentiam.

Nihilominus contrariam sententiam probabiliorẽ existimo, quæ eodem modo fundata est, quo sententiam aliam in sectione præcedente fundauimus. Quia nimirum non repugnat Pontificem solum designare, ut conditionem necessariã ad consequendam indulgentiam opus ex genere suo bonum, non exigendo omnes circumstantias necessarias ad bonitatem moralem actus in indiuiduo. Quod patet, tum exemplo posito de præcepto, tum etiam, quia ille finis præcisè sumptus, est bonus, & sufficiens, ut proxime moueat dispensatorem thesauri etiam prudenter operantem: quia, licet positus non requirat omnes illas circumstantias, illas tamen nõ excludit, quin potius, quantum est ex se, ad illas inuitat, potest tamen eas non exigere, ne nimis difficilem & lubricam reddat indulgentiam, uel confectionem fructus eius. Eo uel maxime, quod eius intentio non sistit in illo opere, sed ad alium altiorẽ frequentius tendit, ut ad pacem Christianæ reipublicæ, & consequenter ad spiritualem fructum Ecclesiæ, ad quos fines potest conferre opus ex genere suo bonum, etiam si non omnino bene fiat: uel

quia, licet in vno vel alio individuo non bene fiat, in multis erit simpliciter bonum, vel quia, non obstante accidentario defectu ex parte operantis, ipsum bonum opus secundum bonitatem, quam ex genere habet, placet Deo, soletque ab illo premium aliquod impetrare, sicut de virtutibus Gentilium Romanorum dixit Augustinus lib. 5. de Civitate c. 12. & 15. quod multo maiori ratione locum habebit in operibus aliquo modo ex fide factis, & quodammodo nomine Ecclesie, quatenus fiunt iuxta intentionem Pontificis concedentis indulgentiam. Vel denique quia ex tali opere aliquid permanet, quod per se confert ad Ecclesie bonum, ut verbi gratia, quia edificatum est templum, parca est victoria, aut congregata est pecunia ad stipendia militum, & similia, quae licet materialiter sumpta videantur esse temporalia, tamen relata ad diuinum cultum & spiritualem fructum Ecclesie, sunt spiritualia. Et ideo nulla est inordinatio quod ex eorum intentione concedatur indulgentia, vt recte notauit. D. Th. in 4. d. 20. quaest. 1. artic. 3. & ibi Richard. art. 3. Qui aiunt, licet concedatur indulgentia propter temporale subsidium, non esse simoniam: quia non conceditur propter illud, vt temporale quid est, sed vt est aliquo modo spirituale. Et in idem redit quod alij dicunt, non dari propter illud, vt propter pretium, sed propter pietatem, quam ex se continet, & vt animentur fideles ad talia pietatis opera, vt respondet Bonau. dict. quaest. 4. & Adrianus supra, & quodlib. 9. Per hoc enim non excluditur, quin possit etiam licite intendi a Summo Pontifice concedente indulgentias, illa temporalis utilitas, quae ex tali elemosyna prouenit, habendi, scilicet, stipendium pro militibus, cum hoc totum ordinetur ad spiritualem finem, prout Dicitur Thomas significauit.

Supposita autem potestate concedendi indulgentias hoc modo, quocies in ipsa concessione nihil aliud declaratur, sed tantum opus ipsum ex suo genere bonum postulat, ita est interpretanda illa conditio: quia verba ipsa nihil amplius requirunt, & cum concessio fauorabilis sit, ample est interpretanda, nec debemus adiungere onus, quod dispensator non explicauit. Neque enim repugnat tale opus fieri intentione sufficiente ad lucranda indulgentiam, & nihilominus admitti in tali operi circumstantiam aliquam moraliter malam: vt si quis ore animo lucrandi indulgentiam, seu petendi & impetrandi quod Pontifex intendit, & nihilominus irreuerentiam aliquam, vel distractionem admittat, ratione cuius oratio peccaminosa fiat saltem venialiter. Item si cum intentione illa habeat aliam peccaminosam, vt inanem gloriam & ostensionem, quae non solum concomitanter se habeat, sed etiam influat in actum, ita vt communiect illi malitiam, non enim necessario excludit alteram intentionem, & consequenter non impedit quominus conditio requisita ad indulgentiam humano modo & cum sufficiente voluntate impleatur: ergo sufficit tale opus sic factum ad lucrandum indulgentiam. Et confirmatur primo, quia praecipuum impletur per opus ex suo genere bonum, etiam si male fiat vt contra Adrianum suppono ex materia de legibus, & in superioribus tactum est saepe: ergo etiam poterit sufficere pro indulgentia. Patet consequentia, quia sicut indulgentia ordinatur ad causam piam, ita & praecipuum maxime Ecclesiasticum refertur ad pietatem, & bonos mores componendos: & sicut hic finis satis intenditur, praecipiendo actum ex suo genere bonum, ita etiam exigitur sufficienter ad finem indulgentiae.

Confirmatur secundo: quia, quando tale opus est publicum, & successus ue per magnam moram perficitur, vt est concio, &c. difficile est in discursu eius non miseri aliquas huiusmodi circumstantias, quae

Fr. Suarez. tom. 4.

Amaculent bonitatem eius: ergo non est credibile Pontificem exigere in homine tam exactam rectitudinem. Ait vero Nauarrus supra, quando vna pars talis operis male fit, & altera bene, tunc valere quidem ad indulgentiam obtinendam, non tamen totam, sed secundum aliquam partem proportionatam. Hoc tamen non dicitur consequenter: quia si opus bonum ex genere, & malum ex circumstantia, non sufficit ad indulgentiam, illa pars operis, quae male fit, non plus confert ad indulgentiam, quam si non fieret: at vero qui non facit integre opus iniunctum, licet partem faciat, nihil de indulgentia consequitur, vt supra dictum est, & ipse Nauarrus ibidem admittit: ergo, si in praedicto casu quis non lucratur indulgentiam integram, nec partem obtinebit. Quod si hoc nimis rigorosum est, & ultra communem modum operandi hominum, dicendum profecto est, opus ex suo genere bonum satis esse ad lucrandum indulgentiam. Quod etiam sentit Cordub.

Addit tamen hic auctor limitationem: scilicet, dummodo principalis intentio faciendi tale opus, sit lucrari indulgentiam, & non alius finis extraneus: nam tunc putat non obtineri indulgentiam, non solum si ille extraneus finis malus sit, sed etiam si sit indifferens, vt si eat (inquit) Romam, praecipue ob recreationem, vel videndos amicos, vel assequendum aliquod commodum. Explicat autem tunc esse hunc finem principaliter intentum, quando illo non existente opus non fieret. Sed in primis haec conditio nobis incerta est: nec de illa iudicare possumus, nisi operans in praesenti habeat expresse hoc propositum, quod hoc opus non faceret, nisi alius finis concurreret. Deinde assero, dummodo quis in praesenti habeat intentionem formalem aut virtualemente lucrandi indulgentiam, id satis esse, vt opus ad eum finem valeat, siue illa intentio principalis sit, siue non, & quauis illa conditio per expresse hoc propositum concipiatur: quia hic conditio nihil ponit in esse, neque excludit in praesenti absolutam voluntatem lucrandi indulgentiam per tale opus, quod satis est, vt moraliter impleatur conditio ad indulgentiam postulata, in qua non dicitur vt sit principaliter, aut in solidum intentio: neque est ad nobis addendum sine maiori fundamento.

Atque ex his etiam obiter constat, an necessarium sit huiusmodi opus, propter quod indulgentia conceditur, procedere ex gratia saltem auxiliante, & an oporteat esse meritorium, satisfactorium, vel impetratorium. Dicendum est enim, non esse necessarium, vt tale opus in se ac formaliter supernaturale sit: quia hoc non semper postulat, vt conditio necessaria, ad indulgentiam. Vnde fit non esse necessarium vt in se etiam ac immediate ab auxilio gratiae procedat: quia hoc solum est necessarium ad opus supernaturale, loquendo per se, ac regulariter, & de vno singulari opere, vt nunc loquimur. Quia vero huiusmodi opus fieri debet ad lucranda indulgentiam, quod non fit sine aliquo dictamine, & voluntate, a fide procedente, ideo saltem impetratiue, & remote necessarium est aliquod auxilium gratiae ad tale opus exequendum modo accommodato ad indulgentiam lucranda. Propria autem ratio meriti, aut satisfactionis de condigno necessaria non est in tali opere, vt ex dictis in hoc, & praecedenti dubio satis constat. Aliqua vero congruitas, quae fundetur saltem in bonitate, quam opus habet ex suo genere, coniuncta cum intentione lucrandi indulgentiam, & operandi ad complendam Pontificis intentionem: haec, inquam, congruitas necessaria est, in qua potest aliqualis imperatio apud Deum fundari.

);(

M m m SECTIO

Nauarrus  
distinguit  
impugnatur.

Cordub.

Quae intentio  
requiritur  
in opera  
ad indulgentiam  
lucranda.

An necessarium  
sit opus  
indulgentiam  
procedere ex  
gratia.

August.

D. Tho.  
Richard.

Bonau.  
Adrian.

SECTIO VII.

*Vtrum inter viuentes possit indulgentia ab vno, per opus ab alio factum comparari.*

*Rationes dubitandi pro vtraque parte.*

*Num ad indulgentiam lucranda, satis sit opus per alium ministerialiter exequi.*

*Isi aliud expressum eius forma obligat.*

**M**ulta in hoc titulo includuntur: scilicet, an sufficiat opus iniunctum per alium exerceri, vt aliquis fructum indulgentiæ lucratur, & e conuerso, an possit vnus pro alio indulgentiam lucrari, opus iniunctum pro illo faciendū: ac denique, an possit aliquis indulgentiam sibi concessam alteri condonare, illi etiam committendo vt opus iniunctum efficiat. Videntur enim hæc omnia rectè posse fieri, propter vnionem charitatis quæ est inter fideles, ratione cuius potest vnus pro alio satisfacere, & sua opera inter se communicare: nam in illis omnibus quæ propozita sunt, tantum videtur intercedere quædam operum communicatio in ordine ad satisfactionem, seu consequutionem remissionis pœnæ temporalis. In contrarium vero est, quia indulgentiæ tantum valent, quantum sonant: & ideo si opus iniunctum est tanquam proprium opus personale, non poterit per alium impleri. Eademque ratione, si indulgentia conceditur in proprium fauorem alicuius personæ, non poterit alteri prodesse.

**A**duertendum est, duobus modis posse opus aliquod per alium fieri: vno modo tanquam per instrumentum, quod nomine alterius operatur, vel ministerialiter exequitur opus quod ab alio principaliter fit, quomodo aliquis dat elemosynam per famulum: nam, licet famulus sit qui immediate præbet pecuniam, tamen dominus est qui principaliter facit elemosynam: quia de bonis eius, & iussu fit. Et de hoc modo operandi non est certissimum est, quoties elemosyna, vel aliud simile opus simpliciter iniungitur, sufficienter fieri per alium prædicto modo, cum ille modus operandi etiam ad propriam satisfactionem, & ad præceptum implendum sufficiat. Ratio vero est: quia tale opus simpliciter & absolute est, ipsius domini, famuli autem non nisi secundū quid & materialiter. Propter quod ex sententia omnium, quos statim commemorabimus, nihil refert, quod huiusmodi famulus sit in gratia, vel in peccato, aut quod hæc vel illa intentione operetur: quia in eo non attenditur nisi ipsa executio, quæ est quasi actio exterior domini præcipientis. Quod autem dicimus de famulo & hero, intelligendum est de quocunque procuratore, vel amico operante hoc modo nomine alterius: nam limitat eadem ratio. Vnde, si quispiam roget amicum suum vt pro se elemosynam faciat tanquam suam, sufficere poterit ad indulgentiam: quia ibi virtute interuenit duplex donatio, prior est vnus amici donantis alteri tantum pecuniam, vt ex ea elemosynam faciat posterior est elargitio, quæ pauperi fit nomine eius. Hic autem operandi modus per alium, non habet locum in omnibus studiosis operibus, sed solum in illis, quæ versantur circa extrinsecam materiam, vt sic dicam, seu circa elargitiones pecuniæ, vel aliarum rerum æquiualentium, nõ vero circa actiones mere personales, vt sunt ieiunium, orationes, & alia similes. Denique licet priores actiones possint per alios executioni mandari, non est tamè dubium quin dispensator indulgentiæ possit aliquando, si velit, exigere, vt conditionem necessariam ad lucranda indulgentiam, elemosynam, quæ per propriam & personalem actionem, ac veluti propriis manibus conferatur: sicut etiam posset exigere opus misericordiæ personaliter exercendum, vt visitare infirmum, &c. nam hæc opera per propriam actionem personalem facta promouent pietatem, & augere possunt meritum, & satisfactionem, & ideo

**A** non excludunt quin possint ad indulgentiam lucranda tali modo requiri: tamen, nisi id exprimator (quod raro fit) elemosyna simpliciter iniuncta, sufficienter priori modo impletur.

**A**lio vero modo cõtingit actionem aliquam pietatis fieri per alium tanquam per propriam causam proximam ipsius operis, quæ tanquam alterius rogatu, vel in commodum eius id faciat: quomodo potest vnus per alium vel pro alio ieiunare, aut orare, aut templum visitare, &c. Et in hoc modo operandi attendendus est tenor indulgentiæ: quoties enim tale opus simpliciter iniungitur tanquam conditio necessaria ad indulgentiam lucranda, necesse est vt personaliter impleatur ab eo, qui lucraturus est indulgentiam per se ipsum, quia tale opus, simpliciter loquendo, non fit ab aliquo, quando per alium fit, talis vero indulgentia requirit, vt ab ipso lucrante fiat. Secus vero erit si tenor ipsius indulgentiæ solum postulet visitare Ecclesiam, & similia, per se, vel per alium: nam tunc certum est sufficere opus per alium factum, quia sufficienter expletur conditio ad indulgentiam postulata, vt rectè docuit D. Tho. in 4. d. 20. q. 2. art. 5. q. 3. ad 2. Qui etiam aduertit in eo casu, eum qui loco alterius operatur, non donare indulgentiam ei, pro quo operatur, sed Pontificem illum applicare posita tali conditione per actionem alterius.

**H**ic vero statim occurrit dubium, an oporteat huiusmodi operantem esse in gratia, aut bene moraliter operari: nam de hoc potest esse maior ratio dubitandi, quam de ministro: quia hic est principalis operans. Atque ita sentit Caiet. in dist. Opuscul. de Indulgentiis, qu. vltim. ad 2. Oppositum tamen sentiunt Adrian. & Sor. locis superius citatis, ac merito. Dicendum ergo est, necessarium non esse vt sit in gratia, etiam si fructus indulgentiæ statim conferendus sit: quia gratia in illo non est necessaria vt principium vel forma talis operis: quia non est necesse vt tale opus sit meritorium: neque etiam est necessaria vt dispositio auferens obicem, quia fructus illius indulgentiæ non est conferendus ei, qui operatur, sed alteri cuius vice operatur: ideo solum in illo altero necessaria est gratia dispositio pro eo tempore quo applicanda est fructus indulgentiæ. Neque etiam est necessarium vt illud opus in indiuiduo sit bonum simpliciter, prout fit a tale operante: nam, si hoc necessarium non est in eo, qui per se ipsum, & propter se ipsum operatur, vt ostendimus, multo minus erit necessarium in eo, qui vice alterius operatur. Solum ergo necesse est vt opus sit ex suo genere bonum, & quale exigitur ex indulgentiæ, & quod fiat aliquo modo ex voluntate, seu petitione eius qui lucraturus est indulgentiam, alioqui neque ille dici posset per alium operari, ex intentione obtinendi indulgentiam, per necessaria media.

**Q**uapropter non omnino probo quod Soto ait, ad lucranda indulgentias per Bullam Cruciatæ cõcessas danti talem elemosynam, satis esse vt vnus sponte sua talem elemosynam pro altero det, & pro illo Bullam accipiat, etiam alio nihil sciente. Hoc (inquam) absolute non placet: quia ille, qui sic dat elemosynam, non lucratur ipse indulgentiam, quam alteri applicat, sed tantum exequitur opus necessarium, vt alter à Pontifice obtineat indulgentiam: ad hoc autem necesse est vt alter concurrat aliquo modo vel saltem cõsentiat: & ideo donec illi innotescat tale factum alterius, & illud acceptet, vel itq; diplomate vt ad indulgentias obtinendas, earum fructum non consequatur. Quod si aliqua indulgentia obtineatur, per ipsammet acceptionem Bullæ, existimo satis esse ratihabitionem posse subsequutam, vt bene notauit Corduba q. 26. in fine: quia ratihabitione retrotrahitur & mandat comparatur, iuxta iuris regulas. Et fortasse Soto nihil aliud

*Asseimul vno pmo. politeria possit esse pndissim indulgentia.*

*D Tho.*

*An quatuor ex forma in indulgentia sufficit opus per alium exequi operari, debet fieri in gratia vel ex gratia. Caiet. Adrian. Sor.*

*Non sufficit ad lucrandum nisi sit vnus pro alio qui faciat aliud opus.*

*Corduba.*

SECTIO VIII.

*Utrum omnes facientes opus ad indulgentiam requisitum, suum & equaliter fructum eius consequantur.*

voluit. Atque hoc etiam confirmat vsus. Illa tamen A indulgentia seu fructus eius non comparabitur, vsque ad tempus rati habitiois, propter rationem factam.

6 *Positne alii quis alteri indulgentiam lucrari.*  
Ex his ergo sufficienter responsum est ad primam interrogationem superius positam, & ex illius resolutione facile expediuntur aliqua aduertendo. Aliud esse facere opus loco alterius vt ille immediate lucratur indulgentiam, quod hactenus tractauimus: aliud vero esse operari pro alio ad lucranda illi indulgentiam, id est, vt ipse operans eam lucratur, non sibi, sed alteri, cui illam sua voluntate applicat: & de hoc modo procedit secunda interrogatio, quæ habet eandem resolutionem, nimirum, attendendam esse formam indulgentiæ, vt recte docuit D. Thom. supra, & dist. 45. quæst. 2. art. 3. qu. 2.

D. Thom. Nam; si forma indulgentiæ tantum sit, vt faciens hoc vel illud tantum remissionem consequatur, tunc non potest indulgentia alteri applicari: quia indulgentia non plus operatur, quam sonat. Vnde, sicut non extenditur vltra quantitatem expressè concessam, ita neque vltra personas expressas. Item, quia requirit talem conditionem in eo, qui consequitur effectum, quæ conditio in alio non inuenitur. Denique, quia effectus ex opere operato concessus in fauorem eius, qui tale opus perficit, nunquam potest ex illius voluntate alteri applicari, nisi hoc ipsum in concessione exprimat: quia est quasi privilegium personale, vt patet enim in effectibus sacramentorum. At vero, si ipsa forma & tenor indulgentiæ exprimat, vt sic operans possit talem fructum vel sibi, vel alteri obtinere, tunc non est dubium quin possit vnus pro altero operari ad lucranda illam indulgentiam: quia in Summo Pontifice non deest potestas, voluntas autem sufficienter declarata est, vt suppono. Item quia hoc modo conceditur viuus vt possint lucrari indulgentias pro defunctis, appellaturque per modum suffragij, vt tractabimus disputatione seq. ergo à fortiori concedi potest inter viuentes, nam inter eos facilius est communicatio operum, & satisfactorum.

7 *Potest quis alteri indulgentiam lucrari illo, in fine.*  
Est autem notanda differentia inter hunc modum, & priorem: nam in hoc posteriori necessarium non est, vt is, qui operatur ad lucranda indulgentiam alteri, ab eo remoueat aut inducat aliquo modo ad operandum, quia non operatur tanquam gerens vices illius, sed tanquam principaliter & sua sponte operans, & donans alteri fructum, quem sibi fortasse posset retinere. Vnde nec scientia, aut consensus requiritur ex parte eius, cui offertur indulgentiæ fructus: quia non tam actiue, quam passiuæ se habet: sicut se habet anima Purgatorij, pro qua alius indulgentiam lucratur. Et ideo hic maius dubium habet, an necessarium sit huiusmodi hominem lucrantem indulgentiam alteri, esse in statu gratiæ: de quo dicemus commodius disp. seq. Quamuis autem possit vnus hoc modo lucrari indulgentiam alteri, efficiendo opus ad indulgentiam necessarium, nunquam tamen potest vnus donare alteri indulgentiam committendo illi opus ad indulgentiam necessarium: nam, si hoc in forma indulgentiæ non est expressum, clarum est non posse fieri, vt à fortiori conitit ex dictis. Si autem illud est expressum in forma, iam non vnus concedit alteri indulgentiam, vel pro eo illam lucratur, sed Pontifex vtriusque illorum eam concedit, si talem pietatis actum operetur. Fieri tamen potest vt non æque primo vtrique illam concedat, sed alteri eorum primo, & per se, alteri vero per communicationem alterius, seu dependenter ab eius voluntate, vel defectum illius: nam hoc totum pædet ex voluntate concedentis, & potest habere iustam & rationabilem causam.

Fr. Suarez. tom. 4.

Ratio dubitandi est, quia voluntas concedentis indulgentiam sub conditione talis operis, licet conditionata sit, tamen expleta conditione, transit in absolutam, estque omnino efficax, quia ex sufficiente potestate procedit: ergo operatur totum, quod per talem concessionem promissum seu declaratum est. Atque hinc ulterius sequitur, omnes qui opus illud sufficienter perficiunt, æqualem effectum indulgentiæ consequi formaliter loquendo. Probatur, quia omnes consequuntur totum fructum, in quo non reperitur magis & minus. Dico autem, formaliter loquendo, quia, si indulgentia sit plenaria, omnes consequuntur illam, & ita in omnibus est formaliter idem effectus: si autem in vno maior sit reatus quam in alio, plus ei remittitur: illa vero inæqualitas materialis est, & quasi accidentaria ex parte subiecti. Et similiter si indulgentia verbi gratia, sit centum annorum, fieri potest vt aliquis non habeat tantum debitum, ac propterea in re ipsa non fiat ei tanta remissio: quod etiam per accidens est nam indulgentia per se semper operatur totum effectum, & atque adeo æqualem.

In contrarium vero est, quia fieri potest, vt idem opus inæqualiter fiat à diuersis hominibus: primo, quia in vno potest esse opus vniuersi bonum, & non in alio: vel quia in vno potest esse mortuum, in alio vero gratia formatum, vel quia in vno potest esse grauius & onerosius, quam in alio, vt si vnus ieiunet in pane & aqua, alius communi modo, vel si vnus conferat magnam elemosynam, alter paruum, quando indulgentia non requirit quantitatem certam elemosynæ, sed tantum indefinite elemosynam. Item si opus requisitum sit verbi gratia, visitare limina Apostolorum, quod ab vno fit per longam peregrinationem, ab alio per breuissimam, aut nullam. In his ergo & similibus casibus videtur magna inæqualitas, quod his omnibus æqualis effectus indulgentiæ tribuatur, quia illi non sunt æqualiter dispositi, ergo non debent æqualem fructum accipere, quia neque sacramenta conferunt æqualem effectum ex opere operato hominibus inæqualiter dispositis: nec ratio iustitiæ distributiue permittit, vt inæqualiter laborantibus, æqualis merces conferatur. Denique ad prudentem dispensationem thesauri pertinere videtur, vt deuotius operandi maior illius pars applicetur. Vnde Bonifacius 8. in Extra- uag. Antiquorum, de Poenit. & remis. vbi in anno Iubilæi concedit indulgentiam plenissimam omnibus visitantibus Romæ Apostolorum templa, in fine subdit hæc verba *Vnusquisque autem plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui Basilicas ipsas amplius, & deuotius frequentabit.* Atque ita sentire videtur Bonau. dist. 20. qu. vlt. & Adrian. in materia de Indulgentiis.

3 *Dubium resolutur & rationes parti negantis soluntur.*  
Nihilominus prior pars formaliter loquendo vera est, quam efficaciter probant rationes factæ. Eamque tenuit Maior in 4. d. 20. q. 2. & significauit D. Thom. ibi d. 1. ar. 3. qu. 2. ad 4. dicens. *Quod ille, qui est vicinus Ecclesiæ, & etiam sacerdotes & clerici consequuntur tantam indulgentiam, sicut illi qui veniunt à mille diebus, quia remissio non proportionatur labori, sed meritis, que dispensantur.* Quibus verbis insinuat etiam optimam rationem. Quia hoc opus, quod ad indulgentiam postulatur, considerari potest, vel ex parte causæ piæ, propter quam indulgentia conceditur, vel ex parte, subiecti operantis tanquam dispositio illius, vel secundum se quatenus meritorium est, vel satisfactorium. Hæc tertia consideratio nihil ad præsens refert, quia

M m m

Opus meritorum vel satisfactorium secundum se nihil refert ad indulgentiam.

Opus ex parte operantis nihil interest ad indulgentiam.

Opus iniunctum est necessarium in indulgentia ex parte pia causa.

Quod si opus precise sumptum non sit sufficiens ad complendam causam indulgentiam.

Quando in diuitia elemosyna complet pia e suam, dicitur minimum lucratur ea.

quia remissio seu effectus indulgentie non innitur proprio merito vel satisfactione operantis, & ideo inaequalitas operis in hac perfectione nihil refert ad inaequalitatem effectus indulgentiae. Vnde quod obicitur de iusta distributione, nihil ad praesens attinet, quia haec dispensatio thesauri per indulgentias, non fit iuxta leges distributiuas iustitiae, sed liberalis cuiusdam donationis prudenter factae. Rursus nec consideratio secunda habet locum in praesenti, nam, ut supra dixi, effectus indulgentiae per se & quasi ab intrinseco nullam dispositionem requirit in recipiente, praeter ablationem culpae & ratum gratiae: & ideo maior vel minor deuotio, seu dispositio actualis per se non confert ad aequalem effectum indulgentiae: in quo est magna diuersitas inter effectum indulgentiae, & sacramentorum. Quod si dicatur, tale opus esse dispositionem operantis saltem ex impositione concedentis indulgentiam. Hoc etiam nihil obstat, quia si quis effectum totum opus impositum, iam habet totam dispositionem necessariam: vnde, licet alius plus laboris, deuotionis, aut operis adiungat, nihil cofert ad maiorem effectum, quia neque illud totum iniunctum est, nec ratio illius aliquid amplius est promissum, & ita totum id non habet rationem dispositionis. Si vero quis non efficit totum opus iniunctum, iam non sufficienter operatur ad effectum indulgentiae, nec pertinet ad eam, de quo disputamus.

Prima ergo consideratio huius operis ex parte pie causae est proprie & verè necessaria, quia maxime sub ea ratione imponitur tale opus. Potest autem tale opus iniunctum esse omnino determinatum quantum ad quantitatem & modum, & tunc considerandum est, an opus illud precise factum prout in concessione postulatur, compleat sufficientem causam ad totam illam indulgentiam concedendam: & tunc qui opus illud precise operatur, totum effectum consequitur, quia nihil illi deest ex parte omnium causarum, neque habet aliquid impedimentum: qui autem vel aliquid amplius, vel illud ipsum melius aut deuotius operatur, non plus consequitur, quia totum illud quod addit extra causam indulgentiae est: nec ratione illius aliquid amplius concessum est, licet fortasse concedi poterit. Quod si fortasse tale opus precise sumptum non est sufficiens ad complendam causam indulgentiae adaequatam, tunc fieri potest, ut aliquis perficiens tale opus, non consequatur totum indulgentiae effectum & consequenter ut alius maiori deuotione, aut frequentia efficiens tale opus, maiorem remissionem consequatur: ac denique, ut augendo bonitatem seu circumstantias operis, tandem obtineatur totus indulgentiae effectus. Haec tamen inaequalitas non provenit precise ac formaliter ex inaequalitate operis, sed ex eo quod indulgentia non habebat causam proportionatam, & adaequatam ex vi solius operis, quod in ea precise postulatur, nos autem loquimur supposita sufficiente causa.

Atque eodem modo philosophandum est, quando opus infinite iniungitur, verbi gratia, aliqua elemosyna, aut aliqua oratio; nam tunc minima elemosyna, vel minima oratio videtur sufficere ad implendam conditionem & formam indulgentiae, & consequenter, ad totum, atque adeo ad aequalem effectum indulgentiae, siue maior, siue minor detur elemosyna. Nihilominus tamen ex parte causae considerandum erit, an quilibet elemosyna etiam minima sufficiat, ut causa indulgentiae sit adaequata tali effectui: nam tunc sine dubio dabitur totus effectus indulgentiae: quia conditio in indulgentia postulata, sufficienter impletur, & alię omnes causae ad effectum indulgentiae necessariae sufficienter concurrunt: ergo confertur totus effectus. Maior patet, (cetera enim clara sunt) quia illa conditio elemosynae indefinite, proposita, per quamlibet e-

elemosynam, etiam minimam, simpliciter & in toto rigore impletur: nam, ut aiunt Dialectici, ad veritatem indefinitam, quilibet singularis sufficit. Huic vero doctrinae non nihil videtur repugnare D. Thomae loco proxime citato ad 3. dicens. Quando datur indulgentia in detereminata, verbi gratia, qui dat auxilium ad fabricam Ecclesiae, intelligitur tale auxilium, quod sit conueniens ei, qui auxilium dat, & secundum illud plus vel minus de indulgentia consequetur. Vnde etiam aliquis pauper datus unum denarium, consequetur totam indulgentiam, non autem diues, quem non decet ad opus tantum, & fructuosum ita parum dare. Sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium dare, si ei obolum daret. Sed haec D. Thomae doctrina intelligi ac procedere videtur, quando forma indulgentiae, licet in specie verborum vnica & indefinita appareat, in virtute autem & in sensu est multiplex, quia includit plures quantitates proportionales respectu diuersarum personarum, iuxta earum qualitatem, seu facultatem. Tunc autem in vnaquaque illarum quantitarum potest intelligi latitudo inclusa in locutione illa indefinita: nam, licet auxilium postulatum à diuite maius sit quam postulat à paupere, tamen intra latitudinem auxilij postulati à diuite, aliquid est minimum respectu illius, aliud vero maius, vel maximum: & idem est proportionaliter in paupere: quauis fortasse secundum absolutam quantitatem minimum auxilium diuitis maius forte esse debeat, quam in paupere possit esse maximum. Nihilominus tamen, si diues intra suam proportionem attingat saltem minimam quantitatem, id satis erit ut totam indulgentiam lucratur, quia simpliciter implet conditionem ab eo postulatam. Et ob eandem causam, licet, alius aequae diues, maius auxilium tribuat, non plus fructus consequetur, quia non potest amplius quam totam indulgentiam lucrari.

Sed quid, si diues tam paruum auxilium tribuat, ut non attingat, minimam quantitatem sibi proportionatam? Videtur sane nihil omnino de indulgentia comparare, quia simpliciter non implet conditionem postulatam respectu intellectam, prout intelligenda supponitur: nam, ut D. Thom. dixit, Rex datus obolum, non potest dici auxilium facere. Nec D. Thom. dicit, huiusmodi diuitem aliquid de indulgentia consequi, si quidpiam minimum tribuat, sed expresse solum ponit negantem partem, scilicet, non lucrari totam; priorem vero affirmantem, scilicet, quod lucratur partem, non expressit. Et certe difficultate non caret: nam vel dando illam minimam quantitatem implet diues simpliciter conditionem postulatam, vel non, si implet totam indulgentiam obtinet; si vero non implet integre, sed tantum ex parte, nec totam indulgentiam, nec partem eius consequitur: quia, ut supra dictum est, non sufficit partem iniuncti operis implere ad partem indulgentiae consequendam. Et ideo existimo tunc solum consequi partem indulgentiae, & non totam, quando elargitio non est adeo parua, quin sufficiat ad implendam formam concessionis, seu conditionem in ea postulatam, & alias ex parte causae est insufficiens illa elargitio, propter paruitatem suam, ad complendam causam adaequatam sufficientem ad totum effectum indulgentiae; sicut iam explicatum est. Aduertit denique Diuus Thomas in illa solutione ad quartam haec omnia intelligenda esse, quando in forma concessionis indulgentiae eadem sit concessio pro omnibus. Aliquando enim expresse plus conceditur pro his, qui plus laborant, vel conferunt: tunc clarum est, inaequalitatem operis conferre ad inaequalitatem effectus, non tamen respectu eiusdem concessionis, sed respectu diuersarum, quia sunt veluti diuersae indulgentiae.

Atque in hunc modum existimant aliqui interpre-

Indulg. form. dicitur ad fabricam Ecclesiae, intelligitur tale auxilium, quod sit conueniens ei, qui auxilium dat, & secundum illud plus vel minus de indulgentia consequetur.

Quid sit minimum auxilium necessarium elemosynae largitur.

Cum in forma concessionis indulgentiae eadem sit concessio pro omnibus, tunc clarum est, inaequalitatem operis conferre ad inaequalitatem effectus, non tamen respectu eiusdem concessionis, sed respectu diuersarum, quia sunt veluti diuersae indulgentiae.

*Quorundam  
expositio  
Extrau.  
Antiquorū.*

*Interpretatio  
improbatur.*

tanda esse verba Bonifacii 8. supra citata ex Extrava-  
gant. Antiquorum: ita vt indulgentia plenissima ibi  
concessa non intelligatur tribui omnibus visitanti-  
bus Basilicas Petri & Pauli in anno Iubilæi, sed illis,  
qui maxima quadam deuotione illas frequentaue-  
runt: qui vero ab illa deuotione defecerint, non ple-  
nariam, sed aliam minorem indulgentiam conse-  
quantur, maiorem tamen vel minorem pro quan-  
titate deuotionis, & frequentia. Hæc vero interpre-  
tatio mihi nullo modo probari potest. Existimo e-  
nim ibi concessam esse plenissimam indulgentiam  
omnibus accedentibus ad dictas basilicas, verè pec-  
nitentibus & confessis, in prædicto anno Iubilæi,  
seruata forma ibi præscripta, scilicet, vt reuerenter ac-  
cedant, id est, pietatis & religionis causa, & quod, si  
Romani sint, per triginta dies saltem semel in die; si vero  
sint peregrini, aut forenses, saltem per quindecim dies di-  
ctas basilicas visitent. Hæc enim fere sunt verba Pon-  
tificis, per quæ nihil aliud requirit ad illam plenissi-  
mam indulgentiam: ergo qui hoc fecerit, huc cum  
magna, siue cum parua deuotione id faciat, siue vl-  
tra præscriptos dies pluries visitet basilicas, siue non,  
totam illam indulgentiam consequetur. Quid ergo  
sibi vult Pontifex cum subdit aliquid amplius con-  
secuturos illos, qui amplius, & deuotius dictas basi-  
licas visitauerint? nam ultra plenissimam indulgentiam  
nihil amplius in effectu indulgentiæ excogita-  
ri potest. Respondeo primum, Pontificem non di-  
cere, hos consecuturos esse maiorem indulgentiam;  
nam verba eius sunt: Plus merebitur & indulgentiam  
efficacius consequetur. Ex quibus prius verbum facile  
potest intelligi de merito ex opere operantis, quo-  
modo manifestum est, eum, qui frequentius & deu-  
otius exercet religionis opera, ceteris paribus, plus  
gratiæ & gloriæ mereri.

*Gloss.*

*Vera expo-  
sio.*

Atq; in eundem sensum conatur Glossa ibi addu-  
cere posterius verbum, ita, vt efficacius consequi in-  
dulgentiam, nõ sit maioris penæ remissionem ob-  
tinere: quia hoc repugnat, cum tota pena omnibus  
remittatur, sed sit maiorem gratiam consequi, quæ  
de se efficacius operatur ingressum Regni celo-  
rum, quem etiam indulgentia operatur. Est tamen  
difficilis expositio, & vim quandam inferens verbis.  
Et ideo dicere possumus, efficacius consequi, ni-  
hil aliud esse, quam certius, & quantum est ex parte  
causæ, cum maiori efficaciac consequi eundem effe-  
ctum. Addo insuper, fortasse voluisse Pontificem  
per illa verba aliquid noui concedere: nam ex vi  
prioris cõcessionis, qui per triginta dies visitat basi-  
licas, statim completa vltima visitatione consequi-  
tur indulgentiam plenissimam: postea vero licet plu-  
ries intra eundem annum visitet easdem Basilicas,  
nihil amplius remissionis consequeretur ex vi prio-  
rum verborum. Fortasse ergo per illa verba voluit  
Pontifex, vt qui post definitum dierum numerum  
amplius & deuotius easdem basilicas visitauerint,  
semper aliquid nouum de indulgentia consequan-  
tur, quoad scilicet peccata, quæ postea commiserunt:  
hoc enim modo non repugnat post plenissimam in-  
dulgentiam maiorem remissionem fieri: nam in hac  
vita, facile nouum reatum contrahimus post plenissi-  
mam indulgentiam de prioribus peccatis compara-  
ratam.

*An eodem opere possit quis lucrari diuersas indul-  
gentias diuersis viis sibi concessas.*

Atque hinc obiter responderi potest ad quoti-  
dianam interrogationem, an eodem opere pos-  
sit quis lucrari diuersas indulgentias, quæ diuersis  
viis illi concessæ sunt; vt verbi gratia, habet quis  
multa grana benedicta, & in singulorum benedi-  
ctionibus concessus est, verbi gratia, annus indul-  
gentiæ, dicendo orationem Dominicam: quæ ergo  
Fr. Suarez tom. 4.

A solet an semel dicendo, plures lucratur. Similitè  
conceditur aliquando visitanti talem Ecclesiam, vt  
tot annos indulgentiæ lucratur, & præterea omnes  
indulgentias, quas consequuntur qui illo die visitat  
tales, vel tales Ecclesias Romæ, in quibus sunt alia  
concessiones, tam similes, quam dissimiles: dubita-  
ri ergo solet, an vno actu, & eadem oratione omnes  
illæ indulgentiæ simul obtineantur. Et videtur qui-  
dem negative respondendum, quia aucta indulgen-  
tia, necesse est augeri causam. Nam, quæ erat pro-  
portionata causa ad vnam indulgentiam, non erit  
proportionata ad totam remissionem, quæ per o-  
mnes simul fit. Item quia alias eadem breui oratio-  
ne multæ animæ à purgatorio liberarentur, si in sin-  
gulis granis vel Ecclesiis esset similis concessio. A-  
liunde vero apparet, ex vi alium concessionum v-  
no actu comparari plures indulgentias, nam sim-  
pliciter fit quod vnaquæque exigit, & non est ratio  
cur vna magis quam alia obtineatur. Item hac de  
causa eodem actu, & tempore implètur duo præce-  
pta, ergo similiter &c. Res profecto videtur ambi-  
gua, multumq; pendens ex forma indulgentiæ, quæ  
semper attendente consideranda est.

Loquendo tamen regulariter quoties plures in-  
dulgentiæ coniunguntur in vna persona diuersis  
viis, id est, per distincta priuilegia, aut diuersa grana  
benedicta, opinor non comparari omnes vno actu,  
sed singulis actibus, quia vnaquæque postulat talem  
actum applicatum ad talem finem vel effectum, vt  
causam saltem partialem talis concessionis: idem  
autem actus finitus applicatus ad multa, minor est  
in singulis: vnde, ceteris paribus, nõ reddet propor-  
tionatam causam ad tot indulgentias simul sumptas:  
ergo sic operans tantum lucrabitur vnam, suam in-  
tentionem determinando, vel si nullam determi-  
nauerit, quod videtur securius, ratione omnium si-  
mul eandem quantitatem lucrabitur.

Atq; hæc ratio probat idem esse dicendum, quan-  
do plures indulgentiæ diuise in multis locis vel per-  
sonis, coniunguntur in eodem loco vel persona, per  
vnam tantum concessionem nouam, vt quando  
per Bullam Cruciatæ, verbi gratia, conceduntur o-  
mnes indulgentiæ vrbis Romæ: intelligendum est  
enim concedendi facultatem ad lucrandas omnes  
illas, non tamen omnes simul vno actu, nisi aliud  
constet ex tenore Bullæ. Vt si, verbi gratia, conceda-  
tur statim propter ipsam elemosynam, & Bullæ re-  
ceptionem, nam tunc non habet locum multiplicatio  
actuum, sed ille solus vt relatus ad aliquod com-  
munè bonum, reputatus est causa sufficiens ad tan-  
tam remissionem, quanta ex omnibus illis indul-  
gentiis, simul sumptis confurgit. Est autem mihi val-  
de verisimile has distributiones intelligendas esse  
de indulgentiis diuersarum rationum, quia non vi-  
detur credibile tantam aggregationem fieri, etiam  
similium indulgentiarum; est enim nimis exces-  
sus, qui regulariter apparet ultra portionem causæ.

Multo autem certius est sub hac generali colle-  
ctione non comprehendi indulgentias plenarias,  
nisi exprimentur, vt supra actum est ex regula Câ-  
cellariæ, & stylo Curie, & speciali difficultate, quæ  
merito est in concessione indulgentiæ plenariæ. I-  
demq; dicendum est de indulgentiis pro defunctis,  
non enim comprehenduntur sub simili generali cõ-  
cessione, nisi expresse addatur, Tam pro viuis, quam  
pro defunctis, vt etiam constat ex superius dictis. Plura  
de hac re videri possunt in Supplem. Gab. d. 43. qu. 3.  
art. 3. dub. 3. qui idem sentit, & Cordub. q. 35. qui ex  
parte dissentit: putat enim vnum actum sufficere ad  
plures indulgentias huiusmodi obtinendas: quod  
est probabile, præsertim si talis actus non sit iterabi-  
lis, vt est ieiunium vnius diei, dummodo apud De-  
um talis actus sit causa proportionata respectu toti-  
us remissionis, quæ ex pluribus illis indulgentiis  
coalescit.

*10  
Debiti resp.  
lucio,*

*11*

*12  
Sub genera-  
li concessio-  
ne indulgen-  
tiarum ali-  
cuius loci, nõ  
veniunt ple-  
naria, nec  
pro defun-  
ctis  
Supplem.  
Gab.  
Cordub.*

## SECTIO XI.

*Utrum propter gratiam & opus iniunctum requiratur aliqua alia dispositio actualis, uel habitus ex parte recipientis indulgentiarum fructum.*

**H**AE c quaestio proponitur à recentioribus autoribus propter Caiet. qui in 1. to. Opusc. tract. 10. q. 1. præter prædictum opus requirit specialem quandam dispositionem ad fructum indulgentiarum obtinendum, nimirum præparationem animi, & sollicitudinem quandam ad satisfaciendum per propria opera pro peccatis suis: ita ut si quis sit ita dispositus, ut habeat animum nunquam exercendi opera poenalia, ut pro suis peccatis satisfaciat, uel in hoc sit nimis negligens, non consequatur indulgentiam, etiam si totam diligentiam in eo postulatam exhibeat, & ex parte aliarum causarum nihil desit, quod ad valorem indulgentiarum necessarium sit. Addit uero Caiet. tam grauem esse posse causam indulgentiarum, ut inde suppleri possit, uel in totum, uel ex parte, defectus prædictæ dispositionis in recipiente. Pro hac sententia refert Soto d. 21. qu. 2. art. 3. Altiſiodorensis, & Paludanum. Sed apud Paludanum nihil inuenio, neque ipse locum designat. Altiſiodorensis autem opinio diuersa est, quia non agit de dispositione, sed de capacitate indulgentiarum, ad quam requirit, ut homo sit impotens ad satisfaciendum; quia per indulgentiam non potest relaxari, nisi ea pars poenæ, pro qua homo satisfacere non ualet. Quæ opinio longe improbabilior est quam opinio Caietani, de qua in superioribus dictum est, quia fere omnino enervat & tollit facultatem concedendi indulgentias: & infra iterum occurrit sermo de illa, tractando de causa indulgentiarum. Opinio ergo Caietani noua fuit, ut ipse fateatur, eamque sequutus est Nauarr. in Comment. de Iubileo, notab. 21. Fundamentum huius sententiæ esse potest, quia non est dignus alieno adminiculo, qui negligens est in subueniendo sibi ipsi, eum facile possit; esset enim illa indiffereta dispensatio thesauri, & potius prodigalitas, quam liberalitas, nec redundaret in ædificationem, sed in destructionem, quia esset fouere fidelium negligentiam & torporem in satisfaciendo pro suis delictis. Sicut in materiali thesauro Reipublicæ imprudens esset dispensatio, quæ fieret ad soluenda eorum debita, qui facile possunt de suo illa soluere, solumque propter negligentiam, uel auariciam id omittunt.

*Sollicitudinem ad satisfaciendum pro propria poena non esse dispositionem necessariam ad fructum indulgentiarum.*

**N**ihilominus conuerſaria sententia mihi moraliter certa est. Et in primis fuit communis Theologorum in 4. d. 20. ante Caiet. ubi D. Tho. eam supponit, & Quodlib. 2. artic. vlt. quibus, locis ex parte recipientis nihil aliud requirit, nisi fiat gratia, & quod opus iniunctum impleat. Et animaduertit, in forma indulgentiarum saepe dici, *Pœnitentibus & confessis*, nunquam uero dici, *Et satisfactis*, quia indulgentia conceditur loco satisfactionis. Eadem fuit opinio communis Canonistarum cum Calderino in cap. *Nostro*, de Pœnit. & remis. ut Nauarr. etiam faceret: Et eadem defendit Soto supra, & Corduba quæst. 37. Fundamentum est, quia potestas concedendi indulgentiam ex rationabili causa est efficax, & infallibiliter habet effectum, quem intendit dispensator, & per sua uerba declarat, remoto obice ex parte recipientis: sed dispensator absolute concedit indulgentiam faciendi tale opus, per quod impletur iusta causa indulgentiarum, ut supponimus: ergo in-

**A** fallibiliter habet effectum in eo, quæ est in gratia, quantumuis alioqui fuerit negligens: quia sola carentia gratiæ, & duratio culpæ est obex, per se impediens effectum remissionis poenæ: illa autem negligentia non est obex, quia non reddit hominem incapacem poenæ.

**D**ices, Licet non reddat incapacem, reddit indignum & indispositum, quod satis est: Sicut absolutio sacerdotis non remittit totam poenam in sacramento poenitentiarum ei, qui est remissus & negligens in seruendo contritione elicienda, non quia sit incapax; nihil enim repugnat remitti ei totam poenam: sed quia est indignus & indispositus ad effectum a deo perfectum. Sed contra hoc est, quia in indulgentiarum concessione per se non attenditur actus recipientis tanquam dispositio eius, sed tanquam completens causam sufficientem ad indulgentiarum concessionem; alioqui non est necessarius talis actus, nisi quatenus uoluntarie & superabundanter, ut sic dicam, à dispensatore postuletur ut conditio sine qua non: quod totum in superiori sectione ostendimus, & constitutum discrimen quoad hoc inter sacramentum & indulgentiam: e go & conuerso, nulla potest esse indispositio & indignitas ex parte recipientis indulgentiam, quæ impediatur eius effectum, si alioqui ex parte finis supponitur sufficientis causa, & ex parte subiecti capacitas per gratiam. Et declaratur ex doctrina D. Thomæ nuper citata: nam, sicut in forma indulgentiarum nunquam dicitur, *Et satisfactis*, quia indulgentia datur loco satisfactionis; ita etiam non dicitur, *uolentibus*, aut *curantibus satisfacere*, quia qua ratione satisfactio necessaria non est, eadem nec uoluntas, uel sollicitudo satisfaciendi, quia totum hoc supplere potest indulgentia, & hoc dispensator intendit, cum talem conditionem requirat, quam nos addere debemus.

**S**ic dicunt aliqui, in particula illa, *Et uere poenitentibus*, quæ poni solet in forma indulgentiarum, includi hanc conditionem, quia non est uere poenitens qui non habet uoluntatem satisfaciendi. Et fortasse olim solum concedebatur indulgentia de poenitentibus iniunctis, ut præcederet acceptatio poenitentiarum, & uoluntas implendi illam. Sed hæc sine fundamento excogitata sunt: nam uoluntas satisfaciendi in hac uita pro poena temporali, intrinsece & per se non est de ratione ueræ poenitentiarum, ut in superioribus dictum est. Unde, secluso sacramento poenitentiarum, potest quis prius habere contritionem ueram de peccatis, & postea esse negligentem in satisfaciendo sine nota culpa, præsertim mortali: ergo locum habet indulgentia in tali homine, ut uere poenitente, quantumuis in reliqua satisfactione negligens sit, iuxta illam uero antiquam formam, & admissio illo sensu eius, necessaria quidem erat tunc ante indulgentiam acceptatio poenitentiarum iniunctæ, non tamen propter indulgentiam, sed propter sacramentum, & confessoris præceptum, quod præcessisse supponebatur. Adhuc tamen non erat tunc necessaria uoluntas uel sollicitudo satisfaciendi pro peccatis, tum quia poterat poenitens peccare & procurare minimam poenitentiam à sacerdote imponitum maxime, quia posset acceptare poenitentiam non animo implendi illam, sed commutandi seu compenſandi eam per indulgentiam, quod propositum non impediret efficacitatem indulgentiarum. Quin potius Paludanum Adrianus & alij, qui putant, per talem indulgentiam non remitti nisi poenam proportionatam poenitentiarum sacramentalium iniunctæ, admovent poenitentes, ut postulerent graues, & rigorosas poenitentias, etiam si non intendant eas exequi, sed per indulgentias redimere, ut hoc modo indulgentiarum illarum maiorem habeant effectum: quod consilium, supposita illa sententia, non esset contemnendum, quidquid Caietanus, & Soto dicant.

Acce.

Argumento ad hominem contra Caietanum vult sententia probatur.

Accedit tandem, quod Caietanus fateatur, tam grauem & excellentem esse posse causam, quæ mouet Pontificem ad concedendam indulgentiam, vt illa habeat effectum etiam in his, qui carent illo affectu, & sollicitudine satisfaciendi. Interrogo igitur, an oriatur hoc præcisè ex perfectione talis causæ, vel ex Pontificis voluntate. Primum dici non potest, quia finis, quantumuis perfectus, non inducit effectum sine efficiente causâ, quam immediate mouet ad operandum: hic autem causâ efficiens indulgentiæ, & effectus eius est Pontifex seu dispensator, qui per voluntatem suam operatur. Si autem dicatur secundum, interrogo rursum, vnde colligat in eo casu Pontificis voluntatem, non enim habetur ex aliquibus specialibus verbis, quibus in eo casu declarat se velle indulgentiam valere etiam negligentibus: nunquam enim adduntur hæc verba, nec talis forma concessionis est in vsu. Ergo solum colligi potest ex absoluta & generali concessione sine alio graamine: ergo, quoties indulgentia conceditur per similia verba, eadem Pontificis voluntatem indicant, non enim mutant significationem, aut sensum, propter maiorem vel minorem causam, quæ mouet Pontificem, ergo eandem efficaciam habet indulgentia, etiam si ex causâ adeo graui non procedat, quæ efficacia immediate oritur ex voluntate Pontificis. Dices, etiam voluntatem non sufficere sine causâ. Respondeo, quidquid de hoc sit, quod infra videbimus, non tamen esse necessarium, vt illa causâ sit excedens seu perfectissima, nam sufficiens satis est: potest autem sufficiens, etiam non sit adeo eminens, vt Caietanus exigit. Imo ad sufficientiam causæ aut nihil, aut parum refert, quod is, qui lucratur indulgentiam, fuerit diligens in satisfaciendo, nec ne, nâ causâ illa consistit in re aliquo honesto, & compleri solet ex bono opere iniuncto, quod totum locum habet tam in diligentibus quàm in negligentibus, in satisfaciendo.

Eius finis ostenditur.

Modus probabilis explicandi superior sententiam.

Potest tamen aliquis vim harum rationum effugere, & priorem opinionem interpretari, dicendo, pensatis omnibus, maiorem causam necessariam esse ad concedendam indulgentiam negligentibus, quàm diligentibus, ideoque cæteris paribus accidere posse, vt eadem indulgentia sit efficax in vno, non verò in alio, vel non omnino integre, quia respectu illius causâ non est ita sufficiens, sicut respectu alterius. Quod profecto nec est improbabile, nec facile potest impugnari, quia eadem causâ potest esse magis proportionata respectu vnius personæ, quàm respectu alterius, vt respectu Principis, quàm plebei, vel respectu viri sancti, quàm peccatoris: cur ergo non poterit idem dici in præsentibus? nam & Deus ipse facilius est in remittendo, vel præbendo auxilium diligentibus, quàm negligentibus. Neque inde fit, potestatem concedendi indulgentias coarctatâ esse ad solos eos, qui in satisfaciendo diligentes sunt, aut illam dispositionem esse in vniuersum necessariam ad fructum indulgentiæ: sed solum sequitur, negligentibus habere quandam minorem proportionem, ideoque liberalitatem respectu eorum esse maiorem, ac proinde maiorem causam postulare, quod non est improbabile: imo id probabiliter suadent rationes factæ pro Caietano, qui si hoc tantum voluit, non multum cum illo contendendum est. Fieri hoc verisimilius, si de eo tantum intelligatur, qui inuitu & spe indulgentiæ opera satisfactoria negligit, nam ille profecto videtur indignus tanto beneficio, vel saltem esse minus proportionatus, quàm ille, qui ex fragilitate humana illa omittit: nam potius ad suppleendam huiusmodi imperfectionem, & conditionem hominis, indulgentiæ conceduntur.

Causam, quæ sufficiens est ad concedendam indulgentiam.

Nihilominus tamen simpliciter fatendum est, indulgentias absolute concessas, omnibus quantumuis negligentibus prodesse, quantum est ex se, & ex potestate & voluntate concedentis: & probabilius etiam esse, illam causam, quæ sufficiens est respectu

diligentium, esse etiam sufficientem respectu negligentium, si in gratia sint, vt supponimus: quia non est contra rationem indulgentiæ, velle etiam satisfactioem differre, donec per indulgentiam redimi possit: neque illa voluntas, cum peccaminosa non sit, facit hominem indignum hoc beneficio. Sicut in dispensatione voti aut legis, non fit aliquis indignus illa, eo quod, si licite valeat, cupiat leuari tali debito: & causâ, quæ alioqui esset sufficiens ad dispensationem, non fit insufficientis respectu talis personæ, propter illam voluntatem. Denique in re fauorabili non est cur addamus conditiones, quæ nimium restringant fauorem, qualis in præsentibus est illa, de qua agimus: nam fere omnes homines negligentes sunt in satisfaciendo pro peccatis: & ideo paucissimi essent qui indulgentias lucrarentur.

diligentiam respectu diligentium esse sufficientem respectu negligentium.

Maxime cum rationes Caietani vrgentes non sint, nam ex dictis facile solvuntur. Etenim qui negligens est in subueniendo sibi ex propriis bonis vel actionibus, licet negatiue possit dici indignus, seu non dignus alieno subsidio; non tamen potest dici positue indignus aut repugnans huic subsidio, sed potius dicendus est indigens illo. Vnde nec contra prudentiam, nec contra amicitiam erit, tale subsidium illi conferre: imo sæpe potest esse opus prudentiæ, & amicitia, maxime quando illud subsidium non ex necessariis, sed ex superabundantibus bonis confertur, sicut fit in dispensatione indulgentiarum. Neque per hoc fouetur negligentia aut tepiditas eorum, qui opera satisfactoria prætermittunt, sed suppletur & iuuatur eorum fragilitas. Quod si ipsi inde sumunt occasionem remissius agendi, illud est accidentium in commodum, cui alius mediis occurrendum est, vt in superioribus tetigimus.

8. Fundamentum Caietani innotuit.

DISPVATIO LIII.

De defunctis, quibus indulgentia prodesse possunt.



Hæc est altera pars causæ materialis, seu subiectiue indulgentiarum. Circa quam, primum videndum est, an poena alterius vitæ possit remitti animabus iam separatâ a corporibus per indulgentias Ecclesiæ: deinde vero quomodo, seu quam certa & infallibili lege hoc fiat.

SECTIO I.

Virum anime defunctorum sint capaces fructus indulgentiarum.

Ratio dubitandi sumitur ex verbis Christi Matt. 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in calis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in calis. Expendenda est enim illa particula, super terram, ex qua constat Petro tantum esse datam potestatem ligandi & soluendi homines super terram viuentes. Neque enim particula illa, super terram, referenda est ad eos qui ligant, aut solvunt, vt quidam putant, sed ad eos qui ligantur & solvuntur: non enim voluit Christus per illam particulam significare statum eorum, quibus illâ potestatem concedebat, satis enim manifestum erat hominibus mortalibus in hac vita degentibus illam concedere: sed voluit amplificare, & definire terminos iurisdictionis & potestatis, quam Petro promittebat, amplificauit enim illâ ad vniuersum orbem, & intra superficiem terræ contineri voluit. Quomodo si Rex, mittens Gubernatorem in Indiam, ei diceret: Quodcumque in India iudicaueris aut statueris, validum erit: per illam particulam, in India, non tã intendit indicare, aut requirere locum

Ratio dubia tan. Matih. 16.

Innoc. 3.  
Aug.

presentiam Gubernatoris in India, vt in ea possit iurisdictionem exercere, quam explicare terminos, intra quos talis iurisdictione continetur, vt ex communi vsu & intelligentia constat. Atque ita intellexisse videtur illam particulam Innocentius 3. in c. Anobis, 2. de sent. excomm. & August. lib. 1. de Doctr. Christ. cap. 18. dicens, *Has clauas dedit Christus Ecclesie suae, vt quae solueret in terra, essent soluae & in caelo.* Estque communis expositio interpretum in illo loco. Ex his ergo sic concluditur: nam indulgentiarum effectus est quadam solutio à reatu peccatorum, quae virtute clauium fit: sed talis solutio solum fieri potest circa homines degentes super terram: ergo fructus indulgentiarum his solum communicare potest: ergo animae Purgatorij non possunt esse indulgentiarum participes. Et confirmatur (quanuis fere in idem redeat) quam concessio indulgentiae est actus iurisdictionis, vt supra dictum est, & constat ex c. *Quod autem*, de Poenit. & remiss. sed Pontifex non habet iurisdictionem in Purgatorij, vt patet ex eisdem verbis propositis, quia solum habet illam super terram, & quia iam non est iudex illarum animarum, sed à Christo immediate iudicatus sunt, & ad illas penas ligatae: ergo non possunt ab illis solui ab alio iudice non suo.

Opinio negans.  
Hosiens.

Heretici circa hoc non habent nouum errorem, praeter tractatos & resutatos in superioribus, nimirum, quod nullum sit Purgatorium, aut quod suffragium viuientium non valeat defunctis, ex his enim principiis aliqui negant indulgentias prodesse defunctis, non vero aliquo ex speciali principio ad hanc materiam spectante. Et ideo de his erroribus nihil hic amplius dicere necesse est. Illis ergo omisis, inter Catholicos, Hosiensis in Summa lib. 5. sub tit. de Remissionibus §. *Quibus profunt*, & §. *Vbi operantur*, negauit simpliciter indulgentias prodesse defunctis, quem sequutus est Gabr. lect. 57. in Canonem. Idemque tenuit Gerson Alph. 60. lit. B. seu in 4. to. serm. 2. de Defunctis. q. 9. qui moti sunt ratione dubitandi in principio tacta: & quia indulgentiae (ait Gerson) ordinatae sunt pro his, qui submittunt se Curiae misericordiae, quae durat vsque ad mortem, non vero post mortem.

Gabr.  
Gerson.

*Defunctos esse fructus indulgentiarum capaces, vera solutio.*

Felin.  
Nauar.  
Caiet.  
Turrian.  
Gerson.  
Gabr.

Nihilominus dicendum est, indulgentiarum fructus etiam posse applicari & prodesse defunctis. Hae est sententia communis Theologorum in 4. d. 20. & 45. Quam etiam sequuntur Canonistae, vt patet ex Felino in tract. de Indulgentiis n. 30. vbi plures refert, & Nau. Comment. de Iulib. notab. 22. tractat etiam ex professo Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 16. q. 5. & 6. Turrian. libr. de Dogmat. character. quem locum etiam ipse citat libro 4. contra Magdeburgenses cap. 14. Tenuit etiam Gerson Alphab. 33. lit. M. & in fine, alias tom. 2. Operum tractat. de Absolutione defuncti. Carthusienium, & tract. de Indulgentiis, considerat. 11. Tenuit etiam Gabr. in Additione ad lect. 57. in Canonem retractatis priorem sententiam propter declarationem Sixti 4. quam prius non viderat (vt refert) in qua definiuit, indulgentias valere defunctis, quando ad illos expresse extenduntur per Summum Pontificem.

Vige Vuol.  
phangum  
lib 12. do  
Rep. Romae.  
Fundamentum.

Fundamentum autem huius veritatis est communis sensus & traditio Ecclesiae, quod partim nobis constat ipsa experientia & vsu, partim ex antiquis autoribus, D. Thom. & aliis; non potest autem vniuersa Ecclesia errare in re tanti momenti. Item supponit hae veritas duas alias in superioribus tractatas, vna est, esse aliquas defunctorum animas penitus temporalibus subiectas. Alia est, inter viuentes & defunctos posse esse communicationem suffragio-

rum, ita vt suffragia viuientium pro defunctis oblati possint illis ad remissionem peccatorum prodesse. Ex his ergo principiis colligimus, etiam posse Ecclesiam militantem subuenire per indulgentias animabus defunctorum, quia hoc nihil aliud est quam quoddam suffragium, quod non magis repugnat pro defunctis offerri, quam caetera. Praeterea, quia indulgentiae conceduntur ex thesauro satisfactionum Christi, & Sanctorum: sed satisfactio Christi, quantum est ex se, non solum viuus, sed etiam defunctis indigentibus & capacibus prodesse potest: sancti etiam cum superabundantes satisfactiones operantur, quantum est ex se voluntatem habent implicitam: vel explicitam, vt profunt omnibus etiam defunctis, ad quos non minus se extendit charitas, quam ad viuentes: ergo credendum omnino est reliquisse Christum in Ecclesia modum aliquem, quo possit hic thesaurus etiam defunctis dispensari: sed hic thesaurus non dispensatur nisi per indulgentias, extra sacramenta, & sacrificia: ergo possunt indulgentiae defunctis etiam aliquo modo communicari.

Sed quaeres, qua certitudine haec assertio tenenda sit. Respondet, olim non fuisse rem adeo declarata in Ecclesia, ideoque potuisse Catholicos viros circa illam errare, aut dubitare: iam vero res est adeo constans, vt sine errore negari non possit. Primo quidem propter communem consensum Scholasticorum, in quem iam vniuersa Ecclesia conspirauit. Secundo propter Ecclesiae vsum, quem esse satis antiquum constat ex D. Thom. in 4. d. 45. q. 2. art. 3. quae sitio, 1. vbi illum refert: tum etiam propter auctoritatem multorum Pontificum, qui vel facti ipso, vel etiam doctrina hanc veritatem confirmarunt: nam Sixtus 4. vt ex Gabr. retulimus, doctrinam hanc approbavit, item Leo X. in Bulla contra Lutherum, & in Epistola ad Caietanum missa, quam supra citauimus, & eodem 3. p. q. 48. art. 1. Idem vero Sixtus III. Innocentius VIII. Pius II. Calixtus, Paschalius, & alij, quos Gabr. supra refert, indulgentias pro defunctis concessere: impium autem esset dicere eos Ecclesiam decepisse.

Hinc secundo certum est apud omnes, inter defunctos solum posse indulgentias prodesse animabus Purgatorij: nam animae iam beatae illis non indigent, quia nullum debitum habent: & eadem ratione animae, quae ante Christi aduentum erant in sinu Abrahae, non erant capaces indulgentiarum (etiam si fingeremus eo tempore potuisse esse vsu illarum) quia nullum erat in eis debitum personale, quod non esset iam solutum & remissum, prius quam illum locum intrarent: debitum autem totius naturae non poterat per indulgentias solui: sed per solam Christi mortem & passionem. Rursus neque animae damnatae propter mortale peccatum sunt capaces indulgentiae, quia sunt indignae & incapaces omnis liberalis remissionis, maxime cum ostensum sit, neminem extra statum gratiae existere esse capax indulgentiae. Vnde animae damnatae propter solum originale peccatum duplici titulo sunt incapaces indulgentiae, quia carent gratia, & non habent debitum temporalis poenae, ex aliquo actuali peccato contractum. Si quis vero fingeret aliquem decessisse in originali peccato cum solo veniali, ille etiam esset incapax indulgentiae ob defectum gratiae, & praeterea, quia non posset consequi remissionem ipsius venialis culpae, & consequenter nec poenae. Relinquitur ergo solas animas Purgatorij esse capaces fructus indulgentiarum. Sicut etiam supra ostensum est solas illas inter defunctorum animas esse capaces suffragiorum: est enim eadem ratio de indulgentiis, quia per modum cuiusdam suffragij illis applicatur. Item solae animae Purgatorij sunt aliquo modo in via vt recte dixit Abulens. Matt. 25. q. 72. 4. quia nondum perueniunt omnino ad terminum, sed peregrinantur à Domino, & per fidem ambulant, & ideo solae illae sunt capaces

Quam sit certissima.

Communis opinio est.

D. Thom.

Sixtus 4.  
Leo 10.  
Caiet.

6. Affinit.

est huius subsidij. An verò omnes sint capaces, dubitari potest propter illas, quæ in hac vita non habuerunt characterem baptismi, q̄ infra videbimus.

His verò addendum est tertio, indulgentiam tunc solum prodesse defunctis, quando in ipsa indulgentiæ forma, seu concessione id expressè declaratur. Ita D. Thom. d. 45. & Bonau. dist. 20. & Alenf. qu. 82. vt sectione sequenti latius referemus. Et probatur, quia nemo potest pro alio indulgentiam lucrari, sed tantum pro seipso, nisi in ipsa indulgentia expressè concedatur: at verò animæ Purgatorij non possunt ipse per se ipsas, seu pro seipsis lucrari indulgentias, quia nō possunt per se exequi opera, quæ pro indulgentiis lucrandis imponuntur: ergo solum participat fructus indulgentiarum mediis operationibus viuentium, qui pro defunctis indulgentias lucrantur: ergo necesse est vt in ipsomet indulto hæc facultas expressè concedatur. Hæc est ratio D. Thomæ & aliorum quæ supponit, vt indulgentias non posse directè & immediatè concedi defunctis, sed solum indirectè media actione viuorum: quod habet difficultatem infra tractandam. Ad præsentem verò assertionem confirmandam id nō refert: nam, & si diceremus posse indulgentias directè concedi defunctis, necessarium nihilominus esset eos exprimi in forma concessionis; nam indulgentiæ eis tãtum vtilis sunt, ad quos directè referuntur: quia indulgentiæ, sicut nō plus valent, quàm sonant, ita etiam non pluribus profunt, quàm exprimant. Dices, saltem nō esse necessarium, vt in specie declarentur defuncti, sed satis esse vt generatim indulgentia concedatur fidelibus, seu omnibus fidelibus, & quod ad eius effectum nihil exigatur, quod in defunctis inueniri non possit. Respondetur iuxta communem Ecclesiæ vsum, id satis non esse, nam ob hæc causam quoties indulgentia ad mortuos extenduntur, expressè dicitur, *Fidelibus visis, & defunctis*: nam fidelium nomine, si nihil aliud explicatur, tantum viuentes comprehenduntur, vel quia illi tantum simpliciter sunt in statu viatorij, vel quia illi soli proprie & immediatè subiiciuntur clauibus Ecclesiæ. Ad rationem dubitandi in principio factam patebit responsio ex sectione sequente.

SECTIO II.

Vtrum indulgentiæ valeant defunctis per modum absolutionis, vel tantum per modum suffragij.

**Q**uestio proponitur propter difficultatem tactã in præcedenti sectione, ratione cuius inuenta est hæc distinctio de duplici modo concedendi indulgentias, scilicet per modum absolutionis, & per modum suffragij: vt videlicet defunctis nō per modum absolutionis sed per modum suffragij valeant: Vt verò necessitas & sensus huius distinctionis, & responsionis intelligatur, eã examinare necesse est. Quidam enim dixerunt, animas Purgatorij vere esse subiectas clauibus quoad aliquos actus, quorum sunt capaces, inter quos vnus est solutio per indulgentiam. Ita sensit quidam Ioannes Angeli, vt refert Maior in 4. distinctione 20. quæstion. 2. vbi etiam Bonau. 2. p. d. q. 5. in fine sic inquit, *Si quis contendat Vicarium I. E. S. Christi habere iudiciariam potestatem super eos, qui sunt in Purgatorio, non est ei multum resistendum, dum tamen hoc dicit ratio, vel auctoritas manifesta.* Potestq; hæc sententia suscipi, quia Christus concessit Vicario suo plenitudinem potestatis, quantum & homini puro conuenienter dari oportebat, & ad Ecclesiæ ædificationem spectare poterat: sed sub hac amplitudine merito comprehenditur hæc iurisdictionis in animas Purgatorij, præsertim quoad actus soluendi illas: ergo, Minor per se nota videtur, quia illa concessio nullam includit repugnãtiã, aut inæcclesiã, pertinetq; ad vtilitatem fidelium, estq;

A consentanea diuinæ misericordiæ, & qua non sunt exclusæ animæ Purgatorij, etiam in commutatione pœnarum, quas luunt, vt insinuat Gerfon in obsecratione sua: alioqui neque essent capaces suffragiorum fidelium, quod omnino falsum est. Quauis enim Deus sine iusta solutione illam pœnam non remittat, & in hoc seruet iustitiæ integritatem, tamen in admittenda commutatione, vel solutione, per alios, aliquam gratiam, seu misericordiam exereet. quæ in illo etiam statu locum habet: ergo etiam in absolutione per indulgentias locum habere potuit.

Minor autem propositio sufficienter colligi videtur ex generalibus Christi verbis, *Quod unque solueris*. Neque enim obstat additio illa, *super terram*, primo quidem, quia probabiliter coniungi potest cum eo qui soluit, non cū eo qui soluitur. Vel melius potest referri ad actum soluendi, non ad obiectum solutionis, vt sic dicam, id est, quod actus soluendi fiat super terram, non vero res pro qua, vel per quam fit solutio. Nam satisfactiones Sanctorum per quas, seu ex quibus fit solutio, iam non sunt super terram, sed in acceptatione diuina: ergo necessarium non erit, personam, aut reatum pro quibus fit solutio, esse super terram. Quod si dicas, pretium huius solutionis, id est, satisfactiones Christi, & Sanctorum, in terris fuisse comparatum, & dominium, seu ius in illud, relictum esse hominibus in terra degentibus: dicemus similiter, peccata animarum Purgatorij super terram fuisse commissa, ideoque etiam homines in terra existentes posse habere ius soluendi, seu absoluedi ab illis. Maxime cū delinquens soleat forum acquirere vbi deliquit, ratione delicti. Denique, cū Christus ait, *solutus erit & in caelis*, non loquitur de obiecto solutionis, sed solutione ipsa: ergo de eadem solutione agit cum dicit: *Quodcūque solueris super terram*: nam illa duo verba, *In caelis, & super terram*, ad idem referuntur, vt solutio, quæ in terris fit, confirmetur in caelo: ergo.

Tertio, non oportet intelligere, *super terram*, id est, super connexam terræ superficiem; satis enim est esse super quamcūque partem terræ: hoc autem modo etiam animæ Purgatorij sunt super terram, tum substantialiter, quia licet sint sub hac terra, quam inhabitamus, tamen eū non sint in infimo loco, aliquo modo super terram: tum etiam quoad statum, quia nondum sunt in termino, sed adhuc sunt in via, aliquando enim à terra in cælum migraturæ sunt, ideoque adhuc in terra seu super terram versantur. Quam responsionem indicauit Alex. Alenf. 4. par. q. Alenf. 82. alias 23. memb. 6. Et confirmari potest ex Innocentio III. in dist. ca. *A nobis*. s. *Neque obstat*, vbi ait, nō obstante particula illa, *super terram*, Ecclesiam in aliquibus casibus mortuos ligare & soluere, indicans aliquos mortuos sub illa particula posse comprehendendi. Vnde etiam obiter confirmatur prædicta opinio: nam in aliis casibus Ecclesia soluit defunctos exercendo verum actum iurisdictionis per clauis, scilicet, absoluedo ab excommunicatione: ergo pari ratione potest per veram iurisdictionem absoluedo à pœna concedendo indulgentias. Tandem potest hæc sententia declarari ex distinctione iurisdictionis in contentiosam, & voluntariam iuxta l. 2. ff. de Officio Proconsulis. Nam contentiosa non potest exerceri à Proconsule extra Prouinciam existente; voluntariam autem potest ad eum modum quo supra diximus, iudicium pœnitentiæ posse exerceri à sacerdote etiam extra territorium suum. Iurisdictionis igitur, quæ per indulgentias exercetur, voluntaria est, vt supra etiam tetigimus, quia non exercetur in iniuriam: quid ergo mirum quod possit exerceri à Summo Pontifice, etiam extra territorium suum, atque a deo in Purgatorio?

*Indulgentias non posse defunctis concedi per modum solutionis, sed suffragij.*

Nihil.

Afferio 3.

D. Thom. Bonauent. Alenf.

Etiam si indulgentia concedatur pro omnibus fidelibus non comprehendit defunctos.

Opinio affirmans.

Maior. Bonauent.

Suadetur.

lancan III.

Confirmatio.

D. Thom.

Alex.  
Bonau.  
Gabr.  
Maior.  
Rich.  
Cates.  
Sot.  
Nauarr.  
Cordub.  
Bellarm.  
Fundamen-  
tum partis  
negantis  
conclusionis

**N**ihilominus ceteri Theologi docent: Pontificē non posse concedere indulgentias defunctis per modum absolutionis, sed tantum per modum suffragij. Hoc sentit D. Thom. dict. quæst. iiii. c. 2. quæst. non sit usus dictis verbis, sed aliis, scilicet, *principaliter & secundario, directe vel indirecte*, dicens, indulgentias non posse concedi directe & principaliter defunctis, sed secundario & indirecte. Clarius id docuit Alex. Alenf. supra: & idem tandem sequuntur Bonau. & Gab. locis cit. & Maior addit, oppositam sententiam esse scandalosam & nullatenus publice populis prædicandam. Idem Richard. dist. 20. art. 3. quæst. 3. Caiet. supra, & Sot. d. 21. quæst. 2. art. 3. condit. 3. ac denique ceteri Theologi in illis distinctionibus. & in 45. Et Canonista, quos refert, & sequitur Nauarrus Comm. de indulg. notab. 22. Cordub. quæst. 16. de Indulgentiis Bellarm. lib. 2. de Purgatorio ca. 16. & ceteri moderni, qui de indulgentiis scripserunt. Magnūque argumentum est, quod antiqui Pontifices quoties concedunt indulgentias pro defunctis semper addūt illam particulam. *Per modum suffragij*, ut specialiter adnotauit Maior ex Gabriele, quos Nauarrus imitatur. Fundamentum vero quoad partem negantem est, quia concedere indulgentiam per modum absolutionis nihil aliud est, quam auctoritate iudiciaria, quæ solum exercetur erga subditos, remittere poenam animæ vero Purgatorij non possunt dici subditæ Pontifici Summo: ergo neque potest auctoritate iudiciaria eos à poenis absolueret: ergo non potest eis concedere indulgentias per modum absolutionis. Vnde quoad hanc partem efficitur videtur procedere ratio in principio præcedentis sectionis facta, & ponderatio illius particulæ, *super terram*, conuenienter applicata, nam quidquid sit de sensu illius particulæ relatæ ad solam potestatem Petro promissam, omnesque actus eius sub verbo, *Soluendi*, comprehensos: tamen respectu personarum certum est solū esse promissam iurisdictionem in homines viatores, & super terram degentes. Quod recte declaratur ex verbis, quibus Christus Ioan. 21. impleuit promissionem Petro factam Matth. 16. scilicet, *Pascite oues meas*. Ibi enim contulit omnem iurisdictionem ad primatum Petri pertinentem, quæ circa eos tantum ve. sator, qui in hoc mundo pasci possunt tanquam Christi oues: nemo autem dixerit animas Purgatorij, Proprie loquendo comprehendit sub huiusmodi ouibus Christi.

Analogia de sumpta ex absolutione ab excommunicatione eadem conclusio. pars suadetur.

Item nullus alius actus iurisdictionis, qui in subditum exercendus sit, vere ac proprie exercetur à Pontifice circa animas Purgatorij directe & in se. Nā in primis animæ defunctorum non excommunicantur, sed vel declarantur decessisse absque absolutione ab excommunicatione, quam in hoc seculo contraxerunt vel ad summum fideles, ipsi viuentes offerant: qui actus iurisdictionis directe cadit in viuentes; indirecte autem & quasi obiectiue redundat in defunctos. Et eadem ratione non absoluntur directe defuncti ab excommunicatione, sed viuentes liberantur ab onere non communicandi alicui defuncto: tota ergo hæc iurisdictionis respicit viuentes tanquam subditos. Cuius signum etiam est, quia huiusmodi actus etiam validi sunt, etsi tales anime sint in inferno, de quibus euidentissimum est non esse subditas Pontifici. Assumptum vero in actibus ligandi manifestissimum est, tum quoad declarationem excommunicationis prius contractæ, tum etiam quoad præhibendos viuentes ne pro damnatis orēt. De actu vero absolutionis, quauis Ecclesia nunquā illum exerceat in fauorem eius, quem putat esse damnatum; tamen constat validum esse, verèq; tollere illam obligationem ab ipsis viuentibus, etiāsi contingat animā, in cuius fauore sit, esse damnatam: ergo signū est illos nō esse actus iurisdictionis circa animas defunctorum, sed circa homines viuentes, eum

quodam respectu ad ipsas animas: ergo neq; indulgentia, quatenus est actus iurisdictionis in subditū, potest directe exerceri circa animas defunctorum. Vnde quando Innocentius III. in dist. c. A nobis, dicit, non obstantē particula illa *super terram*; Ecclesiam aliquando ligare & soluere defunctos, non ideo dicitur quia defuncti sunt subditi Ecclesie quoad alios actus, sed quia sunt veluti obiecta, vel materia circa quā operari possunt fideles viuentes, respectu quorū mortui dicuntur in illo textu ligari, vel solui, remote & improprie. Quod ex eo etiā patet, quia nō loquitur de iurisdictione tantū voluntaria, sed etiam de inuoluntaria, qualis est ad ligandam per censuras.

Quamquam etiam illa vltima consideratio de iurisdictione voluntaria facile excludi possit, tum quia, licet iurisdictione voluntaria possit concedi extra territorium, non tamen extra subditum, ut sic dicam, ut in exemplo ibi adducto de foro penitentiae, quauis exerceri possit extra territorium locale, non tamen nisi circa subditum, super quem habeatur iurisdictione in tali foro, ut in superioribus explicatum est. Dices aliquando potest exerceri actus iurisdictionis voluntariæ circa non subditum, & extra territorium existentem, ut Episcopalis conferre potest beneficium clerico non sibi subdito, & in alio territorio existenti, si ille velit illud acceptare: collatio autem beneficij actus est iurisdictionis, est enim actus potestatis Episcopalis, & non ordinis, ergo iurisdictionis. Respondetur in primis, indulgentiam, quæ conceditur per modum absolutionis, non esse huiusmodi actū, sed esse actum potestatis iudiciariæ, quæ non exercetur nisi circa subditum, ut aperte habemus ex cap. Quod autem, de Poenit. & remiss. Deinde comprehendendo sub actu iurisdictionis omnem actum dispensandi, vel distribuendi bona communia, qui competit Prælo Ecclesie ratione sui officij, sic verum est, etiam indulgentiam per modum suffragij esse actum iurisdictionis, ut statim dicam. Et huius actui magis accommodatur exemplum illud de collatione beneficij, qui non oritur proprie ex potestate super personam, cui beneficium datur, sed ex potestate super beneficium quod datur, quæ sub iurisdictione late sumpta comprehenditur: ergo si tantum illo modo indulgentia conceditur defuncto, erit solum per modum suffragij, & eiusdem distributionis bonorū communium, non vero per modum absolutionis, quæ requirit potestatem iudiciariam, atque adeo iurisdictionem in ipsam personam quæ absoluitur. Accedit, quod licet hæc absolutio possit dici iurisdictionis voluntariæ, quatenus pendet ex consensu, & acceptatione eius, qui absoluitur: tamē, quatenus per illam commutatur vna poena in aliam, seu in aliud genus solutionis, potest dici pertinere ad iurisdictionem contentiosam, ut per illam absolutionem liberetur reus ab alio iudicio coactiuo, seu vindicatio ipsiusmet Dei: igitur necessario requirit talis absolutio, ut exerceatur circa subditum.

Ex hac vero priori parte negatiua, necessario inferitur altera affirmatiua à sufficienti partium numeratione: quia Summus Pontifex potest concedere indulgentias pro defunctis, ut ostensum est, & nō auctoritative, ut sic dicam, absoluendo: ergo necessario id facere debet per modum suffragij, quia præter hos modos non est hæc inuentus alius. Deinde potest ostensue declarari, nam vnusquisq; fidelis potest auctoritate priuata succurrere per modum suffragij de suis propriis satisfactionibus animabus Purgatorij: ergo etiam potest Summus Pontifex auctoritate publica succurrere eisdem animabus per modum suffragij, ex communi thesauro satisfactionum Ecclesie. Et hoc etiam confirmat ratio facta pro priori sententia, si recte applicetur: quia Petro & successoribus eius concessa est potestas dispensandi Ecclesiasticum thesaurum in vtilitate fidelium

fidelium omnibus modis conuenientibus iuxta varios illorum status: sed vnus illorum est modus suffragij, & est valde accommodatus animabus Purgatorij, quia non requirit iurisdictionem in personam, quæ sit subdita suffragati, vt patet in suffragiis priuatis, quæ sunt inter amicos, & in elemosynis, quæ sunt de thesauris communibus, quæ non solû ad ciues, sed etiam ad vicinos, & amicos fieri possunt: ergo ex hac parte non requiritur iurisdicção respectu personæ. Quando vero suffragium fit ex thesauro cõmuni, requiritur iurisdicção quædam, seu potestas in ipsum thesaurum, seu bona in eo reposita, quæ apud Summum Pontificem residet: ergo nihil illi deest ad huiusmodi indulgentiã per modum suffragij concedendam. Deniq; huic sensui non obstat particula, *super terram*, & ex ipsa rei natura, consideratione Pontificum, & fere ex ipsa rei natura, considerata intrinseca ratione suffragij, intelligimus illam esse legitimam solutionem, etiam si absolutio non sit, idq; satis esse, vt rata habeatur in cælis.

SECTIO III.

Quid sit indulgentiam concedi defunctis per modum suffragij & quomodo ab indulgentia per modum absolutiois differat.

Prima opinio confitens dicitur in infallibilitate.

**D**ecisio huius quæstionis necessaria est ad intelligendam huius indulgentiæ vim. Putant enim aliqui differentiam inter illos modos indulgentiæ, in hoc proprie consistere, quod indulgentia per modum suffragij non est omnino infallibilis, sed pendens semper ex libera acceptatione & misericordia Dei: quæ vero est per modum absolutiois, est infallibilis, tanquam proprius actus iustitiæ. Sicut quando aliquis est condemnatus ad trirèmes, v.g. qui oblata pecunia sufficiente illum liberat, recte dicitur per modum suffragij ei succurrere: quia iudex non cogit illam commutationem acceptare, quanuis id possit libere facere, seruando alias rationem iustitiæ in commutatione, nam in acceptanda tali commutatione misceret aliquis modus liberalitatis, quatenus non erat debita ex iustitia, ratione cuius illud suffragium non est de se omnino efficax, sed pendens ex alterius voluntate. At vero si iudex alius habens, vel superiorem vel æquiualem iurisdictionem, proferat aliam sententiam, quæ liberet reum à tali pœna, & alia contentus sit; tunc illa est efficax liberatio, quæ simpliciter nititur in iustitia: ita ergo in præsentia iuxta dictã interpretationem. Quæ in primis fundamentum habet in ipsis uerbis suffragij, & absolutiois; nam illa prior statim indicat benignitatem, & liberalitatem, misericordie: posterior vero præfert efficaciam misericordie. Deinde suadet, quia, seclusa hac differentia, vix aliqua cogitari potest, quæ in re posita sit. Nã si indulgentia concessa Petro, vt eam pro se, vel pro patre defuncto lucrari possit dando elemosynam, tam infallibiliter & efficaciter habet effectum applicata patri, sicut sibi ipsi, quid interest ad re ipsam, & ad effectum indulgentiæ, quod applicata patri, vocetur per modum suffragij, sibi autem applicata, vocetur absolutio?

Præterea reddi potest bona congruentia, nam quandiu homo in hoc seculo uiuit, licet aliquando sit reus pœnæ Purgatorij, nondum tamen in eum est

**A** prolata vltima sententia, sed est veluti suspensa causa: & ideo si prius proferatur sententia absolutiois in hoc seculo, quam à Deo proferatur in futuro, illa est efficax, & ex iustitia liberat hominem ab illo debito: at vero postquam vltima sententia prolata est in termino viæ, iam non habet locum actio iustitiæ, cum illa fuerit, sententia definitiua & à supremo iudice: ergo solum superest via misericordie & liberalis acceptationis Dei: hæc ergo est quæ per modum suffragij declaratur. Et confirmatur primo, nã ob hanc causam etiam priuata suffragia pro defunctis oblata, non habent tantam efficaciam, vt infallibiliter acceptentur; Imo aliqui putant ipsum sacrificium Missæ illã non habere; neque esse aliquod opus, quod ex opere operato liberare possit animas defunctorum ab illis pœnis, lege certa, & infallibili. Denique de hoc nullam habemus diuinam promissionem, in qua sola possit hæc infallibilitas fundari. Hanc sententiam docuit Caietanus in illa quæstione 5. & 6. & eam sequutus est Cano libro duodecimo, de Locis capitulo 13. ad 9. & eam etiam magis probat Corduba quæstione, 15. de Indulgentiis. opin. 4.

Confirmatio.

Caiet. Cano. Cordub.

Hæc vero sententia mihi non probatur, sed longe verius censeo indulgentiam concessam pro defuncto tam infallibiliter habere in illo effectum, sicut habet in viuente, quando pro illo conceditur, si cetera sint paria, id est, si in concedente supponatur potestas, & in pia causa sufficientia, seu proportio, & quod opus iniunctum, seu conditio postulata sufficienter impleta sit: nam quod ex parte recipientis non possit esse obex, in animabus defunctorum supponimus, cum de solis illis loquamur, quæ in Purgatorio sunt. Hanc ergo sententiam ex modernis magis probat Soto d. 21. q. 2. art. 3. & 45. quæstione 2. art. 3. & Nauar. dict. notab. 22. numero 18. Et sine dubio fuit opinio S. Thomæ in 4. d. 45. quæst. 2. ar. 3. quæstionc. 2. vbi supposita forma indulgentiæ sufficienter, ita dicit prodesse illam defuncto, sicut viuo. Idemque sentiunt Alens, Bonauent. Maior. & Gabr. locis citatis, & alij Doctores, præsertim antiqui. Et iudicio meo colligitur aperte ex illa Epist. Leonis X. ad Caietanum, in qua docet, Petrum per potestatem clauium posse aperire Regnum calorum, tollendo impedimeta peccatorum, quorum vnum est reatus pœnæ temporalis, secundum diuinam iustitiam debita pro actualibus peccatis: quod impedimentum tollit per indulgentias, quas Papa potest concedere fidelibus, siue in hac vita sint, siue in Purgatorio. Apostolica auctoritate thesaurum Iesu Christi, & sanctorum dispensando, & per modum absolutiois indulgentiam ipsam concedendo, vel per modum suffragij illam transferendo. Vnde concludit, omnes tam viuos, quam defunctos, qui veraciter omnes indulgentias huiusmodi consequuti fuerint, à tanta temporalis pœnæ secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita, liberari, quanta concessa, & acquisita indulgentia æquiualeat. In quibus verbis eum indistincte, eodemque tenore de viuis & defunctis loquantur, plane significat, æque certã & infallibilem esse indulgentiam vtriusque concessam. Deinde exponendo verbum illius, Apostolica auctoritate, omnis enim dispensatio auctoritate Apostolica facta, etiam si ius ipsum diuinum aliquo modo attingat, vt est dispensatio in voto, vel alia similis, valida est, si ex rationabili causa fiat: ergo etiam in præsentia dispensatio thesauri, quæ fit auctoritate Apostolica pro defunctis, infallibiliter est valida, & efficax apud DEVM, si ex rationabili causa fiat, vt supponimus. Patet consequentia ex paritate & similitudine rationis, quæ in omnibus his actibus æque procedit, fundaturque in verbis Christi. Quodcumque solueris super terram, solutum erit, & in celo: nam nomine solutionis ibi non intelligitur sola absolutio iudicialis: sed etiam omnis dispensatio, imo & omnis fauor & gratia ex vi illius potestatis facta: hæc

Tam infallibilem esse indulgentiam per modum suffragij: quam absolutiois, vbi sententia.

Soto, Nauar., D. Thom., Alens, Bonau., Maior., Gabr., Ex Leo 22. probatur.

**D** auctoritate, omnis enim dispensatio auctoritate Apostolica facta, etiam si ius ipsum diuinum aliquo modo attingat, vt est dispensatio in voto, vel alia similis, valida est, si ex rationabili causa fiat: ergo etiam in præsentia dispensatio thesauri, quæ fit auctoritate Apostolica pro defunctis, infallibiliter est valida, & efficax apud DEVM, si ex rationabili causa fiat, vt supponimus. Patet consequentia ex paritate & similitudine rationis, quæ in omnibus his actibus æque procedit, fundaturque in verbis Christi. Quodcumque solueris super terram, solutum erit, & in celo: nam nomine solutionis ibi non intelligitur sola absolutio iudicialis: sed etiam omnis dispensatio, imo & omnis fauor & gratia ex vi illius potestatis facta: hæc

ergo

ergo semper est valida & rata apud Deum si fiat ex rationabili causa, seu clauē non errante. Nam clauis semper aperit, si non errat, id est, si rationabiliter intendat, alioqui inepta esset clauis, & solum ex illo defectu & efficacia non sequeretur effectus, quod plane repugnat verbis Christi. Si ergo indulgentia pro defunctis vere est actus clauium, cum procedat ab Apostolica auctoritate, efficax est, & infallibilis, si ex rationabili causa fiat.

4  
Effectui indulgentia per modum suffragij non deest infallibilitas ex æqualitate precij oblati.

Neque ex defectu diuina promissionis.

Et declaratur amplius hæc ratio, quia, si effectus huius indulgentiæ non esset infallibilis, vel id esset, quia id, quod applicatur in compensationem & remissionem Purgatorij, non est æquiualeus: & hoc dici non potest sine magno errore, quia applicatur satisfactio Christi, quæ est precium superabundans, applicantur etiam satisfactioes Sanctorum, quæ moraliter æquivalent, alioqui neque in indulgentia oblata pro viuīs esset hæc æqualitas, seu æquivalentia inter pœnam Purgatorij pœna, quæ eiusdem rationis, & grauitatis est, siue inchoata iam sit, siue omnino futura. Vel deest ad illam infallibilitatem diuina promissio, & quasi pactum acceptandi vnâ pœnam pro alia respectu defunctorum, & hoc etiam dici non potest, nam hæc promissio sufficienter continetur in illis verbis, *Quodcumq; solueris super terram, solutū erit & in calis*: quia vt explicatum est, sub solutione comprehenditur etiam hæc applicatio thesauri per modum suffragij. Alioqui nec fieret potestate clauium, neque auctoritate Apostolica, vt Leo X. definit: sed fieret per modum aliquiū deprecationis & impetrationis, quomodo quilibet fideles possent Deum orare, vt propter merita Christi & sanctorum animam ex Purgatorio liberaliter liberet: Imo multi censent posse fideles hoc impetrare, & de congruo mereri, quanuis non sit infallibile, quia nō est fundatum in Christi verbo & promissione.

Ex his concluditur ratio, nam effectus promissus à Christo, & propter merita eius infallibilis est: sed talis est effectus indulgentiæ, etiam in defunctis: ergo. Dices, promissionem esse conditionatam, si causa vel dispositio subfit. Respondeo eiusdem rationis esse promissionem pro viuīs factam. Vnde tunc solum dicitur infallibilis effectus quando cōditio impletur. Et quidem, quod spectat ad dispositionem, non solum potest, sed necessario impletur, quia animæ illæ necessario sunt in statu gratiæ, & alia dispositio necessaria non est, vt infra ostendam, & licet requireretur, saltem non esset impossibilis: & hoc satis esset, vt indulgentia diceretur infallibilis, vtiq; in subiecto disposito, sicut indulgentiæ viuorum, & ipsa sacramenta. Quod vero spectat ad causam, si promissio sub illa conditione facta est: clarum est conditionem non esse impossibilem; illa ergo posita, erit infallibilis effectus: ideoque satis esse constat in indulgentiis viuorum. Non est ergo de ratione indulgentiæ per modum suffragij, vt non sit certa: nec repugnat esse per modum suffragij, & esse infallibilem, quia recte potest alicui impendi suffragium, seu auxilium solum ad commutationem, seu remissionem pœnæ, ex pacto ac lege acceptandi tale suffragium ad talem effectum: vnde in superioribus docuimus etiam suffragia viuorum pro defunctis habere effectum infallibilem.

6  
Prima opinio nōnis argumētū solūm.

Vnde nihil contra prædicta obstat, quæ in fauorem alterius sententiæ adduximus. Nam quod ad voces attinet (quanuis in eis non sit magna vis faciēda) tamen nomen absolutionis magis præ se ferre actionem iustitiæ, quam nomen suffragij: nihilominus ratio suffragij non excludit rationem iustitiæ, quia, licet respectu personæ, in cuius fauorem confertur, habeat rationem misericordiæ, tamen respectu alterius, cui fit compensatio, vel solutio, potest habere rationem iustitiæ. Differentia ergo inter illas duas voces ad summum est, quod vox absolutio-

nis definite significat actum iudicium requirentem iurisdictionem in persona; vox vero suffragij communior est, vt explicuimus. Nondum vero satis declaratum est, in quo esse possit differentia in re, inter hos duos modos indulgentiæ: quod statim persequemur, & satis faciemus secundæ difficultati ibi propositæ. Ad tertiam vero congruentiam respondemus in primis, solum concludere, indulgentiam, quæ conceditur defunctis, non esse actionem iudicariam seu nouam sententiam, quæ nomine absolutionis significatur. Deinde dicimus sententiā latā de Purgatorij pœna nunquam esse omnino absolutam, sed includere illam conditionem, vt anima patiat̄ur donec soluat, vsque ad minimum quadrantē: quanuis autem anima ipsa iam non possit per se soluerē nisi patiēdo, tamen per amicos, seu ex bonis amicorum illi conueniēter applicatis, potest soluerē, & facta solutione ex iustitia dimittitur libera, Nec propterea reuocatur prior sententia, sed potius impletur, quia impleta est conditio, quam includebat. Cetera, que in illis fundamentis assumebantur, falsa omnino sunt. Vt ex dictis constat, & extertio Tomo, Disputatione 79. sectione decima.

Differentia inter suffragium, & absolutionem, quæ.

Alia ergo differentia excogitari potest, quod indulgentia per modum absolutionis immediate confertur ei, in quo habitura est effectum, nullus enim absoluti potest in alio, seu per aliū, sed ad ipsummet, qui absoluitur, immediate, & directe dirigitur absolutio. At vero in indulgentia non conceditur animabus Purgatorij directe & immediate in seipsis, sed conceditur alicui viuō, simul etiam illi concedendo, vt possit illam applicare alicui defuncto, sicut potest illi applicare suas priuatas satisfactioes: & ideo dicitur esse per modum suffragij, quia sicut offerre pro anima Purgatorij meam propriam satisfactioem est suffragium quoddam: ita etiā offerre pro anima Purgatorij satisfactioem iā mihi quasi donatam ex communi thesauro, est etiam suffragium quoddam. Hanc differentiam insinuas̄ videtur D. D. Thom. Th. dicens, indulgentias concedi defunctis non directe, sed indirecte, & secundario, nō principaliter. Et ex eius doctrina, tum ibi, tū d. 20. colligo indulgentiam per modum suffragij nō esse propriam defunctorum, sed posse etiam habere locum in viuētib; differentiamq; esse, quod in animabus defunctorū sola indulgentia per modum suffragij locū habet, in viuētib; autēm vtraque potest enim viuēti immediate, & directe concedi indulgentia, quod fit per absolutionem: aliquando vero conceditur vni, vt possit alteri applicare indulgentiam si velit: & tunc alterius indulgentia illa est per modum suffragij.

Atque hoc etiam sensit Gabriel in illa Additione ad lect. 57. dicens, quando Pontifex concedit indulgentiam omnibus pugnantibus cōtra infideles, aut pugnatorem pro se mittentibus; tunc pugnantē assequi indulgentiā per modū iudicarię potestatis; nitentes autē pugnatorem consequi per modū suffragij. Quod exemplum non est profecto solidū: nam etiam illis, qui suis expensis pugnatorem mittunt, indulgentia directe conceditur. Quod videtur præuidisse Gabriel & ideo subiungit, si quis sit pauper, & non habeat expensas vnde mittat pugnatorem, alius vero pro eo mittat, & soluat, tunc pauperem obtinere indulgentiam per modum suffragij, quatenus opus, inquit, pro quo indulgentia concessa sunt, per modum suffragij illi applicatum est. Sed neque hoc recte dictū esse mihi videtur. Nam etiam illa indulgentia propriissime est per modū absolutionis: quia ibi intercedit quædam temporalis donatio, ratione cuius

Ex D. Tho. dicitur de indulgentia per modum suffragij locū habet, in viuētib; autēm vtraque potest enim viuēti immediate, & directe concedi indulgentia, quod fit per absolutionem: aliquando vero conceditur vni, vt possit alteri applicare indulgentiam si velit: & tunc alterius indulgentia illa est per modum suffragij.

8  
Gabr.

etiam iam ille pauper suis expensis pugnatores mittere censetur; solum ergo ibi interuenit elemosina facta pauperi, vt habeat vnde pugnatores mittat, quo subsidio & opere supposito, Pontifex directè & immediatè concedit eidem pauperi indulgentiam, absoluedo illum iudiciaria potestate. Vnde principium Gabrielis quoties opus ab vna persona fit: & alteri conceditur indulgentia, illam esse per modum suffragij, non videtur vniuersaliter verum: quia vel ille modus exequendi tale opus per alium est in forma indulgentiæ expressus, vel non; si non est declaratus in forma non est sufficiens ad lucranda indulgentiam, vt supra probatū est, si verò est declaratus, indulgentia respectu viui reuera est per modum absolutionis, quia non ille, qui pro alio operatur, applicat ei satisfactionem, sed Pontifex immediatè concedit ei indulgentiam expleta conditione per operationem alterius: cōcedit autem illam eadem potestate, & eisdem verbis, & sub eadem relatione subeiti, sicut quando ab illo duo valde diuersa, vt supra tetigi, tum quia quando alicui conceditur indulgentia operando aliquid per se vel per alium, saltem exigitur ab illo, quòd intendat aliquo modo lucrari indulgentiam, & quòd ad hūc finem moraliter operetur saltem impetrando, vel mouendo, vel saltem consentiendo, vt alter vice ipsius operetur, & ideo hoc satis est, vt directè & per modum absolutionis indulgentiam obtineat. At verò quando vni conceditur, vt possit indulgentiam lucrari, eamq; applicare alteri viuenti, tunc ille non operatur vice alterius, sed est quasi principale operas moraliter, ideoque non oportet, vt ex motione, aut voluntate alterius operetur, sed eius intentio & voluntas sufficit ad lucranda indulgentiam. Nam in altero, cui applicatur, cum solum passiuè se habeat, factis est non habere obicem, cum sola illa interpretatiua voluntate, quia omnes censentur velle accepta re spirituale beneficium sibi oblatum. Atq; hæc postrema indulgentia est simillima illa, quæ pro defunctis conceditur, ideoq; satis probabiliter dicitur esse per modum suffragij, sicut est illa: & de hac videtur locutus D. Th. citato loco.

Tunc igitur solum indulgentia acquireretur viuo per modum suffragij, quando conceditur illi directè & immediatè, etiam propter opus per alium factū, sed alteri tantum conceditur, vt possit pro alio indulgentiam lucrari. Sunt enim hæc duo valde diuersa, vt supra tetigi, tum quia quando alicui conceditur indulgentia operando aliquid per se vel per alium, saltem exigitur ab illo, quòd intendat aliquo modo lucrari indulgentiam, & quòd ad hūc finem moraliter operetur saltem impetrando, vel mouendo, vel saltem consentiendo, vt alter vice ipsius operetur, & ideo hoc satis est, vt directè & per modum absolutionis indulgentiam obtineat. At verò quando vni conceditur, vt possit indulgentiam lucrari, eamq; applicare alteri viuenti, tunc ille non operatur vice alterius, sed est quasi principale operas moraliter, ideoque non oportet, vt ex motione, aut voluntate alterius operetur, sed eius intentio & voluntas sufficit ad lucranda indulgentiam. Nam in altero, cui applicatur, cum solum passiuè se habeat, factis est non habere obicem, cum sola illa interpretatiua voluntate, quia omnes censentur velle accepta re spirituale beneficium sibi oblatum. Atq; hæc postrema indulgentia est simillima illa, quæ pro defunctis conceditur, ideoq; satis probabiliter dicitur esse per modum suffragij, sicut est illa: & de hac videtur locutus D. Th. citato loco.

Nihilominus tamen non video sufficiens fundamentum ad asserendum, indulgentiam viuenti applicatam esse per modum suffragij, & non per modum absolutionis; quia etiam tunc qui indulgentiam pro alio lucratur, non concedit illi indulgentiam, sed Papa est qui concedit ad applicationem alterius sed ille cui conceditur, est subditus ipsi Papæ: ergo potest illam concedere per modum absolutionis, quia licet quoad conditiones requisitas, quæ antecedunt indulgentiam, & effectum eius, videatur talis indulgentia indirectè & per alium concedi, tamè quoad ipsam indulgentiam & effectum eius immediatè conceditur à Pontifice ei, qui ipsam lucratur: ergo si ille est subditus, erit per modum absolutionis, quia Pontifex intendit tota sua potestate operari in illo talem effectum. Accedit, quod Pontifices in concedendis indulgentijs nunquam addunt illam restrictionem, per modum suffragij, nisi respectu defunctorum. Sed dicunt aliqui, in huiusmodi indulgentia, quam vnus alteri lucratur, applicationem satisfactionis pro alio immediatè fieri ab eo qui alteri indulgentiam lucratur, nam prius ipse quodammodo facit suam illam partem satisfactionis, quam ex thesauro lucratur, & deinde illa alteri dicitur.

Er. Suarez. tom. 4.

A nat, & in hoc consistit proprijsima ratio suffragij. Sed hoc non potest conuenienter exponi: nam satisfactio, quæ in thesauro Ecclesiæ, & communis dici potest non fit propria alicuius quoad dominium, vt sic dicam vel vsum, vt scilicet possit qui voluerit, illam applicare, quia hoc semper spectat ad potestatem clauium. Solum ergo dicitur appropriari alicui quoad effectum, & acceptationem Dei remittentis alicui tantam pœnam propter tantam satisfactionem. Igitur quando aliquis lucratur alteri indulgentiam, non prius sibi appropriat partem satisfactionis, aliàs statim consequeretur effectum eius, & iam non posset illam applicare alteri. Nam vt rectè nota vit Adrianus concl. 5. de indulgentijs, nemo potest applicare alteri indulgentiam, quam semel sibi acquisiuit, quia iam illa indulgentia habuit suum effectum, & postea non potest aut simul remittere reatu alterius, licet enim duplicatum haberet effectum, aut remissionem vni factam ita in alium transferre, vt prior reatus redeat in altero, quia reatus pœnæ non potest redire nisi redeat culpa. Ergò quando aliquis lucratur indulgentiam per alium, non donat illi indulgentiam, quam prius suam fecerat. Neq; etiam participat potestatem clauium, aut iurisdictionem per quam applicet satisfactionem in thesauro adhuc existentem: ergo talis applicatio nullo modo fit ab ipso; sit ergo immediatè ab ipso Pontifice propter illius operationem tali intentione factam: ergo nihil obstat quo minus fiat per modum absolutionis, quando quidem ad subditum fit. Video responderi posse, per illam formam indulgentiæ concedi participationem quandam potestatis clauium, vt talibus conditionibus positis applicare possit vnus alteri tantam satisfactionem. Sed hoc nec fundari potest, aut in modo loquendi Pontificum, aut Theologorum; neq; est verisimile Pontificem communicare cuiuslibet de populo, viris, aut fœminis potestatem clauium; maxime cum necessaria non sit ad hūc effectum, cum Pontifex possit applicare modo à nobis explicato. Quòd etiam sonant verba, quibus Pontifices in huiusmodi indulgentijs vtuntur, dicentes *Concedimus his vel illis, pro se, vel pro alijs, &c.*

Ex his ergo colligi in primis videtur nullam esse indulgentiam pro viuis, quæ fit tātum per modum suffragij, & non per modum absolutionis. Hoc satis patet inductione facta & ratione etiā tacta, quia viuens semper est subditus concedentis indulgentias, à quo proinde absolui potest. Atque ita semper fieri debere, colligitur ex c. *Quod autem*, de Pœnitentia, & remiss. Vnde quando Papa per alios concedit indulgentias tanquam per Vicarios, vel delegatos suos; tunc etiam indulgentia datur per modum absolutionis, si viuis conceditur, quia etiam tunc is, qui proximè concedit indulgentiam, habet iurisdictionem ad absoluedum. Neque in hoc oportet distinguere, an huiusmodi delegatus habeat potestatem ordinis, necnè, quia potestas ordinis non est necessaria ad huiusmodi absolutionem, vt supra tactum est, & infra etiam dicitur. Fateor quidem, non inuolui repugnantiam in hoc, quòd Pontifex deleget iurisdictionem ad dispensandum thesaurum in aliquos, non constituendo illos subditos, nec delegando iurisdictionem in ipsas personas, ad eum modum quo ipse Pontifex se habet respectu animarum Purgatorij, quia neque ex parte ipsius rei, neque ex parte potestatis aut voluntatis Pontificis inuenitur in hoc repugnantia. Posito autem hoc modo delegationis, posset huiusmodi delegatus concedere viuis indulgentiam per modum suffragij, & non per modum absolutionis, vt ex dictis etiā satis patet. Dico tamen hunc modum delegationis non esse in vfu, sed quoties Papa dat facultatē ad concedendas indulgentias viuentibus, simpliciter eam concedere iuxta capacitatem & statum eorum atq; ad eòd constituedo eos subditos quoad hūc actum, vt in hoc foro solui possint,

Eludimur.

Enaualin.

Præcluditur.

Nullam indulgentiam concedi viuis tātum per modum suffragij. Corol. 1.

Quomodo indulgentia possit viuis concedi per modum suffragij.

Indulgentiam pro viuis non potest concedi per modum suffragij.

possint. Sicut etiam non repugnat ipsum Pontificem per se concedere indulgentiam viventibus tantum per modum suffragij, de facto tamen nunquam id facit, ut ex dictis constat. Aliqui verò excipiunt indulgentiam concessam ex satisfactionibus Sactorum, quia (ut putant) solum esse potest per modum suffragij. Sed hoc est fallum, ut in superioribus ostendi, quia quod indulgentia sit per modum absolutionis, non pendet ex satisfactione, quæ applicatur, sed ex potestate per quam fit. Alij deniq; excipiunt indulgentiam quatenus habet effectum in ipsomet concedente, quem putant posse sibi suffragari non tamen seipsu absolueri: quod est probabile, non tamen necessarium. Manet ergo generalis regula omnem indulgentiam viventibus concessam de facto esse per modum absolutionis, quatenus de possibili, non repugnet concedi tantum per modum suffragij, quia omnem potestatem quam habet Pontifex in animas Purgatorij, habet a fortiori in viuentes: vnde posset illa præcisè uti, quid enim repugnat?

Atq; hinc infero secundo, formalem ac præcisam rationem indulgentiæ per modum suffragij non consistere in hoc, quod obtineatur media actione & applicatione alterius, ipso, qui eam lucratur, quasi passivè tantum fructum recipiente: item infero, indulgentias defunctorum, formaliter loquendo, non ob hanc solum causam esse per modum suffragij. Probat utrumq; ex dictis, quia interdum conceditur, vel concedi potest indulgentia vni viventi, ut eam pro alio lucratur, & nihilominus, quod respectu eius, cui illa applicatur, fit vera absolutio, ut ostensum est: ergo aliquid aliud concurrat seu respectu defuncti, ratione cuius indulgentia illi concessa, non est absolutio. Ergo ex illa præcisa ratione non satis explicatur modus suffragij. Imo ulterius etiam existimo, indulgentiam per modum absolutionis, non satis explicari per hoc quod directè & immediatè conceditur alicui sine interuentu actionis, vel obligationis alterius tertie personæ: quia quando in suffragio ex thesauro interuenit hæc tertia persona, non est ipsa que dat indulgentiam, vel satisfactione de thesauro communi applicat, sed Pontifex, ut vidimus: ergo eadem ratione Pontifex nulla interueniente tertia persona, vel actione eius, potest illam concedere solum per modum suffragij.

Ut autem res hæc magis declaretur, dubitari non immeritò potest, an sit de necessitate indulgentiæ pro defunctis ut concedatur medio aliquo vivente, qui aliquid operando, illam pro defuncto lucratur. Nam, si vsum spectemus, videbitur hoc esse necessarium, nunquam enim indulgentiæ pro defunctis aliter concessæ sunt, ut constat ex historijs, seu concessionibus Pontificum supra citatis. Atq; hinc fortasse ortum est, ut modus suffragij postus esse credatur in illo quasi circuitu, seu indirecta concessione, facta vni per applicationem alterius. In contrarium autem facit: quia non est de ratione indulgentiæ ut exigatur aliquod opus ad obtinendam illam, sed potest Pontifex immediatè illam concedere, si aliunde supponatur motiuum sufficiens: ergo potest Pontifex hoc modo concedere indulgentiam defunctis, sicut viuis, ergo potest non exigere actionem, vel applicationem tertie personæ. Hæc posterior consequentia per se videns est. Prior vero patet à paritate rationis, & quia non potest ostèdi specialis repugnantia. Et confirmatur, quia ille modus indulgentiæ non repugnat suffragio: cur enim, sicut ego offero immediatè ipsi Deo meam priuatam satisfactionem pro anima defuncti, ut Deus illi remittat penam non potest etiam Pontifex immediatè offerre Deo satisfactionem de thesauro Ecclesiæ, applicando illam animabus Purgatorij, vel generaliter omnibus, vel specialiter aliquibus, ut Deus illis remittat tantam vel tantam penam? Planè hoc nõ repugnat rationi suffragij, ut sic. Et confirmatur am-

plius: nam, sicut absolutio potest immediatè fieri propter rationabilem causam sine alia exactione vel ab illo, vel ab alio pro illo, ita etiam solutio, ergo etiam suffragium: nam seclufa absolutione, hoc suffragium nihil aliud est quàm solutio quadam. Quod si hæc pars posterior vera est, ex illa clarè concluditur, non satis esse ut indulgentia sit per modum absolutionis, quòd directè & immediatè concedatur alicui sine interuentu alterius, nam, etiam si hoc modo concederetur animabus Purgatorij, esset per modum suffragij: atq; ita omnino euertitur opinio, in qua versamur.

Et mihi quidem videntur cõcludere posteriores rationes, si nudà potestatem dispensantis, & capacitatem animarum cõsideremus. Aliunde vero ex parte formalis causæ euenire puto, ut indulgentia nunquàm concedatur defunctis, nisi per viuos, nec moraliter loquendo aliter fieri possit. Nã in primis frequentioribus indulgentiarum est, ut concedantur sub conditione alicuius operis, propter cõgruentias superius adductas: hoc autè opus non potest immediatè exigi ab ipsis animabus Purgatorij, quia nec sunt capaces ei, nec quoad hoc habet nobiscum commertium. Quod enim quidã aiunt, saltè posse pro nobis orare, ideoq; posse illud ab eis exigi, nõ rectè dictu est, tũ quia illud prius incertu est, tũ etiam quia Pontifex non potest alicui opus iniungere, quod non potest ei proponere seu promulgare: non potest autè suam voluntatem animabus Purgatorij manifestare, imò est etiam incertum, an Deus i ipsis eam reuelat. Addit præterea Richardus 2. d. 20. art. 3. q. 3. rationem aliam, scilicet: quia oratio, ut ab anima Purgatorij, non est opus pœnale, sicut est oratio viatoris. Sed hoc non multu impedit: quia potest oratio exigi solum, ut imperatoria. Deinde, licet effectus indulgentiæ respiciat utilitatem defuncti, tamen causa concedendi indulgentias semper respicit viuentes, & utilitatè aliquam, seu profectum Ecclesiæ in hoc mundo militantis, tum, quia hæc est que immediatè subest pastoralis curæ Pontificis: tum etiam, quia si sola utilitas animarum Purgatorij spectanda esset, posset Pontifex suo arbitrio animas à Purgatorio educere sine alia causa, cuius oppositum certum est. Hæc ergo causa moraliter nõ occurrit sine ordine ad viuentes & ideo illis mediantibus, & per operationes eorum conceduntur indulgentiæ defunctis, & non aliter. Quamuis autem de facto hoc ita sit, non tamè in eo formaliter consistit ratio & modus suffragij, sed hæc tantum cõcomitanter se habent, ut ex dictis collat.

Tercio igitur ex dictis concludo, indulgentiam per modum suffragij, & per modu absolutionis si cetera paria sint, nõ differre vel in quantitate effectus, vel in eius infallibilitate, sed in modo causandi moraliter illum effectum. Nam quando indulgentia est per modum absolutionis, qui eam concedit, proxime & immediatè remittit penam tãquam minister Dei & iudex locum eius tenens: quando verò solu est per modu suffragij, concedens non remittit penam, sed offert Deo preciu equiualens, ut ipse remittat. Vnde fit, ut in vtraq; intercedat ratio iustitiæ, sed diuerso modo: nam in absolutione, intercedit iustitia quasi vindicatiua ex parte absoluentis: nam sicut ad illum spectat punire, ita & iudicialiter absolvere. In posteriore vero modo solu interuenit iustitia per modu cuiusdã equiualentis cõmutationis fundatæ in pacto & promissione diuina. Veru est tamè, etiam in altero modo includi hæc cõmutationem: quia ut supra dixi, absolutio non fit sine aequali solutione ex satisfactionib. Thesauro, applicatis per ipsam nec absolutionem. Vnde etiam rectè scicere possumus, hæc duo se habere tanquam includens & inclusum, ex quibus tandè oritur alia differentia, quòd indulgentia per modu suffragij potest concedi non subditis, si alioqui dispensator habeat talem potestatem supra Thesauro: indulgentia autè per modu absolutionis potest

22  
Indulgentiam per modum suffragij non consistere in hoc ut per alterius actionem obtineatur. Coroll. 2.

Non satis est ad indulgentiam per modum absolutionis, ut alicui immediatè conferatur.

13  
An sit de necessitate indulgentiæ pro defunctis ut concedatur medio operueruente. Ratio pro parte negante.

SECTIO IV.

Quæ conditiones requirantur ad valorem indulgentiæ pro defunctis.

Indulgentiæ per suffragium potest concedi subditis, quia est actus iudiciariæ potestatis. Et de hac sola intelligendus est textus in dict. cap. Quod autem, de penit. & remiss. quoniam simpliciter loquitur: quia loquitur de indulgentiâ concessâ ab Episcopis, qui non possunt concedere indulgentias, nisi per modum absolutionis, ut infra suo loco dicemus. Quod, si aliquis inquirat, cur Pontifices tam accuratè explicent indulgentiâ pro defunctis esse per modum suffragij, cum differentia hæc, quæ à nobis explicata est, magis in subtili quadam speculatione, quàm in vfu aliquo, vel effectu morali consistat? Respondendum est, id merito fecisse, ut declarent se non abuti potestate, sibi concessâ, nec recognoscere animas Purgatorij tanquam sibi subiectas, ut eas iudicare velint, sed ut charitate sibi coniunctas, & indulgentias, quibus subuenire possunt ex thesauro Christi, tanquam dispensatores eius.

16 *Tam indulgentiam per suffragium quàm per absolutionem, verè esse indulgentiam.*  
Ultimò infero ex dictis, licet hæc duæ indulgentiæ per modum absolutionis, vel suffragij, dici possint formaliter seu morali specie differre, propter differentias assignatas, nihilominus utramq; esse veram ac propriam indulgentiam. Quod de indulgentiâ absolutionis indubitatum est apud omnes. De illa verò, quæ est per modum suffragij quidam dicunt esse tantum indulgentiam secundum quid, significantes analogicè tantum esse indulgentiam. Qui modus loquendi mihi non probatur, quia hæc indulgentia verè est efficax, ut remissio pœnæ obtineatur gratis, ac liberaliter respectu ei, cui talis remissio fit: sed hoc tantum significatur nomine indulgentiæ: ergo. Præterea ea definitio indulgentiæ supra tacta in hac indulgentiâ pro defunctis cõuenit: nam est actus iurisdictionis clauium, quo mediare fit remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccato actuali, abique sacramento, ergo nihil illi deest ad veram rationem indulgentiæ. In tota enim illa definitione nulla est particula, de qua possit dubitari, præterquam de genere, eò quod animæ purgatorij nõ sint de iurisdictione Ecclesiæ. Hoc verò ex dictis faciliè expeditur: quia licet hæc indulgentia non sit actus iurisdictionis in subditos, est tamen actus potestatis iurisdictionis ad dispensanda, seu distribuenda bona communia: nec enim talis actus fieri potest sine potestate, neque ad potestatem ordinis spectat, ergo erit à potestate iurisdictionis, quatenus tota potestas gubernatiua hoc nomine comprehenditur. Item hæc actus est quædam solutio, per quam tollitur impedimentum ingrediendi regnum cœlorum: verè ergo ac propriè participat genus positum in definitione indulgentiæ.

17 *Obiect.*  
Soli possit aliquis in hoc dubitare: quia diximus: in hac indulgentiâ per modum suffragij, ipsum Pontificem non propriè remittere pœnam: sed offerre tantum pretium, propter quod Deus remittit indulgentiâ autem propriè, & in rigore significat ipsam remissionem, ergo in hoc genere concessionis Pontifex non dat simpliciter indulgentiâ, sed dat id quo obtrineri possit. In hoc forasè fundati sunt, qui nolunt hanc offerre indulgentiam simpliciter, sed secundum quid, id est, cum illo addito, per modum suffragij, quod putant esse diminuens: cum quibus (dummodò non dicant diminuerè certitudinem & infallibilitatem effectus) non est multum de nomine contendendum. Respondeo tamen, indulgentiâ hanc includere remissionem pœnæ virtuali, seu morali modo: quia continet æquiualem solutionem, ad quam veluti in genere causa formalis sequitur expulsiõ altæius pœnæ, seu reatus eius: & hoc satis est, ut hæc vocetur simpliciter indulgentia supposito quòd talis solutio fit per actum iurisdictionis: nam hoc postulat, ut dixi, communis vox, & ratio indulgentiæ, ut excludatur solutio, quæ per priuatum suffragium fieri potest: nam illa nec simpliciter, nec secundum quid, indulgentia dicitur.

Fr. Suarez, tom. 4.

Qvæstio hæc præcipuè intelligitur (iuxta materiam præsentis Disputationis) de conditionibus requisitis, vel ex parte animarum Purgatorij, quæ sunt veluti proprium subiectum, circa quod versatur indulgentia, vel ex parte eorum viuentium, qui lucraturi sunt indulgentiâ defunctis: nam illi quodammodò recipiunt huc fauorem, seu gratiam. De aliis verò conditionibus, quæ ex aliis capitibus possunt esse necessariae, non est hic dicendi locus, Certum est enim in concedente requiri potestatem, de qua supra generatim dictum est, & infra in particulari disputabimus, quoniam habeat potestatem concedendi hanc indulgentiam pro defunctis. Rursus ex parte finis certum est requiri piam, & rationabilem causam, de qua eadem ratio est in hac indulgentiâ, & in ea quæ vitis conceditur, de qua Disput. seq. dicturi sumus. Tria ergo tantum puncta præcipua hic declaranda supersunt.

An in lucrante indulgentiam pro defuncto requiratur gratia, in eo saltem tempore quo opus in unctum perfect.

Primum est, an in eo, qui lucratur indulgentiâ pro defuncto requiratur gratia, eo saltè tempore, quo consummat opus ad indulgentiam requisitum. Certum est enim requiri ex parte illius, ut perficiat tale opus, quale à dispensatore indulgentiæ postulatum est: nam quoad hoc eadem est ratio de hac, & de indulgentiâ viuorum: nam etiam hæc est concessio conditionata, quæ non impleta conditione non fortitur effectum.

Rursus certum est necessarium esse, ut tale opus fiat ex intentione & voluntate obtinendi indulgentiam defuncto: quia, alias tale opus, formaliter loquendo, non esset opus indulgentiæ, id est, nullo modo esset factum pro illo, cui indulgentia procuratur, quod tamen & per sese est necessarium ad effectum morale & in ipsa concessione indulgentiæ postulatur. Circa hoc autè oportet accuratè distinguere, duobus modis posse intelligi opus hoc fieri pro animâ Purgatorij: primò ad effectum lucrandi illis indulgentiam, & hoc ut minimum est necessarium, ut concludunt rationes factæ. Secundo ut etiam tale opus, quatenus per se habet propriam satisfactionem, vel ex opere operantis, vel ex opere operato, offeratur pro anima Purgatorij, cui indulgentia procuratur: ut v.g. si opus illud sit ieiunium, habens satisfactionem annexam ex opere operantis, quòd talis satisfactio offeratur pro illa anima; si verò sit sacrificium Missæ, applicetur eidem animæ quoad effectum satisfactionis ex opere operato. Et in hoc sensu nõ existimo esse necessarium tale opus fieri pro anima Purgatorij, nisi in ipsa concessione expresse vel sufficienter declaretur. Patet: quia hoc opus non necessariò exigitur ab operante ut satisfactorium, sed solum ut pium, vel pertinens ad cultum Dei, vel conducens ad complendam causam sufficientem indulgentiæ, quæ potest compleri solum ex eo quòd fiat, etiam si specialis fructus eius nõ applicetur tali animæ. Deinde, ut opus sit satisfactorium ex opere operantis, necesse est quòd in gratia fiat sed ut sufficiat ad lucrândam indulgentiâ alteri, nõ est necesse fieri in gratia, ut statim dicem: ergo ad prædictum finem necessarium nõ est, opus esse satisfactorium ex opere operantis ergo etiam si cõingat esse satisfactorium, nõ erit necessarium propriam, & quasi personalem satisfactionem offerre pro anima, cui satisfactio procuratur, nisi hoc in concessione exprimat, quòd rarò vel nunquam fit. In sacrificio autem Missæ non habet locum prædicta ratio, quia, etiam si sacrificium

Opus, ut fieri intentione lucrandi illis indulgentiam, non est tale opus, quatenus per se habet propriam satisfactionem, vel ex opere operantis, vel ex opere operato.

An quando informata indulgentia

fit in peccata mortali, semper habet suum effectum ex opere operato in eo pro quo offertur, si in illo non fit obex: & ad hunc finem solet precipue postulari hoc sacrificium, quando offerri precipitur: & ideo in eo magis dubia res est, verisimiliusque apparet quādo conceditur indulgentia liberandi animā à purgatorio, dicendo vnam Missam, consequenter postulari, vt sacrificium illud ex opere operato pro illa anima offeratur. Securius ergo est ita facere, quamquam in rigore id non fit per se necessarium ad talem indulgentiam, sed pendeat ex voluntate concedentis. Ideoque verba rescripti, seu privilegij attentè expendenda sunt: nā si hunc tenorē contineant, dicendo aut offerendo Missam pro defuncto, libera eius animam à Purgatorio, tunc necessarium erit fructum sacrificij tali animā in particulari applicare. Si autem solum dicatur, Dicendo missam, vel, quoties missam dixeris, toties libera vnam animam à Purgatorio, tunc ex vi talium verborum satis est illud pium opus facere, etiam si particularis fructus eius, siue ex opere operantis, siue ex opere operato tali animā non applicetur, sed solum beneficium indulgentiæ. Saepè autem non constat, quibus verbis talis gratia concessa sit, & tunc securius est sacrificium pro defuncto offerre, semperque est optimum consilium: quia fortasse hoc modo erit sufficiens causa ad lucranda integrā indulgentiam, quæ aliā non esset.

Atque hinc obiter colligo, quando aliquis exequitur opus pium, vt sibi ipsi lucretur indulgentiam aliquam, posse nihilominus propriam satisfactionem quam ex opere operantis inde habet, alteri aut defuncto, aut viuenti applicare per modum suffragij: quia indulgentia solum exigit executionem illius operis, non verò applicationem satisfactionis eius pro se, vel pro alio: quod à fortiori probant omnia dicta. Imò etiam quoad hanc partem existimo verum, si alicui concedatur indulgentia plenaria quoties sacrificauerit, tali loco, vel tali die, vel simpliciter, posse lucrari indulgentiam, sacrificium offerendo pro altero viuente, aut defuncto: quia neque ex vi talis concessiois aliud exigitur, neque est verisimile indulgentiam impedire hoc charitatis opus, aut hanc esse Pontificis intentionem.

Tertio (vt ad punctum propositum redeamus) certum est, quando opus exequendum vel pars eius tempore antecedit effectum indulgentiæ, pro illo tempore, non esse necessarium, vt operans sit in gratia: quia suprà ostensum est hoc non esse necessarium ad lucranda sibi indulgentiam, ergo neque erit necessarium ad lucrandum alteri. Item: quia in forma talis indulgentiæ non postulat, vt opus fiat in gratia, sed vt opus fiat. Difficultas verò nonnulla est quando consummato opere statim tribuendus est fructus indulgentiæ. Et ratio dubitandæ est: quia in eo casu ad lucranda sibi indulgentiam necessarium est, esse in gratia saltem pro eo tempore, vel momento quo consummatur opus: ergo idem erit necessarium ad lucranda indulgentiam alteri, quia non est potentior peccator ad obtinendum beneficium alteri, quam sibi ipsi. Atque ita tenet Angelus, verb. Indulgentia, n. 21. cum Cardinali in Clem. 2. de penit. & remiss.

Nihilominus dicendum est etiam, tunc non esse necessarium statum gratiæ. Quod tenet Gabr. in Additione citata ad lect. 57. cum D. Thoma, & Richardo, quos citat. Et idem sequitur Cordub. quæ. 26. Et ratio est: quia status gratiæ solum requiritur ad tollendum obicem indulgentiæ, & ideo per se solum est dispensatio necessaria in eo, qui receptor est indulgentiæ effectum: in presenti autem non est receptor effectum ille, qui efficit opus ad indulgentiam requisitum, sed alius cui indulgentia procuratur: ergo. Et ideo non est simile de lucrante sibi ipsi indulgentiam: nam in eo requiritur status gratiæ, non formaliter: quia operans est, sed quia recipiens

est indulgentiæ effectum. Atque hac ratione non est inconueniens, quod existens in peccato, aliquem effectum possit obtinere alteri, & non sibi; quia ipse habet obicem, non verò alius: maximè cum hic effectus non nitatur merito operantis. Sicut sacerdos existens in peccato, potest per sacrificium obtinere alteri remissionem pœnæ, non verò sibi. Denique explicatur optimè ex dictis: nam is, qui lucratur indulgentiam alteri, nullo modo prius sibi lucratur aliquam satisfactionem, vt eam alteri prebeat, sed solum exhibet conditionem postulatam, vt Pontifex alteri concedat indulgentiam: hæc autem conditio non est nisi executio talis operis quoad substantiam eius, per quod potest sufficienter impleri causa proportionata talis indulgentiæ, vt in superioribus locis declaratum est: ergo.

*An requiratur character baptismalis in defuncto qui indulgentiam lucratur.*

Secundum punctum est an ex parte lucrantis hæc indulgentiam requiratur character baptismalis (de gratia enim non differimus: nam dictum est hæc indulgentiam solum posse offerri pro animabus Purgatorij: quas constat esse in statu gratiæ) De characterem autem baptismali videtur esse nonnullum dubium: quia actus clauium non possunt exerceri nisi circa eos qui sunt, vel fuerint Ecclesiæ membra: nam, de his qui foris sunt, nihil ad nos: nullus autem est Ecclesiæ membrum, donec character baptismalis insignitus sit; quia baptismus est Ecclesiæ ianua. Itē, quia ita videtur in vsu obseruari, conceduntur enim indulgentiæ solum pro fidelibus viuīs, aut defunctis: fidelium autem nomine, iuxta communem Ecclesiæ phrasim, illi dicuntur, qui fidem in baptismo professi sunt. In contrarium verò est: quia, vt indulgentia concedatur pro defuncto, non est necesse illum esse subditum iurisdictioni Pontificis, vt declaratum est: ergo neque est necesse fuisse illi subditum in hac vita: quia hæc relatio præcedens parum refert ad indulgentiam, si in presenti tempore, quo indulgentia conceditur, non est necessaria: ergo nec necessarium est quod præcesserit baptismus, vel quod character baptismalis habeatur, solum enim posset propter subiectionem requiri. Item ratio à priori esse videtur; quia hæc indulgentia solum conceditur per modum suffragij: homo autem non baptizatus capax est suffragij, si sit in charitate, quia communicatio suffragiorum fundatur in viuone charitatis, quam potest habere aliquis sine characterem baptismali: quia, licet in re ipsa baptismus non susceperit, potest per contritionem, & votum baptismi iustificari. Vnde probabile valde est, priuata suffragia illis applicari, etiam quoad participationem satisfactionis, vt in superioribus vidimus: ergo verisimile est, eos esse capaces huius suffragij, quod per indulgentias fit.

In hac re nihil inuenio certum: nam auctores pauca de illa dixerunt, & Palacios, qui illam arguit in 4. d. 45. q. vlt. in fine, nihil apertè dicit. Veraque igitur Pars probabilis est: & priori quidē fauent auctores, qui communitè solum repunt ad indulgentiam ex parte eius, cui applicatur, statum gratiæ, & debitum pœnæ ob culpam actuale remissionem, & nullam mentionem faciunt characteris baptismalis. Posteriori verò parti fauent Patres qui negant sacrificium Missæ posse offerri pro catechumeno defuncto, ad remittenda ei illi pœnā temporalem ex opere operato: nam hinc videret colligi generalis regula, ante baptismum neminem esse capax effectus ex opere operato etiam si iustificatus sit: nam si esset capax, posset illū recipere: per sacrificium Missæ: quia ex suo genere est potentissima causa ad hunc

pro defun.  
to postula  
tur Missa,  
necesse sit  
illam pro  
eo offerre.

4  
Lucrans  
sibi indul  
gentiam  
potest operis  
satisfactio  
nem alteri  
donare.

5  
In lucran  
te indulg  
entiam de  
functo non  
requiritur  
status gra  
tia.

Angel.  
Cardin.

6  
Gabr.

Cordub.

hunc effectum : remissio autem per indulgentiam est ex opere operato, non ergo habebit locum in nō baptizatis. Vnde etiam videtur colligi, quod sicut potestas offerendi sacrificium pro viuis & defunctis coarctata est ad baptizatos, etiam si id, quod offertur, sit per modum suffragij, ita etiam potestas clauium ad concedendas indulgentias pro viuis & defunctis limitata sit ad baptizatos, etiam si habere possit actum per modum suffragij. Nam per se verisimile est Papam non posse alicui defuncto concedere indulgentiam per modum suffragij, cui viuenti non potuisset concedere indulgentiam per modum absolutionis : hanc autem non potest concedere Cathecumeno viuenti: ergo neque illam defuncto. Denique vñs magnum indicium est potestatis, cū ergo hoc genus indulgentiarum nunquam fuerit in vsu Ecclesie, nō habemus indicium, nec rationem aliquam sufficientem, cur asseramus hanc indulgentiam esse possibile, ideoq; verisimilius est hūc fauorē ex Christi institutione esse propriū Christianorū.

*An in anima Purgatorij aliqua dispositio præter characterem baptismalem & gratiam requiratur.*

**T**ertium punctum est, vtrum præter characterem, & gratiam alia dispositio requiratur in anima Purgatorij ad hunc effectum. Sed quæ hic tractari poterant, in superiorib; fere expedita sunt. Nam in primis tractari poterat sententia Caietani asserentis requiri speciale meritū de congruo: quod in hac vita præcesserit: quod videlicet quis mereatur, vt indulgentiæ post mortē illi applicatæ, à Deo acceptentur. Sed circa hanc sententiam nihil noui dicendum occurrit, non enim maiori fundamento meritū hoc requiritur in defunctis, quam in viuis postulent speciales sollicitudines satisfaciendi: vnde, quibus argumentis ostendimus sine causa postulari conditionem illam in viuētib; eisdem concluditur hanc non esse necessariam in defunctis. Item, rationes, quibus supra probauimus huiusmodi speciale meritum non esse necessariam ad effectū infallibilē aliorum suffragiorum, idem probant de hoc suffragio indulgentiarum: quia applicatur per potestatem à Christo cōcessam, & sub eius verbo ac promissione: ergo tantum requirit, vt nō inueniat obicē. Deniq; quādo Sancti loquuntur de huiusmodi merito, nihil requirunt, nisi, quod ad obtinendam remissionem venialis culpæ sufficiat, vt constat ex Augustino in Enchiridio cap. 110. Estque ad hoc propositum locus optimus apud Gregorium lib. 4. Dialog. cap. 39. vbi sic inquit. *Hoc autem sciendum est, quia illic saltem de minimis nihil purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obuiueat, promereatur.* Vbi etiā per purgatorium ignē, ait, non tolli venialia peccata, nisi quispiam in hac vita hoc promeruerit: certum est autem non esse ad hoc necessarium speciale meritum, sed illud sufficere, quod ad merendum in gratia satis est: de hoc ergo tantum loquitur Gregor. & de eodem loquuntur ceteri Patres in similibus locis. Vnde sunt etiam optima illa verba Gregorij ad confirmandā sententiam, quam in superioribus cum D. Thoma docuimus, scilicet, peccatum veniale nunquam dimitti, quando cum mortali coniunctum est.

Altera etiam sententia potest hoc loco tractari, quæ requirit in anima defuncti, pro qua indulgentiam lucratur, notitiam aliquam, & acceptationem beneficij sibi impensī. Sed hanc sententiā apud nullum auctorem inuenio præter Hostiensem in cap. Ex eo, de Pœnit. & remiss. n. 5. vbi varias requirit conditiones ad lucrandam indulgentiam, quarum aliqua cognitionem, & iustam illius existimationē supponit. Sed ille non loquitur de indulgentiis pro defunctis, quas alibi negat concedi posse, neque illa

Fr. Suarez. tom. 4.

conditiones etiam in viuētib; necessariæ sunt, sed solum quæ in superioribus sunt assignatæ. Illa ergo specialis notitia nō est necessaria in anima liberanda à Purgatorio per indulgentiam: quia, per se loquendo, nihil confert ad effectum eius. Vnde incertum est, an Deus illam conferat per specialem reuelationem. Neque etiam ad fructum indulgentiæ obtinēdum necessarium est, specialiter credere, aut sperare, hanc indulgentiam mihi applicatam, futuram esse fructuosam, vt ea ratione eius notitia necessaria sit: nam illa fides neque est dispositio ad gratiam, neque ad remissionem pœnæ temporalis, vt per se constat. Vnde etiam inter viuētes is, qui lucratur indulgentiā, potest in particulari iudicare, & fortasse etiam speculatiuē credere hanc cōcessiōnem indulgentiæ non esse validam, & nihilominus necessariam diligentiam adhibere, vt si fortasse valida est, obtineat eius effectum, quem sine dubio consequetur, si concessio re vera fuit valida: quia illa dubitatio vel credulitas non esset peccaminosa, nec ponit obicē effectui indulgentiæ. Sufficit ergo generalis fides de potestate concedendi indulgentias, quatenus necessaria est vel ad statum gratiæ & iustitiæ, ad quem aliquando sufficit implicata fides de tali articulo, vel ad operandum pro indulgentia lucranda: quia hoc fieri nō potest sine cognitione illius. Animæ autem Purgatorij non hoc modo operantur, sed recipiunt fructum aliorum operā comparatum, Video neque ex hoc capite est illis necessaria illa cognitio. Nec denique talis cognitio est illis necessaria propter acceptationē, tūm quia hæc acceptatio potius necessaria est ex parte Dei, quā ex parte ipsarum, tūm etiam quia sufficit eis illa voluntas generalis, quā desiderat satisfacere Deo, quā citissime valeant, & omnibus modis quibus id fieri possit, quamquam nec voluntas hæc actualis esset per se necessaria, sed sufficeret virtualis seu habitualis, in ipso statu gratiæ implicite contenta.

DISPUTATIO LIV.

*De causa finali propter quam concedi possunt, ac debent indulgentiæ.*

**P**OST materialem causam indulgentiarum, dicendum videbatur de formali, sed quia illa nihil aliud esse potest, nisi actus quidam causæ efficientis indulgentiam: ideo commodius infra post efficientem causam de illa forma disputabimus. Hic ergo incipimus agere de causis extrinsecis indulgentiarum, quarum prima est finis, qui in hac disputatione explicandus est. Distinguere autē oportet duplicē finem intrinsecum, vel extrinsecū. Intrinsecus finis indulgentiæ dici potest ipsemet effectus proximus eius, sicut in omni actione immediatus terminus eius est finis intrinsecus illius, sic igitur remissio pœnæ est intrinsecus finis indulgentiæ: vnde verisimilē dicitur indulgentiā concedi propter liberandum hominem à tali reatu pœnæ vel à Purgatorio, &c. Quod si quis dicat, remissionem pœnæ esse ipsammet indulgentiam, ideoque non posse esse finem eius, negandum id est, nisi largē nomē causæ effectui tribuatur, propriè enim remissio pœnæ non est indulgentia, sed effectus eius, indulgentia verò est, vel absolutio per quam fit talis remissio, vel tale suffragiū quo comparatur. De hoc ergo sine nihil habemus, quod addamus his, quæ de effectu indulgentiæ diximus. Inquirimus igitur in præsentī, an præter hunc finem necessarius sit alius extrinsecus, qui moueat concedentem ad indulgentiam præstādam, & qualis ille futurus sit, quamque necessarius sit, scilicet, vt concessio honesta sit, an verò etiam, vt valida sit, simulq; attingēda erunt aliqua de causis indulgentiarum, quæ sunt in vsu, an sufficientes sint.

Non requiritur in anima speciale meritum de congruo, quod in hac vita præcesserit.

August. Gregor.

In anima non requiritur notitia, aut acceptatio beneficij sibi impensī. Hostiens.

Finis intrinsecus indulgentiæ quæ

## SECTIO I.

*Utrum ad concedendam indulgentiam necessaria sit aliqua causa finalis, quae moueat concedentem.*

<sup>1</sup>  
Ratio dubitandi.

**R**atio dubitandi esse potest: quia indulgentia secum habet intrinsecum motiū sufficiens, quale est liberare proximum à tali miseria: ergo illud factis est, ut talis concessio honestè fiat, & à fortiori ut fiat valide: quia actus iurisdictionis inualidus nunquam honestè fit, per se loquendo, & seclusa ignorantia. Prima consequentia patet: quia ut actus sit honestus ex parte finis, satis illi est habere intrinsecum motiū honestum: supponimus enim ex parte aliarum circumstantiarum non habere inordinationem aliquam: nam hoc etiam accidentarium, & extrinsecum esset. Antecedens patet: tum quia in ipso, cui cōceditur indulgentia pro se, vel pro alio, ut honestè operetur ad illam lucrandam, sufficit quod id faciat, ut se, vel proximum liberet à tali debito, etiam si nullum aliud extrinsecum motiū habeat; ergo in concedente erit illud etiam sufficiens motiū. Tum etiam: quia in elemosyna corporali sufficiens motiū ad honestatem eius est liberare proximum à tali miseria, & in elemosyna spiritali, quæ fit per alia suffragia, simile aut proportionale motiū est sufficientissimum, & in sacramento penitentiae optimum motiū absolutio est liberare proximum à miseria peccati, illudque sufficit, supposita dispositione, & capacitate subiecti: ergo idem dicendum est in presenti, siue indulgentia intelligatur fieri per modum suffragij & elemosynæ, siue per modum absolutio: nam etiā supponitur subiectum capax, & dispositum, neque propter intrinsecum finem redditur magis capax, magisue dispositum. Denique Christus Dominus absolute concessit facultatem Petro dicens, *Quodcumque solueris*: neque addidit restrictionem, quod solueris ex causa seu fine extrinseco honesto: ergo non est à nobis addenda illa restrictio, quandoquidem neque ex natura rei necessaria est ad honestatē actus, ut ostensum est. In contrarium autē est; quia, si huiusmodi finis non esset necessarius, ut concessio indulgentiæ sit rationabilis, & prudens, posset Pontifex sua voluntate spoliare Purgatorium, vel omnibus ritē confitentibus totum reatū pœnæ remittere, eo tantum fine, ut eos illo malo liberaret: consequens autem est planè absurdum.

<sup>2</sup>  
Causam piam esse necessariā ad indulgentiam licitè concedendam.

Dicendum ergo est, necessariam esse causam aliquam honestam, ac piam, ob quam expediatur indulgentiam, eiusque effectum concedere, quæ distincta sit ab ipso effectu, seu fine intrinseco indulgentiæ. Hæc est communis sententia omnium scribentium in hac materia. Et à posteriori optimè conuincitur argumento facto. Ratio verò à priori est, quia hæc potestas, data est Ecclesiæ in ædificationem, & non in destructionem: concessio autem indulgentiæ solum propter seipsam, ut sic dicam, & suum effectum, sine alia causa, esset in destructionem & perniciem fidelium, sic enim neque in hac vita, neque in Purgatorio pœnas timerent, cum scirent iustè & sanctè posse illis liberaliter condonari: ergo etiam si Christus id expressè non declarauerit, potestas illa ex intrinseca ratione sua secum affert illam conditionem. Præterea, Deus ipse licet sit infinitè misericors, & liberalis, non statim remittit omnem pœnam temporalem, ut homines liberet à tali miseria, sed in hoc seruandum putat iustitiæ ordinem: ergo multò minus potest Pontifex licitè id facere. Patet consequentia: quia in hoc se gerit ut minister Dei, qui tenetur voluntati eius sese accommodare. Dices, Est de facto Deus hoc non faciat regulariter: certum est tamen posse id facere, sanctèq; facturum esse, si id velit, absque alia causa extrinseca: ergo inde non rectè probatur, hanc conditionem esse ne-

Obiect.

**A**cessariam ad honestatē huius actus. Respondeo, in Deo duplicem rationem esse considerandam, vniū supremi gubernatoris, legislatoris, aut iudicis, aliā supremi domini: si ergo priorem rationem præcisè spectemus, ex vi illius non posset illa remissio omnino liberalis, & sine vlla causa prudenter fieri: quia esset contra iustitiam legalem, quam gubernator maximè seruare debet, quia respicit commune bonum. Quatenus verò Deus cum illa ratione habeat coniunctum supremum dominium, potest optinè omnia debita condonare prout voluerit: nam sua voluntate conuerter omnia in malus bonum. Vicarius autem Christi constitutus est supremus dispensator ministerialis, non verò factus est dominus, & ideo integra manet lex illa iustitiæ legalis, quam violaret, si temerè & sine causa pœnas peccatorum condonaret. Imò ratio etiam iustitiæ commutatiue in eo specialiter locum habet, quæ illum obligat, ut officio rectè & secundum æquitatem utatur.

**B** Quod tandem in hunc modum explicari potest nam vel indulgentia confidetur ut absolutio, vel ut dispensatio thesauri per modum suffragij. Priori modo manifestum est requirere causam, quia est actus iudicis ut sic: iudex autem non potest prudenter absoluerere reum solum ut ipsum à pœna liberet absque alia ratione, quod maximè locum habet in inferiori iudice, qui iudicare tenetur secundum leges superioris. Imò nec ipse superior (secluso Deo propter supremum dominium) potest sua voluntate absoluerere reum, nulla habita ratione communis boni, hæc enim ratio non potest Pontifex etiam in propriis legibus licitè dispensare sine causa. Et confirmatur: nam hæc ratio, quantum sacerdoti absolute data sit potestas remittendi peccata, non est tamen ei liberum absoluerere à tota pœna hominem et contritum, si non est sufficienter dispositus ad totū illum effectum. Dices, hoc argumentum vel nihil probare, vel posse in contrarium retorqueri: nam confessor propter nullam causam extrinsecam potest absoluerere penitentem à tota pœna, si eius contritio non est sufficiens dispositio ad tantū effectum: ergo etiam per indulgentias non poterit dari absolutio à tota pœna, propter extrinsecam causam, nisi in recipiēte sit aliqua interna dispositio proportionata ad illū effectum. Vel si assignetur diuersa ratio: quia absolutio sacramentalis est purè iustitiæ iuxta legem præscriptā in institutione sacramenti, absolutio autem in foro indulgentiæ est potius benignitatis: hinc non solum eueritur argumentum, sed etiam videtur concludi non esse necessariam aliam causam præter ipsammet benignitatem & liberalitatem. Respondeo diuersam quidem intercedere rationem exemplumque non esse sumendum, ut sicut in iudicio penitentiae causa proportionata talis remissionis est talis dispositio penitentis, ita in presenti foro causa proportionata est aliquod aliud bonum pertinens ad pietatem & honorem Dei: nam, licet in hoc foro non attendatur ratio iustitiæ particularis, quæ consideratur per proportionem ad particularem dispositionem penitentis, non excluditur tamen ratio iustitiæ communis seu legalis, quæ postulat, ut huiusmodi benigna remissio non fiat sine iudicio & consideratione communis boni, quoniam aliter facta non esset liberalitas, sed prodigalitas, neque esset benignitas, sed crudelitas: quia tolleretur vitiorum correptio. At verò si consideretur indulgentia, ut dispensatio thesauri ad subueniendum indigentibus, etiam sub eâ ratione requiritur modum & ordinem, ut rectè fiat: quia modus & ordo maximè consistit in legitima causa: nam hæc seclusa, nullum principium superest, ex quo talis moderatio sumi possit, sed sine vllotermine posset fieri talis remissio, quod per se constat esse valde absurdum ut declaratum est.

Ex his

4. Ex his facilis est responsio ad rationem dubitandi in principio positam. Nam, licet subleuare miseriam indigentis per se honestum sit, si recta ratione mensuretur, tamen suam etiam moderationem seu proprium medium requirit, peccarique in eo potest per excessum, sicut & per defectum. Præsertim, si quis non sit dominus, sed dispensator bonorum, quæ distribuit: tunc enim ut subuentio sit honesta, non satis est ut indigenti fiat, sed necesse est ut fiat iuxta rationabilem voluntatem Domini, qui dispensationem commisit. Ac præterea subsidium collatum alteri, ut liberaliter & sine villo onere ab aliquo malo liberetur, non semper est per se honestum, quando illud malum maiorem habet rationem boni, aut respectu eius quia illud patitur, aut respectu boni communis. Hæc autem in presenti concurrunt: nam Pontifex concedens suffragium in indulgentiæ, non est Dominus, sed dispensator: voluntas autem Christi est, ut rationabiliter dispenseretur. Item malam poenæ temporalis: licet respectu peccatoris in eodem modo sit, tamen respectu boni communis est magnum & necessarium bonum, cui periculum crearetur, si malum illud gratis & sine causa tolleretur per alienum subsidium: non est ergo illud sufficiens motiuum, nisi coniungatur alia causa, quæ compenfit illud commune bonum.

5. Quapropter non est simile de ipso, qui indulgentiam lucratur: tum quia ad ipsum non spectat munus dispensandi thesaurum, aut habere in hoc negotio curam iustitiæ legalis, sed patienti priuatam satisfactionem, seu soluendi proprium debitum prout commode potuerit. Tum maximè, quia ipse iam supponit satisfactionem communem, legitime sibi applicatam, & ideo sufficienti intentione operatur, si propter suum spirituale commodum operetur. De elemosyna autem corporali iam dictum est. Quod si argumentum fiat de suffragio spiritali facto ex propria satisfactione, & propria voluntate, etiam de illa non est similis ratio: tum quia fit de proprijs bonis, quorum homo est suo modo Dominus: tum quia non est actus iustitiæ legalis, sed priuatæ charitatis seu misericordiæ, tum quia ex illo nullum sequitur commune nocumentum, etiam si solum fiat propter commodum illius animæ cui offertur. Et quoad hoc etiam non est similis ratio de absolutioe sacramentali: nam per illam non fit propriè dispensatio aliqua ad arbitrium concedentis, sed fertur iudicialis sententia iuxta leges à Christo statutas: & ideo ut honestè exercentur, non requirit aliquam extrinsecam causam præter intrinsecam rationem iustitiæ, quam includit, quæ reducat in commodum penitentis, & in honorem Dei, & propter vtrumque motiuum potest honestè fieri. Concessio autem indulgentiæ includit dispensationem quandam arbitrariam, id est arbitrio Pontificis relictam, ideoque, ut honestè fiat, requiritur ut tale arbitrium ex aliqua legitima causa fiat. Vnde qui de cõfessore putant habere potestatem imponendi maiorè, vel minorè satisfactionem pro tota poenâ debita: consequenter dicere debent, per se loquendo, debere imponere adæquatam satisfactionem: quæ posse illam in minorem commutare, nisi ex aliqua legitima causa ad illud forum pertinet.

6. Atque hinc inferitur causam hanc debere esse proportionatam indulgentiæ, quæ conceditur, seu quantitati eius, ut concessio prudens sit & rectè facta: nam quo maior sit remissio, siue intensiue, id est, quoad grauitatem poenæ, siue extensiue, id est, quoad plures personas, vel actus, eo maior requiritur causa cum proportione, quod facile patet rationibus factis, & ex ipsa generali ratione prudentis operationis, ac dispensationis constat, causam seu finem debere esse proportionatum actioni. Sed quæret tandem aliquis: an talis causa semper sit sufficiens, ut concessio indulgentiæ rectè fiat. Respondet, aliud esse de actione hac secundè se, aliud ut egreditur à concedente. Priori ratione

sufficit prædicta causa ad honestatè actionis, quantum est ex se, seu ex suo genere: & hoc modo tunc loquimur: quia hæc consideratio est per se, reliqua vero sunt per accidens, quæ non cadunt sub scientiâ. Vnde posteriori modo de illa loquendo necessariū est, ut ex parte operantis non adiungatur aliqua alia circumstantia, vel praua intentio. Fieri enim potest ut ad concedendam indulgentiam subfit causa sufficiens, & tamen quod dispensator illa concedat propter auaritiâ, ambitionem, vel quid simile, quæ quidem intentio reddet eius actionem turpem quæuis concessio ipsa secundum se spectata sit legitima & rationabilis.

SECTIO II.

*Virum legitima causa ita sit necessaria ad indulgentiam, ut sine illa concessa sit nulla.*

**R**atio dubitandi est: quia multa illicitè sunt, quæ tamen facta tenent: ergo, quantum talis indulgentia illicitè concedatur, nihilominus valida esse poterit: nam in concedente est potestas, & voluntas, quantum est ex se efficax, & nullum est principium sufficiens, quod illam irritam faciat, etiam si reddat illicitam. Quod varijs exemplis confirmatur. Primum, excommunicatio iniusta est valida, si procedat à potestatem habente, propter quod timenda dicitur. Et maiori ratione absolutio à simili excommunicatione à pastore concessa, etiam si fortasse sit iniusta, valida est. Deinde, dispensatio in ieiunio, vel alia simili lege, non potest rectè sine causa fieri, & tamen si fiat valida est, dummodo fiat ex plena voluntate habentis potestatem. Et ex hoc exemplo sumitur noua ratio, nam quando defectus est tantum contra iustitiam legalem, & non includit iniuriam contra commutatiuam, non irritat actionem, ut ex dictis exemplis constat: sed indulgentiæ concessio, sine iusta causa, solum est contra iustitiam legalem, & rectam gubernationem: ergo.

Responderi potest, dispensationem in illis legibus non ex eo capite esse validam, sed quia est dispensatio tantum in iure humano, indulgentiam autem includere dispensationem in iure diuino. Sed hæc autem est petitio principij, aut oportet ostendere quod fit hoc diuini ius, cui per indulgentiam derogatur. Nam, si dicatur esse prohibitio diuina de distribuendo, vel applicando thesauro sine huiusmodi causa, petitur principium: nam hoc est quod inquirimus, & oportet ostendere vbi fit hoc diuini ius: præter hoc autem nullum aliud excogitari potest, cui indulgentia repugnet. Et præterea adhuc illo admissio, non videtur sufficiens ut talis actio irrita sit: nam collatio beneficij facta minus digno, vel etiam indigno (ut quidam volunt) valida est, quantum sit contra diuinum ius prohibens iniustam distributionem: ergo similiter erit in presenti valida dispensatio, tamen si iniusta: nam, si violatio iuris diuini contra iustitiam distributiua non irritat actionem, cur violatio diuini iuris, quæ per indiscretam indulgentiam fit, illam reddet intulidam, cum solum sit contra conuenientem liberalitatem, & ad summum contra iustitiam legalem? Tandem confirmatur ab inconuenienti: quia, si valor indulgentiæ penderet ex causa, vix possent pastores Ecclesiæ prudenter illam concedere, cum obscurissimum, & incertissimum sit de tali causa iudicium: & similiter fideles nunquam possent satis firma fiducia, & pacata conscientia indulgentias lucrari, aut de illis fidere: ergo ad vitanda hæc inconuenientia, verisimile est Christum Dominum dedisse Vicario suo hanc potestatem, ut ea vti non debeat nisi ex legitima causa: hæc enim non repugnat, & alias videtur vtrumque conueniens ad maius commune bonum.

Nonnulli antiqui dixerunt, piam causam non esse de substantia indulgentiæ, seu necessariam ad

Nunquam Valorem

1. Ratio i. dub.

Exempli idem confirmatur.

Confirmatio.

Indulgentiam debere concedi proportionatam ad causam.

An data proportio nata causa concessio indulgentiæ rectè fiat.

3. valorem eius, etiamsi non negarent esse necessariam, A vtantur, non tamen affirmat banc conditionem eo sensu, & rigore esse adiectam, vt si non impletur, irritet factum.

*Primafant. Palud. Maior.*

*Vera sent.*

*1. Cor. 4. I. Pet. 4.*

*Clem. VI.*

*Leo 10. Conc. Con.*

vt recte concedatur. Ita refert Paludanus in quarto dist. duodecima, nullum tamen nominat auctorem, neque ego vllum reperi: nam, licet aliqui Maiori hoc attribuunt, falso tamen: nam ipse etiam dist. 12. quaestione secunda, illam sententiam refert, & falsam esse affirmat. Omnes ergo Doctores, tam Theologi, quam Canonistae (quos ex parte referemus sectione sequente) consentiunt, piam causam esse necessariam ad valorem indulgentiae. Fundamentum praecipuum huius sententiae est, quia Summus Pontifex non est Dominus, sed dispensator tantum Ecclesiastici thesauri, iuxta illud primum ad Corinthios quarto, *Sic nos existimet, homos, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, & prima Petri quarto, Sicut boni dispensatores multiformi gratia Dei.* Ergo non potest suo arbitrariu facere dispensationem validam, sed solum iuxta Domini voluntatem & intentionem: nam facultas dispensatoris ex ratione sua non amplius extenditur. Vt, verbi gratia, si Pater familias suas pecunias committat famulo, vt eas inter hos vel illos pauperes distribuatur, ipse vero in alios vsus eas consumat, non solum male faciet, sed etiam nihil faciet, & tam ipse, quam illi, qui eas receperunt, ad restitutionem tenebuntur, per se loquendo. Idem est de curatore in testamento relicto: quia nisi legata distribuatur iuxta testatoris voluntatem, non solum male faciet, sed etiam, nihil faciet. Est etiam simile, si quis alicui committat, vt nomine suo remittat debitum sub hac, vel illa conditione, ipse autem simpliciter remittat, nulla habita ratione talis conditionis, nihil faciet: quia non vt Dominus, sed vt minister remittit, & non impleta conditione, voluntas Domini nulla est: quia conditionalis nihil ponit in esse: sine voluntate autem Domini nihil valide fieri potest de rebus eius. Idem ergo in praesenti concluditur, applicando omnia dicta cum proportione. Et confirmatur: nam ipsimet Pontifices fatentur se non habere potestatem hanc, nisi sub hac conditione concedendi indulgentiam ex rationabili causa. Ita expressè declarauit Clemens sextus in Clement. vniuersum, de Penitentia, & remissione, & Leo decimus in Epistola sepe citata ad Caietanum. Indicatur etiam in Concilio Constantiensi sessione vltima, dum dicitur, suspectos de haeresi interrogandos esse, *an credant habere Pontificem potestatem ad concedendam indulgentiam ex causa rationabili.*

4. Hoc vero fundamentum nonnulla indiget maiori D expositione: nam, licet dispensator operari debeat iuxta voluntatem, & intentionem Domini, haec tamen intentio non semper est aequè efficax, ita vt conformitas cum illa sit necessaria ad valorem operis, etiamsi ad aliquam honestatem necessaria sit. Quando enim Dominus praecipit dispensatori, vt thesaurum suum inter pauperes distribuatur, sine dubio intendit, vt prudenter id faciat, magis indigentibus amplius tribuendo: nihilominus tamen etiamsi in hoc erret, plus tribuendo amicis, vel cognatis suis etiamsi minus indigeant, actio valida est. Similiter, si Dominus praecipiat oeconomus, vt triticum, vel aliquid simile emat, intendit absque dubio vt opportuno tempore, & moderatissimo precio, quoad possit, illud emat: si autem oeconomus parua adhibita diligentia, riguroso precio, non tamen iniusto, illud emat, actio valida est: quia licet non se gerat vt fidelis dispensator & prudens, non tamen simpliciter vt iniustus. Quanquam ergo in praesenti constet dispensationem indulgentiae sine causa factam non esse iuxta Christi intentionem, adhuc tamen probatum non est, talem esse intentionem illam vt irritet factum: quia conformitas cum illa, solum videtur pertinere ad quandam fidelitatem, & prudentem dispensationem. Nec testimonia Pontificum hoc satis conuincunt: affirmant enim, datam esse illis hanc potestatem, vt ex rationabilibus causis illa

vtantur, non tamen affirmat banc conditionem eo sensu, & rigore esse adiectam, vt si non impletur, irritet factum.

Addendum est ergo hanc conditionem esse de substantia huius actus & hoc modo requiri ex intentione Christi, quae non ex speciali reuelatione, sed ex ipsa rei natura, tali potestate supposita, colligenda est. Nam illa conditio, quae est omnino necessaria ad finem principalem, propter quem conceditur potestas, necessaria est ad substantiam & valorem actus potestatis: sed in praesenti huiusmodi est illa conditio: ergo, Maior per se nota est in terminis. Minor autem probatur primo ex illo fine generali, quod potestas hac data est in aedificationem, non in destructionem. 1. ad Corinthios quarto. & 2. ad Corinth. 10. Sed ad hunc finem necessarium est vt indulgentiae non concedantur sine rationabili causa, quia aliam omnino enueraretur Ecclesiastica disciplina, vt dicitur in cap. *Cum ex eo*, de Penitent. & remiss. Secundo, ex inconuenienti supra illato, quod Pontifice concedente sine causa speciali indulgentiam plenariam omnibus animabus Purgatorij, factum teneret, quod per se absurdissimum est: ergo signum est rationabilem causam esse de substantia actus. Tertio, quia constat hanc potestatem non esse datam, vt indulgentiae concedantur solum propter liberandas animas a reatu poenae, alioqui hic finis esset sufficiens etiam ad honestatem actus: ergo praecise data est, vt propter alias rationabiles causas indulgentiae concedatur. Quarto, quoties potestas est ad dispensandum, seu immutandum aliquo modo ius ab ipsomet superiore statutum, est de substantia & valore actus, vt non fiat sine iusta, & rationabili causa, huiusmodi autem est haec potestas, ergo, Maior habetur ex communi consensu omnium Theologorum, qui haec ratione dicunt, dispensationem in re pertinente ad ius diuinum, sine causa factam a Pontifice, esse nullam, vt in voto, in matrimonio rato, &c. Et ratio a priori est, quia non potest irrationabilis voluntas inferioris irritare rationabilem voluntatem superioris, neque est verisimile superiorem talem dedisse potestatem. Item, quia, ferè nullius momenti esset lex superioris, sic inferior potest sine causa obligationem eius cum effectu tollere. Minor autem declaratur: quia ius diuinum est, vt qui peccauit, & nondum plane satisfecit, tali poena in Purgatorio afficiatur: hoc autè ius magna ex parte immutatur & in illo aliquo modo dispensatur, quoties quis absoluitur ab illa poena per indulgentiam: ergo.

Dices, diuinum ius non esse aliud determinatè, sed sub distinctione, vt pariat illam poenam si per aliam huius vitae moraliter aequiualem non soluat, aut pro eo soloatur, alias non posset quis per propriam etiam satisfactionem huius vitae liberari a reatu illius poenae sine alia speciali causa, multo minus posset vnus redimere poenam alterius per sua priuata suffragia sine simili causa: quia etiam his modis mutaretur ius diuinum, si absolute positum esset. Si autem positum est cum illa distinctione, non mutatur, neque in eo dispensatur per indulgentias, sed quoad alteram partem impletur: nam per indulgentiam fit condigna solutio pro alio ex thesauro Ecclesiae: ad veritatem autem distinctionis sufficit vt vna pars impleatur. Respondeo, ius diuinum absolute esse, vt peccata puniantur, & quoties de nouo fuerint commissa, de nouo etiam exigatur noua vindicta, & satisfactio, quae per se exigatur ab ipsomet qui peccauit, propter vnionem autem charitatis acceptatur etiam exhibitam & oblata ab alio; si vtroque autem modo necessarium est, stando in regione iuris, vt post culpam sequatur vindicta, & satisfactio, ideoque nullus iniustus potest illas satisfactiones, quibus fortasse illo tempore abudat, reservare, vt per eas soluat culpas, vel à se, vel ab alio postea committas, seu committendas. Et ratio esse videtur, quia finis

finis vindictiue iustitiæ per se loquendo, id exigit A vt efficax esse possit ad emendanda & coercenda delicta: nam, si per actiones prius factas posset aliquis satisfacere pro subsequenti culpa, quasi impunè peccaret, licentiamque peccandi acciperet. Quod ergo per satisfactionem præteritas, & in thesauro Ecclesiæ reseruatæ soluuntur poenæ debite pro peccatis postea commissis, dispensatio quædam est in prædicto diuino iure.

7 Duobus autem modis, in genere loquendo, hoc fieri videtur. Prior continet omnes modos, quibus applicatur satisfactio Christi ad redimenda efficaciter nostra peccata, & poenas eorum ex immediata institutione ipsius Christi vt per omnia sacramenta, & sacrificium, & ad valorem huius institutionis & remissionis nulla alia causa necessaria est præter infinitum valorem ipsiusmet passionis Christi, cuiusdemq; voluntatem per potestatem Ecclesiæ operantem, præterquam quod in omnib; illis medijs, quibus ex diuino iure applicatur satisfactio Christi, facile est inuenire plures causas, & rationes, ob quas hoc genus remissionis, & indulgentiæ ab ipso Christo concessum est, moderato aliquo modo rigorem alterius iuris, vt ex dictis de institutione, & effectibus sacrificij Missæ sumi potest. Posterior modus continet omnem applicationem satisfactionum Christi & sanctorum ex thesauro Ecclesiæ ad remittendas poenas pro peccatis commissis iam debitas, factam ex immediata institutione & concessione Ecclesiæ, licet per potestatem à Christo datam, & huiusmodi est indulgentiarum remissio. Continet ergo hic modus dispensationem aliquam in diuino iure, cumq; ab homine immediatè fiat, legitimam causam requirit, sine qua valorem non obtinet. Neque obstat valor satisfactorum Christi, non quia ex se non sufficiat ad omnem penam tollendam: sed quia licet infinitus sit, nihilominus postulat rationabilem applicationem: neque enim Christus ipse meruit, aut voluit vt diuitiæ suæ indifferetè modo distribuerentur, seu potius dissiparentur. Nam, si hoc ipse meruisset, scilicet vt applicatio sine causa facta, valida esset & accepta Deo, ipse potius per se hoc fecisset, applicando nobis efficaciter suas satisfactiones ad redimenda omnia peccata quouis tempore committenda, absq; alia causa, vel operatione nostra, præter valorem sui meriti, prout his temporibus dicunt heretici: sicut ergo hoc absurdissimum est, & contra fidem, & bonos mores, ita etiam illud fuisse absurdum.

Posterior modus.

Ratio dubitandi enodatur.

8 Hic ergo modis sufficienter fundata est illa communis sententia, quæ verissima est magisq; roboratur respondendo ad rationem dubitandi in principio positam, præsertim ad exempla, quæ in ea afferuntur. Concedimus ergo generatim loquendo multa illicitè fieri, quæ facta tenent, negamus tamè concessionem indulgentiæ ex horum numero, sed ex his quæ & illicitè, & inualidè sunt. Negamus subinde in Pontifice esse potestatem ad talem indulgentiam concedendam: nam licet potestatem habeat ad concedendas indulgentias, non inde fit habere potestatem ad talem indulgentiam: quia non habet hanc potestatem nisi sub tali modo seu conditione, vt explicatum est: quod vno verbo dici potest habere potestatem ad indulgentiam legitimam, quæ sola, iuxta verum sensum & vsum Ecclesiæ, indulgentia simpliciter dicenda est: nam alia potius est dispensatio, aut præsumptio, seu intèta indulgentia, quam vera.

9 Ad primum exemplum responderetur, non omnem excommunicationem iniustam esse validam, sepè enim est nulla, & tunc maximè, quando sine legitima causa fertur, ex quo posset argumentum

retorqueri. Quomodo autem aliqua excommunicatione iniusta sit valida, infra suo loco dicitur: nam hic non potest breuiter declarari: solum dico id solum posse contingere, quando talis iniustitia non omnino tollit iustam causam excommunicationis.

Ad secundum exemplum de absolutione ab excommunicatione distinguendum est: aut enim absolutio datur ab eodem, qui excommunicationem posuit, & tunc valida est siue iure, siue iniuria detur: quia ipsamet tollit vinculum, à cuius voluntate penderet, & eadè ratione valida erit, si à superiore detur, qui eminenter continet, vt sic dicam, voluntatè inferioris: at verò si is, qui absoluit, sit inferior, non poterit absolutio esse valida, si sit iniusta: & ex hoc membro lumenda esset similitudo: quia concedens indulgentias, se habet vt inferior dispensator, vt declaratum est.

Ad tertium exemplum non desunt qui negent dispensationes in ieiunio & similibus legibus humanis validas esse, si absq; legitima causa concedantur quia etiam illa dispensatio procedit à potestate clauium, quæ est etiam ministerialis, & data in ædificationem, & non in destructionem: & ideo non est data vt ad libitum quispiam ea vtatur, sed sub certa regula & mensura, pertinente ad commune bonum, sub qua non continetur dispensatio illa sine legitima causa concessa. Sed omiſſa hac sententia quam nimis rigidam, & non satis fundatam censeo melius responderetur negando cõsequutionem, quia concessio indulgentiæ includit dispensationem in diuino iure, vt explicatum est, neque in hoc petitur principium: quia ius non est tantum prohibitio concedendi indulgentias sine causa, illa enim sola non sufficeret ad irritandum actum: nam etiam est prohibitio diuina, & naturalis dispensandi sine causa in communi lege etiam humana, & nihilominus dispensatio non est irrita. Est ergo illud ius, quod latum est à Deo de iusta vindicta peccatoris, quod suo modo sequitur ex natura rei ex ipso peccato. Ratio autem differentiæ quoad hoc inter dispensationem humani & diuini iuris est clara: nam quando dispensatur in iure diuino, dispensatur, vt sic dicam, in alienis bonis, seu in aliena voluntate, & superiori, & ideo vt validè fiat, requiritur causa, quia sine illa non consentit superior, & sine eius consensu in tali negotio nihil fit. At verò per dispensationem legis humanæ dispensat homo in re propria, seu in suamet voluntate: & ideo factum tenet, quia etiam si talis voluntas illicitè, & sine causa mutetur, tamen verè mutatur, & consequenter tollitur obligatio, quæ ab illa pendebat: Sicut, si legislator humanus sine causa abroget totam legem à se latam, quantum fortasse malè faciat & cum detrimento communis boni, nihilominus factum tenet: quia de facto mutat voluntatem suam, à qua tota res pendebat. Et in idem redit quod alij dicunt, talem dispensationem esse validam: quia in ea se gerit dispensator vt iudex supremus, & non præcisè vt gerens vices alterius; id enim intelligendum est de Principe supremo non absolute, sed respectiue, id est, quia dispensat in re, quam ipse primo constituit, & quæ ab eius voluntate penderet, tanquam ab eius proxima principali causa. Quapropter necesse est loqui de homine dispensante in lege à se, vel ab æquali, vel ab inferiori lata: nam, si inferior dispenseret in lege superioris, vt Episcopus in lege Pontificis, planè dispensatio non erit valida, si absque causa fiat, militat enim eadem ratio. Ad præterea, rationem aliam tactam in eodem exemplo de iustitia legali, & commutatiua sustineri non incongruè posse: nam indulgentia sine causa concessa non immeritò dici potest iniustitiæ cõmutatiuæ repugnare: nam, si illa indulgentia cõsideretur vt absolutio iudicialis, continet iniustum iudicium cõtra

10 Secundo exemplo satisfi.

11 Tertio exemplum eluditur.

Ratio red. dicitur cur dispensatio absq; causa in humana non iure sit valida, non autem in diuino.

D tollitur obligatio, quæ ab illa pendebat: Sicut, si legislator humanus sine causa abroget totam legem à se latam, quantum fortasse malè faciat & cum detrimento communis boni, nihilominus factum tenet: quia de facto mutat voluntatem suam, à qua tota res pendebat. Et in idem redit quod alij dicunt, talem dispensationem esse validam: quia in ea se gerit dispensator vt iudex supremus, & non præcisè vt gerens vices alterius; id enim intelligendum est de Principe supremo non absolute, sed respectiue, id est, quia dispensat in re, quam ipse primo constituit, & quæ ab eius voluntate penderet, tanquam ab eius proxima principali causa. Quapropter necesse est loqui de homine dispensante in lege à se, vel ab æquali, vel ab inferiori lata: nam, si inferior dispenseret in lege superioris, vt Episcopus in lege Pontificis, planè dispensatio non erit valida, si absque causa fiat, militat enim eadem ratio. Ad præterea, rationem aliam tactam in eodem exemplo de iustitia legali, & commutatiua sustineri non incongruè posse: nam indulgentia sine causa concessa non immeritò dici potest iniustitiæ cõmutatiuæ repugnare: nam, si illa indulgentia cõsideretur vt absolutio iudicialis, continet iniustum iudicium cõtra

E fatis,

fatisfactionem Deo debitam: si verò consideretur, ut suffragiū quoddam, est veluti elemosyna quædam facta ex alicuius bonis in casu non concessio.

II.  
Solutio ad  
exemplum.

Quartum exemplum erat de beneficio collato indigno, vel minus digno. Et quidem de priori satis probabiliter dici potest esse inualidam & humano, & diuino iure, & naturali; quia est contra iustitiam commutatiuam, cum grauissimo detrimento boni communis, & quia dispensatio, seu alienatio thesauri Ecclesiastici à Prælato facta sine causa, vel necessitate, vel sufficienti compensatione, est per se irrita, quia Prælati non est dominus illius thesauri, sed dispensator, ergo maiori ratione idem dici potest de dispensatione beneficii facta indigno. At verò, quidquid sit de hac sententia, nunc non est sufficiens ad respondendum ex exemplo adducto: quia de collatione facta minus digno dubitari non potest quin sit valida dummodo dignus sit, & de illo ferè procedit idem argumentum: nam collatio illa etiam est contra diuinum ius, & in eo se gerit concedens tanquam dispensator infidelis & iniquus. Caiet. ergo tom. 1. Opusc. tractat. 9. qu. 1. ad 2. respondet concedendo collationem etiam indigno factam esse validam, & negando cõsequentiã, & rationem reddit; quia ministeria, seu beneficia, & indulgentiæ sunt in diuerso genere dispensabilium: illorum enim, inquit, efficiã ex solo pendet imperio: horum autem efficiã abque vera dispensatione esse nequit. Nullam tamen rationem Caietanus affert, ob quam beneficiorum collatio sit ex his bonis, quæ solo imperio validè donari possunt: indulgentiæ autem non sint in hoc ordine. Et contra ipsum obijci potest ratio, quæ probat indulgentias non posse dispensari pro solo imperio: quia scilicet, temporalia bona non possunt ita dispensari, & spiritualia non sunt minus preciosa & chara Ecclesiæ. Sic enim argumentabimur.

Caiet.  
respons.

Impugna-  
tur.

Non sunt minus preciosa & chara Ecclesiæ beneficia Ecclesiastica, quàm bona temporalia: ergo, si hæc non possunt validè dispensari pro solo imperio, multo minus illa: vel si illa possunt, etiam reliqua spiritualia poterunt, etiam si sint magis chara, vel reddenda esset differentiæ ratio.

Y.  
Responsio  
alia.

Responderi ergo potest, dispensationem factam contra diuinum ius, per se loquendo, & ex vi talis obiecti esse inualidam, nisi aliunde ad commune Ecclesiæ commodum, necessarium sit talem actionem, non obstante iniquitate eius, suum effectum consequi: nam tunc considerato præcepto sine potestatis datæ pastoribus Ecclesiæ: nimirum, ut sit in ædificationem eius, præfertur commune bonum priuatæ malitiæ, ut rata sit talis actio: sic enim valida est collatio baptismi, etiam si indignissimo conferatur: & ordinatio sacerdotis, vel consecratio Episcopi rata est, & suum effectum habet, etiam si persona sit omnino indigna, Simili ergo modo electio, seu prouisio Episcopatus, vel alterius beneficii inferioris valida est, etiam in persona indigna: quia ita expedit ad commune Ecclesiæ bonum. Quia licet absolute non expediat Ecclesiæ habere indignum Prælatum, tamen postquam ille constituitur, multo magis expedit ut sit verus Prælati, quàm ut sit nullus: tum quia, si non esset verus Prælati, omnia eius acta inualida essent, quod esset magnū commune detrimentum: tum etiã, quia alias nūquam Ecclesiæ esset certa de suis Prælati: quia sepius dubitam? an electi digni sint, in indulgentijs autè non est similis necessitas. Hac responsio est probabilis, & aliqua ex parte necessaria, non tamen mihi omnino satis facit: primò quia nō explicat veram & propriam rationem à priori hui? rei. Secundo, quia, si ratio illa semper esset valida, nūquam deberet electio esse ipso iure irrita, ex aliquo defectu occulto, nec ob vitiū simoniæ, aut aliud simile, quod est cõtra omnia iura. Sequela patet, quia tunc etiam expediret magis habere indignum Prælatum, quàm nullum, propter ea-

Improbatur.

dem incommoda, vel si tunc non sequitur, in vniuersum etiam nō sequitur. Vnde obicitur tertio, quia etiam prouisio sit inualida, acta ab electo eo titulo, & cõmuni existimatione reputato Prælati, et inualida iuxta l. *Barbatius*. ff. de Officio Prætoris, & iuxta cõmuniem ac receptam doctrinam, & ita vitatur prius incommodū. Posterius autè ferè nullū est; quia non agimus de quocunq; minus digno, sed de simpliciter indigno, de quo non facillè iudicari potest, semperq; præsumi debet dignus, qui euidētissimè non cognoscitur indignus, quod raro cõtingit; in eo licet oriatur dubia, deponi debet. Imò, licet alicui in particulari constaret hanc personam esse indignam si tamè cõmuni existimatione reputaretur digna, & haberetur ut verus Prælati, teneretur ei parere, quia acta eius essent valida ut dictum est.

Ut ergo rem hanc explicemus, aduertendum est, aliud esse agere aliquid vel donare, aut distribuere quiddam contra ius diuinū & naturale; aliud verò esse dispensare in ipso iure diuino, tollendo vim & obligationem eius. Cum ergo dicitur esse nulla dispensatio facta in iure diuino sine causa, non prior, sed posteriori modo intelligendum est, quod exemplis, & ratione manifestè declaratur. Nã, si quis habens superfluas diuitias, eas distribuatur inter homines diuites ommissis pauperibus grauitè indigentibus, sine dubio agit contra ius diuinum, & naturale, & nihilominus dispensatio valida est, quia per eam nō tollitur obligatio illius iuris diuini, sed violatur. Sed si quis verò esset si aliquis posset dispensare in illo iure obligante ad dandam elemosynam indigentibus ex superfluis; nam si id faceret sine legitima causa, nihil faceret. Sic etiam, si quis habes simplex votum castitatis, matrimonium cõtrahat sine alia causa legitima, cõtra ius diuinum agit, & naturale, & nihilominus matrimonium tenet, & tamen si illi concedatur dispensatio sine causa ad matrimonium contrahendū, dispensatio nulla est; tunc ergo illa duo longè diuersa. Ratio autem est; nam lex diuina prohibens factum ex ratione iuris, seu præcepti tantum, non impedit factum quoad substantiam, vel effectum eius, ut sic dicam, sed solum quoad honestatem eius; lex enim cohibet voluntatem, tamen per se non tollit potestatem. Dico autem, per se, seu ex vi iuris, aut præcepti; quia ex alio capite, si tollat dominum, vel capacitatem, vel aliquid huiusmodi, potest factum irritare. Quando autem aliquis facit cõtra legem, non tollit ipsam legem solū rumpit eius obligationem, & idè hoc non impedit quominus actio possit esse valida. At verò lex per se & vi sua secum affert ut à nullo inferiore tolli possit, nisi iuxta præscriptum ipsiusmet legislatoris: per dispensationem autem in lege tollitur ipsa lex, saltem ex parte, seu quoad aliquem; & idè talis dispensatio sine causa facta nulla est.

Ex hac ergo doctrina ad propositam difficultatē dicimus, concessionem indulgentiæ sine causa, non solum esse contra diuinum ius prohibens illam, sed etiam esse aliquo modo dispensationem in diuino iure de vindicta malefactorum, & in obligatione satisfaciendi; nam & hanc tollit, & rigor illius iuris multum remittit, ut explicatum est; collatio autem beneficii contra iustitiam facta, est quidem contra diuinū ius prohibens illam, non est tamen dispensatio in aliquo diuino iure. Nam in primis est donatio, seu distributio cuiusdam rei humana; nam beneficium, licet res Ecclesiastica sit, & aliquo modo spiritualis, nihilominus res humana est, quæ sub dominium & vsum hominis cadit, & per homines immediatè datur. Et deinde per illam donationem nulli? diuini iuris obligatio tollitur, aut remittitur, quanuis aliqua violetur; & idè, neque est exemplum simile, neque ex hac parte repugnat, collationem beneficii validam esse. Atque hæc ratio æquè procedit, siue collatio fiat minus digno, siue omnino indigno; nam præcisè ex eo capite, quod est dispensatio contra

contra ius diuinum, neutra est inualida. An verò ex alio capite aliqua earum sit nulla, alio loco examinandum est. Nam illa, quæ sit digno, licet minus, etiam si non obliget electum ad reliquendum beneficium, neque electorem (vt puto) ad restituendum, non ideo est, quia tollat aliquam obligationem diuini iuris, sed quia nullum est diuinum ius, quod talem obligationem imponat, eo quòd actio illa non sit contra commutatiuam iustitiam: & quia recipiens beneficium, sufficiens est ad satisfaciendum suo muneri, etiam si non sit optimus. Similiter etiã collatio facta indigno, licet demus ratam esse, nõ tollit ab eo obligationem reliquendi beneficium, neque à superiore, irritandi talem collationem, atque ita nullam remittit obligationem diuini iuris, neque in eo dispensat, ideoque ex hoc capite non est irrita, si aliud nõ obstat. Quin potius, neque alienatio temporalium bonorum Ecclesiæ facta à Prælato ex solo imperio est irrita ex eo cap. quòd est dispensatio in iure diuino, vel contra ius diuinum: nam primum non est verum, & secundum præcisè non sufficit. Est ergo nulla: quia sit sine dominio talium rerum, atq; adeo sine potestate morali, necessaria ad valorem talis actionis.

15  
Obiectio  
occurritur

Dices, etiam collatio beneficij sit sine dominio in illud. Respondeo, iam hoc est aliud caput, de quo suo loco disputandum erit, an sufficiat: fieri enim potuit vt licet collatio beneficij nõ fiat à Prælato vt à Domino, sed vt ab œconomò Christi, nihilominus ipse Dominus non postulaerit dignitatẽ recipientis ad valorem actionis, propter maius commodum Ecclesiæ, & quia ad subueniendũ illi malo satis est, quòd illa actio irritanda, etiam si non sit irrita. In quo etiam differt à concessione indulgentiæ.

16  
Dubium.

Replicatio  
occurritur.

Nam, si hæc facta sine causa semel fuisset rata, nunquã potuisset amplius irritari. Solum video instari posse de electione Summi Pontificis, quæ licet fiat in persona indigna, si quoad cætera ritè fiat, valida est, & irritari amplius nõ potest. Sed illud est peculiare: tum quia non conferunt homines illam dignitatẽ, sed Christus ipse, qui in eo casu ex præscripta lege confert dignitatem indigno propter summã Ecclesiæ necessitatẽ vt tollatur schismata, & potest facere de indigno dignum, si sit capax & non resistat, seu se disponat ad quod tenetur, vel dignitati susceptæ renunciare. In concessione autem indulgentiarum nulla est huiusmodi necessitas, neq; sequuntur vera aliqua incommoda ex eo, quòd sit necessaria causa legitima ad valorem earum, quia non est necessariũ habere certam fidem in particulari de valore huius vel illius indulgentiæ, sed sufficit pia credulitas, supposita certa fide de potestate indulgentiarum: nam etiam in sacramentis non habemus hanc certam fidẽ de veritate huius sacramenti in particulari, quatenus pendet ex hominis intentione, vel ex alia simili causa.

Duo tamen hoc loco declaranda supersunt. Primum est, an, si quis quod in se est, seu quod postulat faciat ad lucrandã indulgentiam sine causa legitima concessã, saltem liberetur obligatione implendi penitentia inunctã, sicut liberaretur si talis indulgentia esset ex legitima causa concessã. Et ratio dubij esse potest: quia talis indulgentia in tantum valida non est, in quantum derogat diuino iuri: ergo quatenus tollit aliquod humanum ius poterit esse valida: quia quoad hoc voluntas Superioris est efficax, etiam absque causa, vt dictũ est. At verò obligatio implendi penitentiam inunctã, non est ex iure diuino, sed ex humano, nimirum, præcepto confessoris; obligatio enim seu debitũ satisfaciendi absolute, seu aliquo modo est ex diuino iure, & ideo sine dubio non tollitur per talem indulgentiam: obligatio autem satisfaciendi per hoc opus inunctum à confessore, est ab homine: tollitur ergo per talem indulgentiam. Et confirmatur: nam hæc ratio In-

nocentius 3. in c. Cum ex eo, de Pœnit. & remis. dicit per indiscretas & superfluas indulgentias pœnitentialem satisfactionem eneuari: quia nimirum per illas etiam tollitur obligatio implendi tales satisfactiones. Nihilominus distinguendum est: aliud est enim loqui de re ipsa, aliud de conscientia pœnitentis: nam in re ipsa, existimo hanc obligationem non auferri per huiusmodi indulgentias. Ratio est: quia indulgentia nõ tollit hanc obligationẽ reuocando præceptum confessoris, sed subtrahendo materiam eius, vt supra dixi: per huiusmodi autem indulgentiam, non tollitur materia huius præcepti: quia nõ tollitur debitum satisfaciendi: ergo nec præceptum illud tollitur. Nec refert quòd sit ab homine: quia est latum in altiori foro, in quo homo gerit vices supermi iudicis, & ideo non potest ab alio homine directè reuocari præceptum eius in alio extrinseco & inferiori foro, nisi alioqui ipsum præceptum cesset deficiente materia. At verò in conscientia pœnitentis fieri potest vt obligatio cesset, seu potius ipse excusetur: quia illi non constat de nullitate indulgentiæ, sed potius bona fide præsumit indulgentiã esse validam: & hoc modo maximè sit, vt per superfluas & inualidas indulgentias sacramentales pœnitentiã eueruentur.

17  
An indulgentia inualida ex defectu causa valeat ad eas concessiones, quæ cum ea sunt.

Secundum dubium est, an saltem valeant huiusmodi indulgentiæ quoad alias concessiones, quæ eis fieri solent, vt v. g. datur facultas ad eligendum confessorem, qui possit absolvere à casibus reseruatõis dispensare in votis, & similia, an hæc omnia habeant effectum, quantum indulgentia inualida sit. Videntur enim consequenter hæc omnia esse inualida: tum propter similitudinẽ rationis: tum etiam, quia omnes hi fauores conceduntur in ordine ad indulgentiam; ergo si illa est nulla, etiam ipsi: nam accessorium sequitur principale: ergo vbi principale nihil est, accessorium etiam cessat. Dicendum nihilominus censẽo, omnia, quæ ex vi talium facultatum sunt, quantum est ex hoc capite validè fieri. Ratio est: quia hæc omnia præcisè pendet ex iure humano, seu ex voluntate Pontificis, vt v. g. quòd hic sacerdos possit confessiones huius vel illius pœnitentis audire, quòd possit dispensare in votis, quòd tales casus sunt, vel non sint reseruati, & similia. Hæc enim omnia per voluntatẽ Pontificis limitari possunt, vel extendi, aut delegari: sunt ergo omnia valida, etiam si ex sola voluntate sine alia causa fiant. Et ideo longè diuersa ratio est de illis, & de indulgentia. Neque etiam obstat, quòd simul cum indulgentia concedantur, vel propter illam: nam interdũ se habet merè cõcomitanter seu accumulatiuè; & tũ nulla est omnino ratio dubitandi, vt quando conceditur facultas audiendi sacrum, tempore interdicto, vel scindi lactiniis tempore prohibito, & similia. Aliquando verò videntur concedi in ordine ad indulgentiam, vt homo facilius se disponat ad illam obtinendam: & de his procedit ratio dubitandi, sed nullum scrupulum ingerere debet: quia licet intentio Pontificis reuera sit vnum concedere in ordine ad aliud, non tamen vult vt vtriusque sit cõditio necessaria, sed absolute vult vtrũque, & in vtroque vult operari quantum potest, quantum ad vnum moueatur ex intentione alterius: quia verò plũs potest circa dispositionem, quàm circa ipsam formã (vt sic dicam) ideo fieri potest, vt vna concessio sit valida sine alia. Atque hinc sequitur, absolutionem à reseruatõis, vel dispensationem in voto, & c. factam ex vi talium priuilegiõrum esse validam. Dico autem. *Quantum est ex hoc capite*, quia oportet vt alia necessaria concurrant, vt v. g. quòd dispensatio in voto fiat ex legitima causa, quòd absolutio à reseruatõis fiat cum debita dispositione, & similia: nam in hoc sensu datur talis facultas neque aliud intendit Summus Pontifex, nec potest: quia hæc iam attingunt ius diuinum. Potest enim

Papa

Papa pro suo arbitrio, sine alia causa concedere alii cui facultatem dispensandi vota, non tamen potest ei concedere facultatem dispensandi vota, sine causa, cum neq; hoc modo possit ipse Pontifex illa dispensare.

SECTIO III.

Utrum ad indulgentiæ valorem requiratur causa non solum iusta, sed etiam proportionata.

I Prima sent. D. Tho.

Bonan. Richard. Durand. Palud. Supplem. Gab. Angel. Syluest. Mich. Medin. Prima ratio.

Aliaratio.

2 Secunda sententia.

Raymond

Prima opinio est, omnem indulgentiam, quæ conceditur ex causa pia, quæcunque illa sit, validam esse omnino seu integrè. Hæc videtur fuisse opinio D. Tho. in 4. d. 20. q. 1. art. 3. q. 2. vbi dicitur: quantitate effectus indulgentiæ, non commensurari quantitati seu gravitati causæ: sed quantacumq; sit indulgentia, totam esse validam, si causa sit pia, etiam si sit minor. Et in solut. ad 1. art. Si Prælati inordinatè concedat indulgentias, ita vt homines quasi pro nihilo ab operibus penitentiæ reuocentur peccati, inquit, faciens tales indulgentias, nihilominus qui plenam indulgentiam consequitur. Eadem sententia tribuitur Bonau. d. 20. q. 6. & ibidem Rich. ar. 5. q. 1. & idem sentit Dur. ibi q. 4. Palud. verò q. 4. art. 1. conc. 1. adhibet limitatione, nisi quis sciens & videns procuret talè indulgentiam, ad quæ causa sufficiens non cõcurrit. Tenet etiam Supplem. Gabr. d. 45. q. 3. art. 1. in princip. & art. 3. concl. corol. 7. Idem sentit Angelus verb. Indulgentia, n. 2. Syluest. nu. 3. & Michael Medina tract. de indulgentiis, q. vlt. in fine. Fundamentum maxime videtur sumi ex Ecclesiæ consuetudine: nam videmus pro eadem causa maiorem, vel minorem indulgentiam concedi, & sæpe etiam pro leui causa amplam indulgentiã, vt, Pontifex sola benedictione sua aliquando concedit indulgentiam plenariam omnibus præsentibus, quia interdum est infinitus populus: non est autem pium, neque ritum dicere has indulgentias temerè concedi, vel Pontifices decipi, aut velle decipere: ergo. Ratio verò reddi potest, quia si semper esset necessaria causa adæquata, & paruus esset fauor, & difficillimum esset punctum æquitatis attingere: ergo satis est quoddã cõcurrat pia & iusta causa, vt Pontifices possint validè suo arbitratu indulgentiam taxare. Quod tandem confirmat D. Thom. quia thesaurus Ecclesiæ est principalis causa huius remissionis, præsertim quatenus continet abundantiam meritorum Christi: intentio autem Christi, & sanctorum sufficienter seruat per hoc, quòd ratio dispensationis seu indulgentiæ pertineat ad Dei honorem, & Ecclesiæ vtilitatem in generali: ergo quæcunq; sit hæc ratio, sufficit ad integrum valorem indulgentiæ.

Secunda sententia limitat præcedentè dicens, piã causam solum non esse semper sufficientem ad totum valorem indulgentiæ, posse tamen suppleri ex deuotione lucrantis indulgentiam. Semper enim talis indulgentia quoad aliquid valida est ( in quo omnes conueniunt, vt dicemus ) quia respectu alicuius effectus, semper est proportionata, atque ita comparatione illius concurrunt omnia, quæ sunt de necessitate indulgentiæ, ideoq; ad minimum habebit illum effectum in quocunq; non ponente obicem, & exequente postulatam opus. Ille tamen effectus, augebitur in eo, qui maiorem fidem, aut deuotionem habuerit, tantaque poterit esse deuotio, vt ratione illius consequatur integrum indulgentiæ effectum. Hæc fuit opinio Raymundi, quem alij autores citant, quæ duobus modis potest intelligi. Primo, quòd ex qualibet personali deuotione, aut fide, seu gratia lucrantis indulgentiam, augeatur effectus eius, etiam si alioqui causa per se non sufficiat. Et in hoc sensu non est vera, neque admodum probabilis: quia, vt rectè attigit D. Thom. deuotio recipientis non est causa indulgentiæ, nec

ratio propter quam conceditur, imò neque est dispositio necessaria ad effectum eius, nisi solum quatenus necessaria esse potest ad tollendum obicem peccati mortalis, vt supra ostensum est: ergo propter hæc personalem deuotionem recipientis non crescit, vel minuitur effectus indulgentiæ. Alio verò modo potest intelligi hæc opinio de fide vel deuotione, quæ redundet in opus propter quod indulgentia conceditur, reddatque illud maioris valoris moralis in ordine ad Deum. Et hoc sensu est probabilis illa opinio, vt videbimus. Tenuitq; illam Alci-fiodor. lib. 4. Summæ tract. 6. cap. 9. quæst. 1. & 3. Quæ secuti sunt Innocentius, & Ioannes Andreas in cap. Quod autem, & Hostiensis in cap. Cum ex eo, de Penitentia, & remissione.

Sed rursus, circa hunc sensum oportet aduertere variis modis posse intelligi opus, vt procedit ex deuotione lucrantis indulgentiam, posse sufficere ad hanc proportionem faciendam. Primo, si opus secundum iustam existimationem æquiualeat remissioni, quæ per indulgentiam conceditur, & non aliter: quem sensum videtur intèdere dicti auctores, Nam inter condiciones requisitas ad effectum indulgentiæ duas ponunt: scilicet, discretionem, & iustam existimationem, vt per discretionem discernat quis, pro quanto velit exonerari à tanto reatu, seu à tanta penitentiã sacramentali: per iustam verò existimationem tantum recompenfer, quantum ei dimittitur. Veruntamen in hoc etiam sensu improbabilis est sententia, eamq; meritò D. Th. & omnes posteriores reiciunt. Primò, quia hoc modo nihil conceditur per indulgentiam: nam, si necesse est me facere iustam recompensationem, quid mihi liberaliter donatur? Secundò, quia interdum tam leuia opera expetuntur ad lucrandas indulgentias etiam plenissimas, vt est non possint sufficientiã ad compensandum, seu persoluedum secundum iustam existimationem totum debitum, quod per indulgentiam remittitur, etiam si ex maxima deuotione fiant. Vnde Ecclesiæ concedens has indulgentias, planè decipere fideles, quòd est absurdum. Quamquam Alci-fiod. & alij dicant posse hoc concedi, si verbum decipit, non dicat deformitatem: quia Ecclesiã non mentitur, in quo significat Ecclesiã non decipere dicendo falsum, sed occultando verum. Sed errant validè: tum quia hoc ipsum est magnum inconueniens, cum Ecclesiã ex officio teneatur veritatem aperire, præsertim in re morali, & adeò necessaria ad praxim: tum etiam quia illud non solum esset occultare verum, sed etiam dicere falsum, cum promittat indulgentiam plenariam per opus, per quod impossibile est illam consequi, idq; non ex priuata temeritate vnius vel alteri personæ, sed ex communi vsu & existimatione Ecclesiæ.

Alio ergo modo intelligi potest illa discretio, & iusta existimatio, non in ratione condignæ solutionis vel compensationis per tale opus, solum in ratione causæ motiue & finalis, ita vt tale opus ex tali fide & deuotione procedens, censetur condigna causa, & ratione illius tanta remissio, concedatur, etiam si alioqui per se non sufficeret ad integrum solutionem. Et in hoc rursus distinguendum est, nam si sit sensus oportere vt tale opus tanta deuotione, talibusve circumstantiis fiat, vt per se solum contineat proportionatam causam indulgentiæ, sic etiam probabilis sententia non est, quia causa indulgentiæ non consistit in solo opere imposto ad indulgentiam lucrandam, sed etiam pendet ex aliis circumstantiis, vel vtilitatibus, imò aliquando potest esse iusta causa indulgentiæ absque speciali opere iniuncto, vt in superioribus vidimus: tum etiam propter argumentum sumptum ex consuetudine Ecclesiæ: nam sæpe opus iniunctum est adeò leue, vt neq; in ratione causæ motiue possit per se solum esse proportionata ratio indulgentiæ. Igitur verus sensus illius

Forma sententiae esse debet, opus lucrantis indulgentiam multum posse conferre ad consummandam proportionem, & adaequationem inter causam indulgentiae, & effectum eius: & ideo si causa alia per se sumpta, vel cum solo opere secundum substantiam considerato, ut sic dicam, non sit proportionata ratio indulgentiae, fieri posse, ut ex fide & deuotione operantis, quatenus redundat in maiorem valorem operis, crescat etiam proportio talis causae, & consequenter crescat etiam effectus indulgentiae, tantumque esse posse augmentum hoc in huiusmodi opere, ut reddat causam omnino proportionatam & consequenter sufficiat ad totum effectum indulgentiae consequendam. Atque in hoc sententia haec valde probabilis est, & in superioribus fere est a nobis probata, & in re nihil illi ad sequenti sententiae, sed est quaedam declaratio diffusae, ut ex dicendis constabit.

Est ergo tertia sententia affirmans ad valorem indulgentiae non sufficere causam aliam piam vel honestam in se, sed requiri, proportionatam effectui seu quantitati indulgentiae. Hanc tenet aperte Albertus Magnus in 4. dist. 20. articulo 17. & eandem reuera tenet ibi Bonau. qu. ult. si attendi legatur, & Richar. articulo 3. quaestio. 1. tenet etiam Adrian. materia de indulgentiis, conclusio. 2. & Augustinus de Anconali. de Potestate Papae qu. 30. art. 5. Caiet. in Opusculo citato qu. 1. & 2. & latissime Gorduba qu. 20. Nec poterit quisquam de veritate illius sententiae dubitare, si ea consideret, quae in duabus sectionibus praecedentibus diximus. Primo quidem, quia rationes factae in praecedenti sectione, probant eam causam, quae necessaria est, ut concessio indulgentiae sit recta & iusta, esse etiam necessariam ad valorem eius: sed ut indulgentia iuste & recte concedatur, necessaria est non solum causa pia, sed etiam proportionata, ut in prima sectione ostensum est: ergo etiam ad valorem indulgentiae requiritur iusta causa.

Secundo, quia Pontifices non solum requirunt piam causam, sed etiam iustam & rationabilem, ut patet ex Clement. 6. in Extraua. Vnigenitus, de Poenitent. & remiss. & Leone 10. in citata Epistol. ad Caiet. qui utuntur illa voce, *rationabilibus causis*. In Conc. autem Constant. sess. vlt. Martinus 5. adiungit illa duo verba. *Ex causa pia & iusta*. Ex quibus sic argumentari licet: Nam, ut causa sit rationabilis, non satis est esse in se honestam, sed necesse est esse rationi consentaneam: nam recta ratio euitat quidquid improporionatum est. Vnde Innocentius 3. in dicto. *Cum ex eo*, de Poenit. & remiss. superfluas indulgentias indifcretas vocat, id est, irrationabiles, easque ut perniciosas reprehendit: sunt autem superfluae illae indulgentiae, quae largius conceduntur, quam causa postulat, etiam si pia sit: ergo causa rationabilis ultra pietatem requirit adaequationem & proportionem. Vt v.g. si quis ad redimendum vulgarem hominem captiuum effunderet ingentem thesaurum, licet videretur id facere ex causa pia, non tamen faceret ex causa rationabili, esset namque talis effusio imprudens & si fieret ex alienis diuitiis alicui commissis ad dispensandum rationabiliter, esset inualida donatio, quantum ad illum excessum. Simile argumentum sumi potest ex illa particula, *Iusta*, quae adiungitur ultra pietatem: nam iustum non dicitur, nisi quod est adaequatum & proportionatum. Et in hac proprietate semendum ibi est, ut aliquis ultra pietatem addere videatur. Dices, etiam in rigore dici non posse causam piam, nisi quae est rationabilis, nec rationabilis, nisi quae est iusta. Respondetur, in rigore ita esse, si pia causa dicatur, non solum quae in se & absolute sumpta est res quaedam pia, sed etiam respectiue, seu in ratione causae: quia vero contingit rem aliquam esse in se honestam & piam, quae relatio ad aliquem effectum non esset honesta causa eius, ideo, ad explicandum utrunque in praesenti requiri, ad-

Fr. Suarez. tom. 4.

A diderunt Pontifices, causam hanc debere esse non tantum piam, scilicet absolute & secundum se, sed etiam rationabilem & iustam, quod perinde est, ac si dicerent, debere esse piam respectiue & in ratione causae. Et fortasse ad hoc magis explicandum addidit Clemens in dicta Extrauagante. *Commisit fidelibus salubriter dispensandum*: non enim dispensatur salubriter, nisi quod cum debita mensura & moderatione dispensatur. Et rursus *ex propriis & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione peenae*. Nam propriae causae, perinde dicuntur ac proportionatae & adaequatae, ita ut sensus sit, indulgentiam nunc totalem, nunc vero partialem concedi posse iuxta exigentiam propriae, id est proportionatae causae, quae sola rationabilis est.

Tertio, quia quantum concessio indulgentiae excedit causam, tantum in illa conceditur sine iusta causa pro sola voluntate concedentis: ergo tantum de habet nullitatis, seu quoad totum illud excessum non est valida: ergo, ut sit integre valida, requirit causam proportionatam. Posterior illatio manifesta est: prior vero constat ex dictis, quia omnis remissio facta pro sola voluntate concedentis sine alia causa, nulla est, quia illud non est munus dispensatoris, sed domini. Antecedens vero patet, quia effectus adaequatus tali causae secundum debitam & rectam proportionem esset tantus, v.g. ergo quidquid ultra additur, voluntarie & non ex vi talis causae additur: unde quantum ad id, etiam ille non est actus dispensatoris, sed domini, neque est iuxta leges & conditionem potestatis commissae, quia non est iusta distributio, sed dissipatio, neque in edificationem, sed in destructionem. Et ad hunc modum possunt applicari omnes discursus sectionis praecedentis, quantum ad illum excessum. Et confirmatur, quia si pia causa sufficeret, satis esset affectus misericordiae, v.g. ad animas Purgatorij, nam hic etiam secundum se spectatus est pius & honestus, ut in prima sectione argumentabamur. Item a fortiori esset valida indulgentia, qua concederetur alicui ut liberaret decem, vel etiam omnes animas Purgatorij, recitando semel salutationem Angelicam, quia etiam illa est causa pia. At quia ex hac sententia sequuntur fere eadem incommoda, quae sequerentur, si indulgentiae possent pro sola voluntate sine causa concedi. Tandem potest hac veritas in hunc modum explicari: nam ita se habet honesta causa ad indulgentiarum concessionem, sicut debita dispositio ad sacramentalem absolutionem poenitentis, vel ad receptionem cuiuscunque sacramenti, sed sacramentum semper operatur iuxta dispositionem recipientis, nec potest confessor, etiam si velit, maiorem conferre effectum aut maiorem remissionem poenitentiae facere, quam sit proportionata dispositio recipientis: ergo nec Praelatus potest maiorem indulgentiam concedere quam sit proportionata causae: non est enim efficacior, aut magis absoluta, ut sic dicam, potestas clauum in foro indulgentiae, quam in foro sacramenti, sed utraque est ministerialis, & intra praescriptos terminos continetur. Simile argumentum sumi potest ex dispensatione votorum, & aliis quae attingunt ius diuinum, quia ad eorum valorem non solum causa, sed etiam proportionata causa necessaria est: ergo similiter, &c.

Ultima sententia praefertur & exponitur.

HAEC igitur sententia absolute sumpta vera est; oportet tamen illam amplius exponere, & fundamenta contrariae sententiae dissolvere. Aduertendum igitur est triplicem proportionem (philosophorum more loquimur) posse considerari inter causam & effectum indulgentiae, scilicet, aequalitatis, & inaequalitatis, maioris vel minoris. Per se igitur loquendo, ad integrum valorem indulgentiae sufficit pro-

Tertia sententia. Alberti. Bonas. Rich. Adr. Aug. de Ancon. Caiet. Cordab.

Probatur.

2. Probatur. Clem. 6. Leo 10. Mart. 5.

Innoc. 3.

Obiect.

Soluitur.

7 Tertio sententia dicitur.

Ultimo vadem conclusio sit explicatur.

Primum non sanandum.

Portio

portio æqualitatis, si tamen causa excedat (quæ dicitur proportio maioris inæqualitatis) sine dubio etiam sufficit: tum quia ibi includitur proportio æqualitatis, & aliquid amplius: tum etiam quia illa causa est pia, iusta, & rationalis: tum denique, quia causa potentior interdum operatur inferiorem effectum, quia necesse non est ut semper secundum totam suam potestatem operetur. At vero quando causa est inadæquata propter defectum, seu improprietatem minoris inæqualitatis, tunc procedunt omnia quæ diximus, quia causa naturalis nunquam operatur secundum hanc proportionem, nec moralis, si rationabiliter operatur.

An quando  
causa si in-  
æqualis ope-  
retur effectus  
sibi æqualis.

Hic vero quaeret aliquis, an hæc causa tunc saltem operetur effectum sibi adæquatam, nam omnes auctores id videntur, ut clarum supponere: non caret tamen difficultate. Quia supra dictum est, quando conceditur indulgentia sub conditione talis operis; qui facit tantum partem operis non lucrari proportionatam partem indulgentiæ, neque aliquid omnino, quia indulgentia conceditur per modum vniuersi effectus indiuisibilis: ergo pari ratione, si causa est insufficientis ad totam indulgentiam, tota concessio est nulla: ergo ex vi illius nullus datur effectus etiam adæquatus, vel è conuerso, si hic datur partialis effectus indulgentiæ, quia est proportionatus tali causæ, etiam dabitur pars effectus proportionati parti operis, quando illa tantum executioni mādatur quia etiam tale opus est causa propter quam conceditur indulgentia; ergo pars operis, licet sit inadæquata toti indulgentiæ, erit adæquata parti eius. Nihilominus dicendum est, talem indulgentiam superfluam seu superexcedentem, valere quantum ad aliquem effectum proportionatum causæ. Ratio est, quia hoc pendet ex voluntate concedentis, nam quoad hoc sine dubio habet hanc potestatem, ut per se constat. Quod autem voluntatem habeat, patet, quia vult concedere quantum potest à fortiori vult facere quantum potest: potest autem efficere effectum adæquatam tali causæ: ergo hoc vult, & quoad hoc saltem implet voluntatē suam. Neque est simile exemplum in contrarium adductum: nam hæc voluntas concedendi remissionem indulgentiæ, conditionata est, scilicet sub conditione talis operis, & ideo, si conditio non impletur, nihil operatur. In præsentibus ergo casu conditio impletur, & quantum est ex hoc capite, totius conferretur effectus, tamen ex defectu potestatis non datur totus, & ideo datur pars, ad quā se extendit potestas considerata proportionem causæ. At vero in altero casu non impletur conditio, quia implere partem operis, non est implere conditionem: nihil enim sub ea conditione promissum est, sed sub conditione totius operis, vel plarium operum, si plura postulata sint, neque ex vi illius concessionis intelligi potest dispensatorem habuisse voluntatem concedendi aliquid facienti tantum partem operis. Vnde non refert quod illa pars operis sit proportionata parti indulgentiæ, nam hæc proportio non sufficit sine voluntate concedentis. Alioqui etiam contingere potest, ut pars operis sit proportionata toti indulgentiæ, ut si contingat opus postulatum esse excedens: tum ergo lucraretur quis totam indulgentiam propter solam partem operis, quod sine controuersa falsum est. Et vniuersa ratio est, quia deest voluntas concedentis, & sicut voluntas non sufficit sine causa, ita neque causa sine voluntate.

Resolutio.

Impletur  
pari operis  
non lucratur  
partem in-  
dulgentiæ.

Etiam si  
pars operis  
sit adæqua-  
ta toti indul-  
gentiæ, effi-  
ciens illam  
nihil lucratur.

Secundo  
seruandum  
pro vera sen-  
tentia expo-  
sitione no-  
tandum.

Secundo obseruandum est, hanc proportionem, quam requirimus inter hanc causam & effectum indulgentiæ, licet eam vocemus æqualitatis ad explicandam commensurationem inter causam & effectum, non tamen consistere in aliqua propria quantitate, vel æqualitate in ratione meriti & præmij, vel satisfactionis & remissionis, neque in aliqua alia simili commutatione, ut ex dictis circa secundam opi-

onē satis constare potest. Consistit ergo in sola quadam prudenti æstimatione morali illius proportionis, quæ seruari debet inter medium & finem, ita ut illa causa censetur adæquata indulgentiæ ad quam obtinendam, vel procurandam hic & nunc, penfatis omnibus circumstantiis, & concessio talis indulgentiæ prudenter existimatur medium proportionatum & conueniens. Probat, tum quia, seclusis aliis modis æqualitatis, nullus alius superest quo possit hæc proportio declarari: tum etiam, quia hæc causa de qua agimus, solum concurrat in genere finis & motiui, ergo in eodem habere debet adæquationem cum concessione indulgentiæ, quæ ad illam ut medium quoddam comparatur. Ex quo infero, adæquationem hanc non consistere in indiuisibili, sed habere latitudinem, sicut præcia rerum dicitur habere latitudinem rigorosi, moderati, & mitissimi præcij, intra rationem iustitiæ & æqualitatis, vel sicut medium ad finem habet latitudinem, boni, melioris, & optimi, quæ cadunt sub honestam & rationabilem electionem. Cum ergo hæc adæquatio moralis sit, & secundum habitudinem mediæ ad finem, consimilem habebit latitudinem. Vnde fieri potest, ut maior & minor indulgentia propter eandem causam concessa, æque valida sit: quia contineri possunt in prædicta latitudine, si non sit nimius excessus.

Secundo infero, hanc æqualitatem seu proportionem non esse semper sumendam ex re ipsa, sed prout cadit sub prudentem electionem dispensantis. Ita tenet Corduba q. 6. de Indulg. & qu. 22. vbi etiam Socum, Caietanum, & alios, & insinuat etiam Ger-son tract. de Indulg. considerat. 9. Non est enim humanum in his rebus attingere semper punctum æqualitatis: & ideo non est verisimile Christum concessisse hanc potestatem cum tanta limitatio: ut si in re ipsa non attingat veram æqualitatem, non operetur totum quod intendit. Sufficit ergo, ut secundum regulas prudentiæ humanæ medium hoc iudicetur hic & nunc eligibile secundum rectam rationem ad tale finem: alioqui nunquam possent Pontifices prudenter absolute promittere, vel concedere tantam, vel tantam indulgentiam. Cõfirmatur quia non plus petit Christus dominus à suo ministro, nisi ut fideliter & prudenter thesaurum dispenfet: iuxta illud Matth. 24. & Luc. 12. Quis purus est fidelis seruus & pater Luc. 12.

Contra hanc vero illationem obijci potest, quia in cæteris effectibus ex opere operato, si causæ necessarii in re ipsa non subsint, quantumuis per ignorantiam intercedat prudens iudicium vel existimatio, non satis est ad effectum conferendum: ergo idem erit in præsentibus, par enim ratio esse videtur. Antecedens patet in ipso iudicio sacramentali, nam, licet quis absoluat eum, quem prudenter existimat esse dispositum, ideoque absoluendum; imo etiam ipsemet, qui absoluitur, idē inuincibiliter existimet, si tamen in re non est dispositus saltem per veram attritionem, absolutio non tenebit, neque habebit effectum. Et similiter quantumuis confessor penitentiam imponat, quæ prudentiali iudicio existimat esse æquivalentem ad satisfactionem integre ex opere operato; si tamen re ipsa iuxta mensuram & institutionem diuinam non est sufficiens, non auferet totam poenæ reatum: Idem argumentum fieri potest de cæteris sacramentis, nam, licet prudentissime, dantur, vel recipiantur, si tamen in re ipsa non inueniant necessariam dispositionem, non consequuntur effectum: idemque est in missæ sacrificio. Neque in hoc indulgentiarum negotio videtur

Adequatio  
nem causæ  
indulgentiæ  
ita non esse  
sufficiens in  
indiuisibili.  
Cord. 1.

Cordub.  
Ger-son.

Matth. 24.  
Luc. 12.

Obijciunt  
contra pro-  
cedentem.

videtur

Videtur esse aliqua specialis causa, aut necessitas, ob quam causa prudenter existimata sufficiat, etiam si in re ipsa non sufficiens: quia ex hoc quod talis indulgentia non valeat quoad totum, nullum sequitur graue incommodum, & alioqui cum hæc remissio fiat in diuino iudicio, magis consentaneum est, vt mensuretur veritati ipsius rei, quasi speculatiuæ & non tantum veritati practicæ ipsius hominis: hæc enim ratio in sacramentali iudicio ita fit, quamuis etiam illud iudicium commissum sit homini, cui difficillimum est rei veritatem semper attingere.

33. Cur ad hunc effectum sufficiat causa iusta existimata, licet non ad alios ex opere operato.

Propter hoc, incertum est corollarium illatum: nihilominus tamen est primum, & probabile. Potest quæ ad obiectiones non incongruè responderi, duplex assignando discrimen. Primum est, quia in sacramentali, verbi gratia, in absolutione sacerdotis, dispositio est necessaria ex parte recipientis, & ex parte effectus conferendi, qui congruè fieri non potest in subiecto indispotico: quæ improprio non suppletur propter existimationem, vel prudentiale iudicium. Hic verò iusta causa solum requiritur ex parte concedentis, ne sit dissipator alienæ substantiæ, & potestate dominatiua, potius quam ministeriali, seu dispensatiua vti videatur: ad hoc autem satis est, vt causa sit sufficiens, prudenti existimatione illius. Secundum discrimen est, quia in cæteris concessio illius effectus, seu gratiæ ex opere operato conferendæ, est immediate à iure diuino, & ex Christi institutione postulante talem dispositionem iuxta ipsius rei naturam, vel conuenientiam, aut congruitatem, ac vero in indulgentia, concessio talis effectus immediate est ab homine, qui absolute concedit talem effectum, vel sub aliqua conditione, quam supponimus in re ipsa poni: causa verò sufficiens solum requiritur quasi antecedenter, quatenus mouere debet ipsum dispensatorem, vt fideliter & prouenter suo munere utatur: & ideo quacunque ratione hoc habeat, siue ex re ipsa, siue ex impotentia & humana existimatione satisfieri videtur intentioni CHRISTI, qui sub hac conditione potestatem concessit.

Satisfit argum. nra prima sententiæ.

14. Quoruamdam expositio ad D. Thom.

Supereft, vt fundamentis prioris sententiæ satisficiamus, in quibus præcipuum negotium nobis faucessit autoritas D. Thomæ, quem multi ex eius discipulis interpretari conantur. Quidam aiunt, illum locutum fuisse de indulgentiis per modum suffragij, quia potest maius suffragium offerri, quam causa postulet. Sed in primis D. Thom. nihil distinguit, & de eadem indulgentia negat postulare causam adæquatam, de qua affirmat requirere piam causam: constat autem hoc affirmari de quacunque indulgentia, ergo & illud negari. Deinde, etiam de indulgentia per modum suffragij illud est falsum: nam in ea etiam fit dispensatio thesauri, est que infallibilis, si debite fiat, atque adeo vera indulgentia, ideoque de illa procedunt omnes rationes factæ. Aliter ergo respondet Caietan. Tom. 1. Opus. tract. 15. cap. 8. ad 1. D. Thomam solum voluisse docere, propriam causam dantem valorem indulgentiæ quoad eius quantitatem non esse illam, quæ mouet ad concedendam indulgentiam, sed esse magnitudinem thesauri satisfactorum Christi, & Sanctorum: ideoque hinc esse sumendum valorem effectus indulgentiæ in tantâ quantitate, & non ex causa. Sed non satis percipio, quid sibi velit hæc responsio: tam si sit sensus, magnitudinem causæ non esse sufficientem ad indulgentiam sine magnitudine thesauri: hoc verissimū est, neque auctores, cum quibus D. Thomas disputat, oppositum dicebant. Si verò sit sensus, magnitudinem thesauri esse sufficientem causam, sine alia sufficienti causa ex parte finis. hoc est quod improbamus, nec per hoc D. Tho. excusatur ab illa sententia.

Fr. Suarez. tom. 4.

Si denique sit sensus, diuitias thesauri esse quasi immediatam causam, vel formalem, vel efficientem effectus indulgentiæ, aliam vero causam, de qua disputamus, non esse efficientem, imo nec concurrere immediate ad ipsum effectum, sed mouendo eum, qui indulgentiam concessurus est, hoc quidem totum verum est, nihil verò ad rem spectat, quia hic solum contendimus, illam causam in suo genere, & eo modo quo concurrat, debere esse proportionatam, & huiusmodi esse necessariam: & hoc videtur negare D. Thom.

Alij ergo illum exponunt, quod solum neget requiri causam ex se æqualem effectui indulgentiæ, in secundo sensu supra tractato circa secundam opinionem, non vero quod neget requiri causam proportionatam effectui. Sed huic expositioni obstat, quia D. Tho. prius refert duas illas opiniones, vt distinctas, scilicet, quæ postulat iustam, & adæquatam æstimationem, & quæ requirit proportionatam causam, & vtramque reprobat, & absolute concludit, quamcūque causam, quæ in vilitatem Ecclesiæ vergat, & honorem Dei, sufficientem rationem esse indulgentiæ elargiendi. Idem in rationibus, quibus vitur, hunc sensum plane indicare videtur. Et ideo alij fatentur, D. Thomam in 4. id sensisse, credunt tamen mutatum fuisse sententiæ, si in summa ad locum illum peruenisset. Quod omnino contendit Corduba supra. Et re vera est apparens, si corticem tantum illius quæstionculæ Diui Thomæ inspicimus.

15. Alia expositio.

Præcluditur.

Corduba resp. sponso.

Nihilominus suaderi non possum illam fuisse D. Thomæ mentem. Nam ipsemet inferius d. 45. q. 2. articulo 3. quæstione secunda, cum dixisset, indulgentias posse concedi pro defunctis indirectè, seu per actionem viuorum, subdit hæc verba: *Nec tamen sequitur quod Prælati Ecclesiæ possint pro suo arbitrio animas à Purgatorio liberare, quia ad hoc, vt indulgentia valeant, requiritur causa conueniens indulgentiæ concedendæ, vt supra d. 26. dictum est.* In quibus verbis, causa conueniens, significare debet non tantum causam piam, sed etiam proportionatam. Quod patet, tum ex vi verborum, quia aliàs re vera non est causa conueniens: tum maxime, quia aliàs non solueret D. Thom. difficultatem quam intendit. Nam, si quælibet causa honesta reputanda est conueniens ad valorem indulgentiæ, profecto facile posset Prælati Ecclesiæ suo arbitrio animas omnes à Purgatorio liberare, quia suo arbitrio potest causam conuenientiam inuenire, si qualibet honesta sufficiat. Cum ergo D. Thom. in hoc posteriori loco ad præteritum se referat, dicendum est, ibi per causam piam, causam etiam conuenientem & proportionatam intellexisse, quia aliàs non est pia simpliciter, seu respectiue in ordine ad talem effectum. Et hoc ipsum videtur declarasse ibidem Diuus Thomas in solutione ad 5. dicens, requiri causam legitimam, nam reuera legitima non est, si proportionata non sit. Vnde cum ibidem in solutione ad 1. ait, quando Prælati inordinate concedit indulgentias, ipsum quidem peccare, subditos vero indulgentias lucrari; intelligendus est, non de inordinatione substantiali, qualis esset defectus causæ legitimæ, sed accidentaliter, qualis esset, aut nimia frequentia, vel inconsideratio alicuius nocuamenti, quod ex abusu subditorum interdum sequi potest, de quo præcipue ibi loquebatur D. Thom. Iuxta hunc vero sensum fortasse potuisset D. Tho. non reprehendere tertiam sententiæ, quam ibi refert. Videtur tamen illam in hoc sensu referre, quod dixerit, ad integrum valorem indulgentiæ necessariū esse, vt opus iniunctum pro indulgentia, saltem vt relatum ad causam indulgentiæ sit condignæ satisfactionis, aut meriti ad effectum indulgentiæ: in quo sensu merito reprehendit D. Thom. illam sententiæ. Quia in concessione indulgentiæ opus iniunctum non est veluti pretium, per quod soluitur pe-

16. Impugnatur.

Verus D. Tho. sensus.



na, quæ remittitur, & ideo non est necessarium, ut sit A rectam applicationem, quam sine dubio Christus intendit.  
 condignum, vel ex deuotione operantis, ut dicebat prima opinio, vel ex circumstantiis occurrentibus, ut dicebat secunda, vel ex relatione ad causam, ut dicebat tertia; sed pretium illud est satisfactio Christi & Sanctorum, ex qua fumenda est æqualitas solutionis, quamuis non sit condignitas in opere lucrantis indulgentiam, alioqui nihil indulgentiæ conferrent: nihilominus tamen, ad ipsam concessionem indulgentiæ necessaria est proportionata causa modo explicato, siue hæc sumatur ex opere pio, siue aliunde, quæ merito etiam dici potest causa digna; & sic posset interpretari illa tertia sententia, & non esset reprehensione digna, nec diuersa à nostra, quam putamus etiam esse Diui Thomæ. Quia verò rationes, quas ex Diuo Thoma adduximus, possunt hunc sensum impugnare, illis etiam satisfaciendum est.

17. *Fundamentum primæ sententiæ soluitur.*

Ad priorem de consuetudine Ecclesiæ dicitur primo, nihil ob stare, quod pro eadem causa maior vel minor indulgentia interdum concedatur, tum quia in causa proportionata potest esse laritudo, ut dictum est: tum etiam, quia potest vnus Pontifex non concedere indulgentiam adæquatam causæ, sed minorem, in quo non errat, sed minus liberalis est. Secundo dicitur, interdum videri eandem causam materialiter, seu propter similitudinem operis: vere tamen non esse eandem secundum valorem, & æstimationem moralem, consideratis omnibus circumstantiis, & respectibus, propter quos potest inesse maior utilitas, vel necessitas in vno tempore, quam in alio. Vnde dicitur tertio, non esse facile ab aliquo iudicandum, graues indulgentias concedi à Pontificibus propter leues causas, ut in sectione quinta iacturi sumus: quia grauitas causæ non est pensanda solum ex opere quod iniungitur, sed precipue ex alio altiori bono, quod ad Dei gloriam, & utilitatem Ecclesiæ per illud medium consequi procurat, ut seq. sect. explicaturi sumus.

18. *Secunda ratio eliditur.*

Ad secundam rationem negamus in primis, hinc sequi paruum esse indulgentiarum fauorem, cum causa proportionata non tollat, quin per indulgentias remittantur hominibus reatus peccatorum ultra proprium eorum meritum & satisfactionem, in quo consistit fauor indulgentiarum. Quod autem hic fauor cum debita moderatione, qualis à nobis explicata est, exhibendus sit, ratio iustitiæ, & communis utilitatis postulat, ut aperte sumitur ex dicto cap. Cum ex eo, & ex aliis Pontificibus. Quod vero difficile sit hanc prudentiam seruare, non est mirum, nam etiam est difficile vniuersam Ecclesiam in rebus spiritualibus, & diuini quodammodo ordinis gubernare. Quæ difficultas singulari Spiritu sancti assistentia superatur: & nõ parum minuitur moderatione à nobis adiuncta, quod sit satis, causas esse adæquatas, secundum regulas humanæ prudentiæ.

19. *Ultima ratio nisi satis.*

Ad vltimam confirmationem respondetur, primo, thesaurum esse quidem causam principalem effectus indulgentiæ in suo genere, scilicet formalem, vel efficientem, non tamen propterea excludere necessitatem aliarum causarum, præsertim finalis, de qua hic disputamus. Sicut etiam potestas Pontificis, v. g. est suo modo causa principalis dispensationis voti; & nihilominus requirit causam motiuam proportionatam. Vnde dicitur secundo, illo argumento recte probari, ad indulgentiam non requiri cõdignitatem in opere, in ordine ad effectum indulgentiæ, quia solutio condigna fit per thesaurum: non tamen excludere condignitatem in causa ad ipsam applicationem thesauri. Vnde dicitur tertio, non satisfieri intentioni Christi & sanctorum applicando thesaurum propter quamcunque causam piam, si non sit proportionata: quia alioqui non est pia simpliciter, & recte, quod necessarium est ad iustam &

rectam applicationem, quam sine dubio Christus intendit.

Vrgent verò aliqui, nam diuinus honor & gloria, etiam si minimus sit, maioris æstimationis est, quam quæcunque remissio pœnæ temporalis, & Sancti pluris illum æstimant, quam proprias satisfactiones: ergo ille finis sufficit ad valorem cuiuscumque indulgentiæ. Sed si hæc ratio quidquam valeret, probaret etiam esse prudentem & honestam talem dispensationem. Non ergo recte consideratur diuinus honor secundum se, sed ut intentus & questus per tale medium: hoc autem modo non pertinet ad diuinum honorem, etiam minimum, ut talis finis improporcionatus per tale medium inquiratur. quia etiam satisfactio pro pœna, & vindicta delictorum pertinet ad diuinum honorem, quia sæpe est longe maior quam ille, qui redundare posset ex causa pia, leui, & improporcionata. Oportet ergo, ut omnibus pensatis, resultare credatur maior honor Dei ex concessione indulgentiæ, quam sine illa posset sperari ex rigorosa peccatorum vindicta.

#### SECTIO IV.

*Virum necesse sit causam indulgentiæ esse publicam, seu ad commune bonum pertinere.*

In hac quæstione explicandæ nobis sunt magis in particulari causæ indulgentiarum, & earum cognitione clariora fient, quæ hætenus diximus. Principia vero controuersia circa has causas est, an sufficiat priuatum commodum, aut personalis necessitas alicuius fidelis, vel necessaria sit publica utilitas Ecclesiæ. Et huc etiam spectat, an hæc utilitas debeat esse spiritualis, vel sufficiat temporalis. Item, an debeat esse extraordinaria ob necessitatem repellendi aliquid malum imminens, vel sufficiat ratio promouendi commune bonum Ecclesiæ, quæ ordinaria causa & frequens esse potest. Est igitur aliquorũ opinio, necessariam esse omnino causam publicam, nec sufficere priuatum. Quod his fere verbis asseruit Albertus d. 20. articulo 17. Et idem sentit Soto dist. 21. quæstione secunda, articulo 2. vbi notat, cum Diuus Thomas & Doctores dicunt, indulgentias debere concedi in utilitatem Ecclesiæ, intelligendũ esse, id est, in bonum commune eius: immo addit, non concedendas esse, nisi ingruente aliqua Ecclesiæ utilitate. Nam dare (inquit) indulgentias nulla aliâ imminente causa communi, sed ob causam particularem, nempe inuitu & precibus cuiusdam personæ nobilis, vel propter particularem deuotionem ad aliquod sacellum, vel ad exaltandam suam auctoritatem, nec res antiqua est, nec sinceritatem causa, quæ in concedendis indulgentiis necessaria est, præ se ferre videtur: quare neque solidam habent valoris certitudinem. Fundamentum, quod Soto adducit, solum est, quia thesaurus Ecclesiæ bonum commune est: ergo non nisi pro alio bono communi dispensandus est. Et confirmatur, quia hic videtur esse mos antiquus Ecclesiæ, ut colligere licet ex omnibus illis indulgentiis, quæ in decretis, & in Conciliis leguntur.

Alij verò existimant, priuatum causam sufficere, dummodo pia sit, & indulgentiæ, quæ conceditur, proportionata. Et hæc sententia recte intellecta mihi vera videtur, & communis Diui Thomæ, & aliorum auctorum, qui ad valorem indulgentiæ ex parte causæ nihil aliud requirunt. Et quamuis interdũ dicant debere esse in utilitatem Ecclesiæ, tamen neque asserunt, hunc finem debere esse immediatum, nec declarant, hanc utilitatem debere esse publicam, aut in omnibus membris, cū tamen vnus membrum commodum in totius corporis utilitatem redundet, si cætera paria sint, seu aliud de nõ sequatur, maior in com-

*Tertia opi- no.* incommodum. Nonnulli verò antiqui addiderunt, A præter utilitatem, vel necessitatem Ecclesie, aut loci in cuius gratiam conceduntur indulgentiæ, requiri semper causam ex parte lucrantis, nimirum quod sit impotens ad satisfaciendum alio modo, nã id solum quis potest per indulgentias lucrari, quod ipse non potest solvere, vt patet ex Altifiodoro, & aliis antiquis supra citatis. Sed hæc sententia falsa est: nam, licet hæc causa sit optima, quando intercedit, & aliquando possit sufficere, vt dicemus, non tamen est simpliciter necessaria, vt rectè D. Tho. & post illũ omnes docuerunt, quia nulla ratione, vel auctoritate ostendi potest illa necessitas, & sine illa potest esse causa sufficiens ad liberalem remissionem faciendam, sicut potest dari causa sufficiens ad dispensandum votum, etiam si aliquis non sit impotens ad illud implendum.

*Propositi- varij modi concedendi indulgentias.* Vt ergo veram sententiam, totamq; doctrinam declarem, aduertendum est, indulgentiam variis modis & personis concedi posse: primò generaliter toti Ecclesie, siue immediate ipsi personis, vt omnibus facientibus hoc vel illud, siue mediante aliquo loco pio, vt omnibus orantibus in tali loco. Secundo conceduntur indulgentiæ pro aliqua communitate particulari, vt pro tali religione, pro tali populo, aut prouincia. Tertio concedi possunt alicui personæ tantum pro illa: nihil enim vetat, nam potestas Petri generalissima est, & thesaurus ita potest circa vnum dispensari, sicut circa multos, & caui saluissima etiam potest facile subesse. Quarto potest indulgentia concedi vni personæ, non pro illa tantum, sed etiam pro alijs: quod potius est illam concedere multis ad petitionem vnius. Et iuxta hos modos possent alij facile cogitari, sed omnes ad hos reduci possunt seruata proportione.

*Ad communem indulgentiam, communem etiam causam requiri. 1. Conclus.*

*4.* Primò igitur indulgentia, quæ toti Ecclesie conceditur, regulariter requirit causam comunem immediate pertinentem ad utilitatem totius Ecclesie, vel certe alicuius principalis partis eius, vt vnius Regni, vel Prouinciæ. Hoc rectè probat vsus Ecclesie, & decreta superius citata, & ratio, quia causa debet esse eff. & tui proportionata. Dixi autem, *Vel alicuius principalis partis eius*, quia sepe conceditur indulgentia, vel Iubilæus toti Ecclesie pro defensione, vel salute vnius Prouinciæ, vt experientia constat. Et huiusmodi videtur illa indulgentia, quæ pro recuperanda Terra sancta conceditur in Concilio Lateran. in fine; quæ etiam extenditur ad pugnantes contra hæreticos, ibidem cap. 3. & habetur in cap. Eximium, c. 1. §. Catholici, de Hæreticis. Et ratio est, quia bonum vnius partis principalis est maximum bonum totius corporis: & quia membra debent se iuuare, maximè in his rebus, quæ magna ex parte corpus totum attingunt.

*5.* Hic tamen aduertere necesse est, quando hæc indulgentia non conceditur immediate personis, sed mediante aliquo loco, tunc satis esse, vt causa indulgentiæ locum illum attingat immediate aut sanctum aliquem, qui specialiter in eo loco colitur, etiam si ex parte personarum indifferenter omnibus concedatur. Id constat ex vsu, nam hoc modo conceduntur indulgentiæ visitantibus hanc vel illam Ecclesiam, & celebris indulgentia anni Iubilæi visitantibus Apostolorum limina. Item hoc modo in dedicatione alicuius templi conceditur indulgentia specialis omnibus accedentibus, iuxta c. Quod autem, de Pœnit. & remiss. Et ratio est, quia iuxta modum indulgentiæ debet esse modus causæ, & utilitas eius; sic enim sequatur proportio. Item, quamuis huiusmodi templum particulare videatur, tamen eius celebritas & Fr. Suarez, tom. 4.

A fauor redundat in omnium fidelium utilitatem, vt constat de monumentis Apostolorum, & celeberrimis Ecclesiis B. Virginis. Quod si aliqua sunt loca, quæ magis pertinent ad particulares Prouincias, vel populos, etiam indulgentiæ talibus locis concessæ specialius redundant in bonum fidelium illius Prouinciæ, vel populi: & ita semper seruetur proportio, præterquam quod honor cuiuslibet sancti, & diuinitas etiam honor, qui ex his locis publice & apud multos semper resultat, merito dici potest communis Ecclesie utilitas.

Rursus aduerto, non oportere utilitatẽ hanc immediate esse spiritualem, aliquando enim esse potest temporalis, qualis est defensio Ecclesie ab hostibus eius, aut expulsio famis, aut pestis, à Deo impetranda, vt satis constat ex vsu Ecclesie. Et ratio est clara, quia, sicut est honestum hæc bona à Deo petere, præsertim pro tota communitate; ita etiam est optimũ adiungere maiorem indulgentiam, vt huiusmodi oratio deuotius & frequentius fiat. Hac enim ratione sepe etiam conceduntur indulgentiæ in solemnitate alicuius festi, vt maiori deuotione celebretur, vt in Clemēt. vnica de Reliq. & veneratione Sãct. de Festo Corporis Christi: & in Extrauagant. 1. 2. eodem titulo de Festo Cõceptionis. Item est alia ratio, quia sepe licet bonum spirituale ordinare ad temporale, quando totum refertur ad Dei honorem: hæc autẽ bona temporalia Ecclesie, eiusque pax temporalis ad spirituale, & ad Dei honorem ordinatur. Atq; huc spectat causa indulgentiæ, quæ proponitur in c. Cum ex eo, de Pœnitent. & remissio, nimirum erigere, aut sustentare hospitale: nam, licet finis proximus huius operis corporalis esse videatur; tamen & ipsum opus per se pium est, ad augmentum charitatis, & commune bonum ordinatur. Idemque à fortiori dicendum est de infirmitate templi, aut aliarum rerum sacrarum. Imo antiquitus vix concedebantur indulgentiæ, nisi propter huiusmodi fines neque exigebatur aliud opus pium ad consequendam indulgentiam præter elemosynas, quæ dicebatur manus adiutrices, ex quibus, sine dubio quærebatur illud temporale subsidium, non in eo sistendo, sed in sacro opere, & religioso cultu, ad quem ordinabatur.

Tandem aduerto, non esse necessariam causam, quæ ex aliqua peculiari necessitate, aut imminente malo nascatur, sed sufficientissimã causã esse Christiani populi reformationem, vel spirituale augmentum: quæ causa nunc maxime est in vsu, nam Christianus populus multum mouetur ad pietatem frequentem vsũ sacramentorum per huiusmodi indulgentias & remissiones: & idcirco Summi Pontifices frequenter concedunt indulgentias etiam plenissimas, & per modum Iubilæi propter hanc solam causam, & quidem prudentissime, atq; sanctissime, quia cæteræ omnes causæ ad hanc fere ordinantur, vt fides, charitas, & religio augeantur in Christiano populo. Ergo, si hic fructus immediate speratur ex ipsa indulgentia, quia nimirum fideles ob illud spirituale lucrum obtinendum maiori cum seruire & diligentia confessiones faciunt, ad Eucharistiam accedunt, &c. sufficiens ratio est ad indulgentias concedendas, quanquam in earum vsu & frequentia moderatio necessaria sit, ne & ipsæ vilescant, & consequenter fructus ille impediatur.

*Ad particularem indulgentiam, particularem causam sufficere. Concl. 2.*

Secundò dicendum est, quando indulgentia est particularis, sufficere particularem causam illi proportionatam. Ratio est, quia sufficientia huius causæ non fundatur in vniuersalitate, sed in honestate & proportione: hoc enim probant aduersa in

000 § sectione

Non oportet utilitatem hanc esse spirituale.

imo

imo

Non oportet re causam imminente & ad sufficiens boni augmentum.

Si indulgentia sit concessa personæ, mediante loco, satis est, vt causa loci attingatur.

sektionem præcedente, neque aliud colligi potest ex aliquo principio certo. Explicatur autem amplius hæc veritas descendendo ad Particularia. Potest igitur esse hæc indulgentia particularis, respectu totius Ecclesiæ; communis vero, respectu alicuius Prouinciæ, vel Religionis: & tunc manifestum est sufficere causam eodem modo particularem, id est, propriam illius Prouinciæ, vel Religionis, respectu vero illius communis & vniuersalis, sic enim seruatur proportio: & ita est vtitatum in multis indulgentiis specialiter Concessis Religionibus, Confraternitatibus, Populis, aut Prouinciis, vt Indis, verbi gratia. Quapropter de hac causa nihil amplius dicendum occurrit, sed applicanda cum proportione sunt dicta in præcedenti assertionem: quia non semper necesse est vt causa immediate pertineat ad totam illam communitatem, sufficit enim quod spectet ad aliquam præcipuam partem eius; & sic de aliis. Aliquando vero fieri potest, vt hæc indulgentia sit particularis, seu omnino personalis: & tunc sufficit causa eiusdem ordinis, id est eodem modo particularis, seu personalis: quia illa est causa proportionata: sicut in distributione materialis thesauri, quantum non intercedat communis necessitas, vel causa, si tamen in vna persona inueniatur, illa sufficit, vt ei saltem subueniatur.

Obiect.

Solutio.

Exemplum demonstratur, in particularibus personis posse esse sufficientem causam indulgentia.

Idem exemplo voti iudicatur.

Aggravatur, nisi alia extrinsecus accedat, quæ valde difficilem, aut incommodam reddat voti obseruationem, cum eadem autem proportione similis necessitas sufficit ad indulgentiam personalem, vt declarauimus. At verò si esset votum communitatis, causa dispensandi deberet ad totam communitatem pertinere, si cum communitate dispensandum esset: seruatur ergo proportio.

Adde vero vterius, particularem seu personalem causam interdum sufficere, vt vniuersalis indulgentia concedatur. Probatur ex eodem principio: quia interdum talis potest esse persona, vt eius necessitas, vel utilitas reputetur grauissima, & talis, vt merito possit per tale medium procurari, vt v.g. si pro imperanda salute Regis, aut Prælati, vel alicuius viri vtilissimi Reipublicæ, indulgentia concedatur. Dices, tunc bonum illius personæ esse commune bonum, & ideo, licet materialiter, seu subiectiue, vt sic dicatur, causa videatur priuata, tamen virtute & æstimatione morali esse publicam. Respondendo, in primis concedendo totum nihilominus tamen verum est, bonum illud, quod proxime intenditur, vni esse personæ, quamuis mediate redundet in bonum communitatis. Quod quidem de bono cuiuscumque personæ dici potest, quia bonum partis per se redundat in bonum totius, quæuis vna pars possit esse vtilior corpori quam alia; quod etiam considerandum est ad proportionem huius causæ. Hinc verò vterius dicitur, fieri posse, vt licet persona non sit vtilis Reipublicæ ex peculiari munere publico, quod in illa exercet, sed solum sit insignis, vel sanctitate, vel literis, vel etiam nobilitate, merito fieri posse, vt in illa fauorem, & propter eius bonum fauor aliquis communitati concedatur: nam ex circumstantia personæ talis causa grauis est, semperque redundat saltem mediate in Ecclesiæ commodum. Maxime vero hoc expedire potest, quando talis indulgentia concessa in fauorem huiusmodi personæ, aut habet rationem præmij virtutis, aut rationem gratitudinis, vt si talis persona publicum habet testimonium honestæ & sanctæ vitæ, aut specialia beneficia in Ecclesiam contulit: nam est magnum Ecclesiæ bonum, vt alij intelligant Ecclesiam specialem gratiam & fauorem spiritualem conferre huiusmodi hominibus, vt ad eorum imitationem alij animentur. At si ita nunquam excludimus vtilitatem Ecclesiæ, quæ ex singulorum etiam commodis redundat: sed solum dicimus necessarium non esse, vt causa proxime intenta ad communitatem formaliter pertineat.

Atque hinc vterius sequitur, interesse non seu petitionem alicuius personæ posse aliquando multum conferre ad honestandam seu cõplendam causam indulgentiæ: sicut in superioribus dicebamus vtitatum fuisse in principio Ecclesiæ ad petitionem martyrum seu confessorum dare veniam lapsis, ad imitationem Pauli 2. ad Corinthios 2. dicentis: Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi. De quo videri possunt 35. quæstion. capite Veniam, ex Innocentio I. Epistola 23. ad Episcopos Macedoniæ, cap. vlt. & Cypriano Epistola 15. & sequentibus, idem ostenditur exemplo Dei, qui vnus precibus alteri ignoscit, inde enim seruata proportionem intelligimur esse opus virtutis aliorum precibus moueri ad remittendum aliis, & consequenter motuum hoc, si debitis circumstantiis veltiatur, potest ad honestandam causam indulgentiæ inuare. Dico autem inuare, quia vel nunquam, vel raro accidit vt sola intercessio alicuius sit tota causa & sufficiens ad honestatem & valorem indulgentiæ: quia quod Pontifex id faciat vel suam voluntatem vel desiderium expleat, non satis est, cur ergo sufficiet, vt id faciat solum ad expendendam voluntatem alterius rogantis, si nulla alia causa honesta & sufficiens subest. Itaque regulariter necesse est vt ille qui intercedit pro indulgentia obtinenda, præter voluntatem suam iustam

Particulari rem casum interdum sufficere ad communitatem inducit.

Solutio.

Intercessio nem alicuius personæ potest conferre ad causam indulgentiæ sufficientem.

Solutio intercessio non sufficiens.

iustam causam asserat, propter quam indulgentia concedi valeat.

**I**te Sepe enim contingit, ut existat causa sufficiens, & nihilominus Papa nolit indulgentiam concedere, vel non integram, vel non ita frequenter, sed raro: nam hæc omnia arbitraria sunt, & causa, licet sufficiat, non imponit obligationem. Quoad hæc ergo omnia, multum valere potest intercessio ad mouendam voluntatem Pontificis. Atque ita fatetur Clemens VI. in Extrau. *Vnigenitus* de Pen. & remiss. se precibus & supplicationibus Romani Populi inductum fuisse, ut centenarium Iubilæi annum ad quinquagenarium reuocaret, suppositis autem aliis honestissimis motiuis, quæ ibi proponit. Sixtus vero III. in Extrauag. *Quorundam*, sub eodem titulo fatetur, & se & Paulum prædecessorem suum, multorum Principum & aliorum Christi fidelium, ac aliarum deuotarum personarum pulsatos precibus, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenas nonnullis Ecclesiis, monasteriis, & pia loca concessisse. Interponit autem hæc verba, *Animarum salutem intendens*, per quæ significat semper obseruasse iustam rationem ad tales indulgentias concedendas. Nec tamen solum potest valere hæc intercessio ad inclinandam voluntatem Pontificis ad exercitium actus, ut sic dicam, sed etiam alioquando iuuat ad complendam causam quæ indulgentiam iustificat. Primo quidem: quia ipsamet intercessio est pia actio, & quedam fidei professio, & specialis deuotio ad Apostolicam sedem, eiusque clauis, & ad salutem animarum: quæ omnia sunt aliqua remuneratione digna. Deinde, si persona, quæ intercedit, sit de Ecclesia bene merita, propter obsequia in eam collata etiam accedit ad causam iustam, ut talis gratia illi concedatur per modum gratuititudinis, ut ex dictis satis constat.

**V**ltimo ex dictis infero, ad honestam causam indulgentiæ, non semper necessarium esse, ut à recipiente aliquod exigatur, quod ad illam causam suo modo concurrat, quantum Sot. & nonnulli alij simpliciter ita loquantur. Probat, quia non semper necessarium est opus ex parte lucrantis indulgentiam: sed illud subsidium aliquo actu, vel opere conferendum est: ergo neque illud exigere est semper necessarium, quantum illi exigatur, sit necessarium illud implere. Vnde multo minus necessarium erit postulare semper manus adiutrices. Quando enim causa indulgentiæ talis est, ut necessario requiratur elemosinas, ut executioni mandari possit, tunc quidem necesse est illud onus imponere, tamen quia illa causa non est semper necessaria, ut satis ex dictis constat, ideo neque hoc subsidium necessarium semper est: frequenter autem postulatur, quia est opus valde gratum Deo & proximis vtile, & ad redimenda peccata proportionatum. Et ad eundem modum ratiocinandum est de aliis operibus misericordie, poenitentiae, aut religionis, & de subsidio orationum, quæ interdum publicæ, interdum priuatae exiguntur: & possent etiam pure mentales postulari, & sufficere, propter easdem causas. Denique tot bona merita possunt in aliquo supponi, aut talis potest esse modus indulgentiæ, ut necessarium non sit nouum concursum ex parte recipientium postulari, ut rationibus, & exemplis supra demonstratum est. Vnde non est quod Soto obmurmuret, & mordeat Prælatos Ecclesiæ, quod ad exaltandam suam auctoritatem indulgentias interdum concedere videantur: quia si non tam personam suam respiciant, quam dignitatem, non est ambitiosa, sed religiosa intentio, potestque esse valde vtilis Ecclesiæ, ut fideles maiorem reuerentiam erga suos Prælatos concipiant: quare si cum debita moderatione id fiat, non erit indulgentia inualida, etiam si absque alio pio opere, sola benedictione aut verbo concedatur. Quod vero subiungit idem Soto, de Prælato

concedente indulgentiam, propter se in particularem affectionem, ad aliquod sacellum, vel altare, multo minus habet (etiam in specie) quod reprehendi merito possit. Illa enim particularis affectio non excludit rationabiles causas, ob quas similes indulgentiæ piis locis concedi solent: sed determinat voluntatem ad hunc locum potius, quam ad alium. in hoc autem, per se loquendo, nulla est inordinatio, neque effectus ille per se malus est, sed potius ex vi obiecti est religiosus.

**N**ec fundamentum Soci, alicuius est momenti contra nostram sententiam. Nam, licet thesaurus sit communis, tamen dispensatio eius fit per applicationem ad particulares personas, vel plures, vel vnâ: causa autem non debet esse æqualis ipsi thesauro secundum se, sed applicationi eius. Neque vero thesaurus ille ita communis est, ut sit sub dominio cõmunis, non est enim nisi sub dominio Dei vel Christi qui dispensationem eius Vicario suo commisit, quam voluit fieri in commune bonum fidelium; & ita quoad vsum vel vtilitatem dicitur thesaurus ille communis. Ex illo tamen prouidendum est, non tantum vniuersæ communitati ut sic, sed etiam singulis personis eius, prout ratio vel discretio postulauerit. Et ideo non semper requiritur communis causa, sed iuxta modum dispensationis. Ad confirmationem autem respondetur in primis, omnia quæ diximus, satis esse à nobis confirmata decretis, & testimoniis, quæ ostendant antiquum vsum. Deinde, etiam si vsum non esset antiquus, sufficeret nobis auctoritas eorum Pontificum, qui nostra ætate floruerunt: (nam præter Pontificiam auctoritatem) doctrina, prudentia, & sanctitate valde illustres extiterunt. Vt omittam omnia quæ diximus, suppositis fidei principiis, ita esse rationi consentanea, ut aliam cõfirmationem non requirant. Hic vero statim sese offerebat questio, an de facto semper sentiendum sit indulgentiam habere causam legitimam, ut tantum operetur, quantum conceditur, seu quantum sonat. Hæc vero proprie locum habebit post disputationem sequentem.

DISPUTATIO LV.

De causa efficiente Indulgentiarum.



**H**ÆC est altera causa extrinseca indulgentiarum, de qua nonnulla certa sumi possunt ex prima Disputatione huius materiæ. Primum est, causam principalem indulgentiæ esse Christum Dominum, in quo est & potestas excellentiæ remittendi peccata, & dominium thesauri, per cuius applicationem fit remissio. De ipso vero thesauro, quem multi collocant inter causas efficiences indulgentiæ, quia continet organum seu pretium, virtute cuius fit talis remissio, in secunda Disputatione diximus: quia necessarium fuit ad explicandam essentiam indulgentiæ: & quia est veluti materia circa quam versatur, applicando, & dispensando illum, & quia satisfactio applicata, est veluti forma expellens reatum temporalis poenæ. Rursus ostendimus, Christum Dominum dedisse Ecclesiæ suæ potestatem concedendi indulgentias: quia licet ipse sit principalis autor huius beneficii, noluit tamè immediate per se ipsum hoc munus exercere iuxta ordinariam legem, sed per homines quibus potestatem ligandi, & soluendi contulit. Vnde cõcluditur, proximam causam efficiensem indulgentiæ, esse aliquem hominem, illum scilicet, in quo est talis potestas à Christo commissa. De qua potestate conclusimus, per se ac formaliter pertinere ad potestatem iurisdictionis. Ex quo rursus manifestum esse diximus hanc potestatem principaliter residere in Summo Pontifice, qui in terris est, veluti fons totius Ecclesiasticæ

**14**  
Fundamentis  
Soci iustificati.

Confirmatio  
eiusdem di-  
lucitur.

irisdictionis. Vnde etiam constat, post Christum Pontificem esse principalem causam efficientem indulgentiarum. In hac ergo disputatione pauca prius de ipso Pontifice Summo nobis dicenda sunt, non tam propter indulgentias, quam propter alias remissiones, quae cum indulgentia, vel ad modum indulgentiae concedi solent. Deinde verò dicemus de aliis, qui participant hanc potestatem, & de gradu, & modo quo illam accipiunt.

SECTIO I.

An solus Summus Pontifex habeat diuino iure potestatem concedendi indulgentias.

1. Conclusio affirmans de Pontifice.

Certum in primis est, Summum Pontificem habere potestatem concedendi indulgentias in vniuersa Ecclesia, totam enim habet sibi subiectam. Certum item est habere hanc potestatem à diuino iure, seu à Christo Domino, qui Petro oues suas commisit: neque enim aliunde habere potest, cum non habeat in terra superiorem. Denique in hoc eadem est ratio de hac potestate, & de vniuersa Pontificis iriisdictione: de qua in proprio loco ex professo dicendum est. Atque in his conueniunt Theologi omnes. Et confirmari possunt ex his, quae in prima Disp. diximus. Dubitatur tam è an hoc sit proprium Summi Pontificis, & quomodo.

2. Dubium de Concilio generali.

Et in primis interrogari potest, an alius praeter Pontificem habeat hanc potestatem circa vniuersam Ecclesiam, praesertim ex diuino iure. Quod quidem ad summum potest de Concilio generali dubitari: quia praeter illud, nulla congregatio hominum habet iriisdictionem in vniuersam Ecclesiam, sicut nulla singularis persona eam habet praeter Summum Pontificem. De Concilio ergo generali videtur, quod habeat hanc potestatem concedendi indulgentias pro tota Ecclesia: quia habet potestatem ferendi leges, & excommunicandi: ergo etiam habebit potestatem absoluedi per indulgentias. Secundo, quia dispensatio thesauri alicuius communitatis ad totam communitatem pertinet, vt patet in omni Republica: ergo similiter potestas dispensandi Ecclesiasticum thesaurum pertinet ad Ecclesiam vniuersalem: sed Concilium generale repraesentat vniuersalem Ecclesiam, vt docuit Martinus 5. in Concilio Constantiensis in fine: ergo. Tertio, quia in Concilio generali sunt omnes pastores, & spirituales iudices Ecclesiae: ergo ad illos pertinet vniuersalis dispensatio, vel remissio per indulgentias.

3. Quorundam sententia.

Propter haec non desunt autores, qui affirmant posse Concilium generale huiusmodi indulgentias concedere, eamque potestatem à iure diuino habere. Ita tenet Panormitanus in Clement. 2. de poenit. & remiss. & in tractatu super Concilium Basiliens. & sequitur Felinus tract. de Indulgentiis nu. 44. Idem significat Soto, d. 21. quae. 1. art. 4. concl. 1. vbi Pontifici coniungit Concilium, ac praeterea: infra verò id explicat de Concilio generali, quod dicit iure diuino habere plenam iriisdictionem, si legitime congregatum sit. Idem tenet Cordub. q. 12. de Indulgentiis, qui specialiter id asserit de Concilio generali Sede vacante. Confirmatque ex Concilio Basiliens. de quo infra dicemus. Hae opinio non placet, & fundamentum eius suspectum est: existimo enim, Concilium generale non habere per se & immediate iriisdictionem à Christo. Et ideo verius existimo non habere ex iure diuino talem potestatem concedendi indulgentias vi sua, seu quatenus à capite distinguitur. Quod in primis insinuantur D. Thom. in 4. dist. 20. quae. 1. articulo. 4. & alij Theologi ibidem, dicentes solum Pontificem posse indulgentias vniuersales concedere ratione curiae vni-

Vera sententia.

uersalis, vt ait Durand. quae. 5. & Paludan. quae. 4. artic. 3. & Richard. art. 5. quae. 3. & Bonau. 2. quae. 3. artic. 3. ex Alenf. 4. part. quae. 23. alias 53. memb. 3. qui omnes nulla facta mentione Concilii generalis, solum Pontifici hoc tribuunt, & multi eorum notam exclusiuam expresse addunt. Gerfon verò lib. de Potestate Ecclesiae considerat. 11. questionem in terminis attingens, lectori considerandam relinquit.

D. Thom.

uerfalis, vt ait Durand. quae. 5. & Paludan. quae. 4. artic. 3. & Richard. art. 5. quae. 3. & Bonau. 2. quae. 3. artic. 3. ex Alenf. 4. part. quae. 23. alias 53. memb. 3. qui omnes nulla facta mentione Concilii generalis, solum Pontifici hoc tribuunt, & multi eorum notam exclusiuam expresse addunt. Gerfon verò lib. de Potestate Ecclesiae considerat. 11. questionem in terminis attingens, lectori considerandam relinquit.

Vt autem hanc sententiam probemus, aduertendum est, Concilium generale considerari posse aut cum Summo Pontifice personaliter praesidente, aut sine illo. Priori modo, clarum est posse concedere indulgentias, saltem ratione Summi Pontificis, quae includit: de hoc verò non disputamus, quia illud non habet ratione sui, nec quatenus corpus quoddam est, sed quatenus caput habet, & virtute illius. Vnde certum est, quidquid in hoc genere potest totum hoc Concilium simul cum capite, posse solum caput, etiam renuente toto corpore, quia habet supremam iriisdictionem independentem à corpore. E contrario verò si caput renuat, & nolite indulgentias concedere, Concilium totum non potest illas valide tribuere: quia vel iriisdictionem non habet, vel habet illam dependentem à capite. Summum ergo Concilium sine praesentia capituli. Quod duobus modis potest contingere. Prior est, quando adfunt Legati nomine Pontificis: alter est, quando nullo modo adest Pontifex, nec per se, nec per alium: quod solum potest contingere vacante Sede Apostolica, si Concilium futurum est legitimum: nam viuente Pontifice, nullum verum Concilium generale potest sine eius legatis congregari, sed erit schismaticum conciliabulum, vt suppono ex propria materia: & ideo de illo nulla est disputatio: quia certum est nullam habere potestatem. Si ergo Concilium sit vniuersi capiti per Legatos, habere quidem poterit facultatem concedendi indulgentias ex concessione eius: tamen haec seclusa, ex se & diuino iure illam non habet, quia nullibi concessa est, vt statim ostendam, & quia non est necessaria, cum perseueret potestas in capite, & haec sufficiat ad prouidendum in genere vniuersi corpori. Neque expediat esse ad eundem actum duas potestates vniuersales: quia vel essent sine vlla subordinatione inter se, & hoc esset inordinatum & monstruosum; vel vna esset dependens ab altera, & tunc ea, quae dependet, dimanabit ab alia, & non erit immediate à Christo: quia non est cur magis pendeat in consuetudine vel usu, quam in emanatione. Denique Papa sine dubio potest prohibere vniuersali Concilio, ritè, & cum suis Legatis congregato, ne indulgentias concedat sine suo consensu & confirmatione, & tunc indulgentia aliter data, esset prorsus inualida: ergo signum est illud Concilium ex se non habere talem potestatem, alioquin non posset homo illam auferre, quia esset immediate à Christo data.

Atque hinc à fortiori colligitur, idem dicendum esse de Concilio generali acephalo, quatenus in eo videretur esse maior necessitas: quia tunc Ecclesia caret capite, quod posset tales indulgentias concedere. Tamen hoc ipsum probat tale Concilium non habere hanc potestatem; quia caret capite, per cuius influxum illam posset recipere: nam si Concilium legitimum, viuente Pontifice, illam non habet immediate à Christo, cur illam habebit Concilium congregatum mortuo Papa? Sola enim necessitas non est sufficiens ratio, tum quia hic actus non est necessarius ad regimen Ecclesiae, praesertim pro breui tempore, quo durare solet in Ecclesia carentia capituli: & licet contingeret esse diuturnum, illud esset valde accidentarium & rarum, quod non cadit sub moralem considerationem, praesertim in re, quae solum est supererogatio, & ad melius esse, vt est indul-

gentiarum. Quod si Concilium generale acephalo, quatenus in eo videretur esse maior necessitas: quia tunc Ecclesia caret capite, quod posset tales indulgentias concedere. Tamen hoc ipsum probat tale Concilium non habere hanc potestatem; quia caret capite, per cuius influxum illam posset recipere: nam si Concilium legitimum, viuente Pontifice, illam non habet immediate à Christo, cur illam habebit Concilium congregatum mortuo Papa? Sola enim necessitas non est sufficiens ratio, tum quia hic actus non est necessarius ad regimen Ecclesiae, praesertim pro breui tempore, quo durare solet in Ecclesia carentia capituli: & licet contingeret esse diuturnum, illud esset valde accidentarium & rarum, quod non cadit sub moralem considerationem, praesertim in re, quae solum est supererogatio, & ad melius esse, vt est indul-

indulgentia. Tum etiam, quia sola necessitas no dat potestatem, nisi ostendatur ab eo concessa, qui est principalis dominus: hic autem ostendi non potest, quia Christus nunquam dedit hanc potestatem Ecclesie sed Petro, cui dixit, Tibi dabo claves regni caelorum, Matth. 16. & Pasce oves meas. Ioan. 21. Dices, etiam de Ecclesia dictum esse Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: & statim subiungitur eadem promissio, Quaecumq; ligaueritis, &c. Respondetur cum Chrysof. tibi, nomine Ecclesie intelligi Pastores Ecclesie: neque enim verbum quod precedit, Dic Ecclesie, refertur potest ad totam plebem: quia nec moraliter fieri potest, neq; expedit, vt peccata correctione digna toti Ecclesie denuncientur: dicuntur ergo Ecclesie denunciari, quando denunciatur Pastor: quando ergo dicitur, Si Ecclesiam non audierit, eodem modo intelligitur de Ecclesia per pastorem suum loquente. Quod autem ibi promissa dicitur potestas iurisdictionis, non obstat: nam propria promissio singulariter facta est Petro, & illi etiam fuit specialiter a Christo data, & per eum communicatur aliis, atque ita impletur quod de aliis Pastoribus Ecclesie generaliter dictum erat.

Vnde confirmatur assertio: quia Christus Dominus nullum aliud genus iurisdictionis immediate contulit Ecclesie, quatenus quoddam corpus mysticum est: ergo neque etiam illi contulit hanc iurisdictionem necessariam ad indulgentias concedendas: ergo non est vnde Concilium illud a cephalum eam habeat. Antecedens certum est ex testimoniis Euangelij citatis, & ex traditione perpetua Ecclesie, cuius regimen semper fuit monarchicum, & pendens ab vno capite, idq; non ex hominum institutione, quae mutari potest, sed Christi, quae immutabilis est. Prima vero consequentia patet, vel a paritate rationis, vel a fortiori: quia alij actus iurisdictionis esse poterant magis necessarij Ecclesie ad suam gubernationem. Secunda vero consequentia probatur: quia vel Concilium illud haberet talem potestatem ab Ecclesia, & hoc non: quia ipsa Ecclesia illam non habet, non enim potest illam ex se habere, nisi Christus eam donet, cum supernaturalis sit: nullibi autem Christus illam ei donauit, vt ostendimus. Vel haberet illam a Christo, eo quod tale Concilium representat vniuersalem Ecclesiam: & hoc etiam dici non potest: quia, si Christus ipsi Ecclesie noluit talem potestatem conferre, multo minus eam conferret alteri, solum quia representat Ecclesiam; vel e conuerso, si huic contulisset, multo magis illi: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis: vnde, quibus modis probatur non dedisse Ecclesie, probatur non dare huic Concilio: quia nulla exstat de hac re promissio, nullumve testimonium vnde colligi possit.

Atque ita facile responderetur ad rationes in contrarium. At primam negamus, Concilium (per se loquendo) habere potestatem ferendi leges, &c. Nisi per Pontificem, vel cum Pontifice. Vnde, quando Concilium viuente Pontifice legitime congregatum est, per ipsam habet hanc potestatem, vel expresse, vel tacite concessam: nam sine illius consensu nihil efficere potest, quod firmum sit, & efficax ad obligandum. Quando vero contingit Concilium congregari eo tempore, quo Ecclesia caret Pontifice, tunc quidem habet eam potestatem, quae praecise necessaria est ad regimen Ecclesie pro eo tempore, donec electio Pontificis fiat: quae iurisdictione ex diuino iure illi conuenit, non quidem per specialem concessionem, sed veluti ex natura rei, & per necessariam consecutionem, supposito tali statu Ecclesie: quia in omni Republica necessarium est vt deficiente capite, & urgente necessitate, per primarios Principes, vel eorum congregationem gubernetur. Ad hoc autem regimen non est necessaria potestas hae

concedendi indulgentias, & ideo etiam hoc modo non inuenitur in tali Concilio: neque habemus probabile fundamentum ad id asserendum. Ad secundum respondetur potius probare oppositum, si recte concederetur. Est enim differentia inter Ecclesie thesaurum, & materialem thesaurum alicuius ciuitatis vel Reipublicae, quod hic est sub dominio totius communitatis, & quauis potestas dispensandi illum sit apud Principem, vel Regem, tamen in illum translata est ab ipsa communitate, sicut & temporalis potestas regia, ideoq; deficiente omnino legitimo Rege, potestas communicandi talem thesaurum ad comunitatem deuolueretur. At vero Ecclesie thesaurus est sub dominio Christi, non Ecclesie, ideoq; potestas dispensandi illum in eo inuenitur, cui Christus illum communicauit: hic autem fuit Vicarius eius, non totum Ecclesie corpus, vt ostensum est: ideoq; etiam deficiente ad tempus Christi Vicario, non deuoluitur talis potestas ad Ecclesiam, quia neque ex natura rei consequitur, neque specialiter concessio ne ei data est: manet ergo veluti suspensa, seu in solo Christo, donec Vicarius eius eligatur. Parumque refert, quod Concilium tunc congregatum representet vniuersalem Ecclesiam, quia representat illam sine capite, & consequenter sine tali potestate. Ad tertium argumentum conceditur illatio, si in tali Concilio adsit Pontifex: si autem abest, negatur consequentia: quia deest supremus Pastor apud quem solum est vniuersalis potestas ex diuino iure.

Ex quibus vltius infero, etiam de facto, & ex ordinario iure humano non inueniri potestatem hanc in aliquo Concilio generali. Probat, quia rati ius nullo decreto constat, nec traditione: ergo nullo fundamento affirmare id possumus. Praefertim quia ad eos fines, ad quos solent Concilia congregari, non est ita necessarium, vt affirmare possimus, vel ex natura rei consequi, vel iure diuino eis deberi. Accedit quod neque ex vfu colligi potest hae potestas, rarissime enim inueniuntur indulgentiae a Concilijs generalibus concessae. Et licet aliquando factum sit, vt in Concilio Basiliensi, sess. 24. tamen illud fieri potuit ex generali commissione Summi Pontificis, cuius Legati ibi aderant, & sub illius obedientia tunc Concilium illud procedebat. Postea vero sess. vlti. idem Concilium etiam indulgentias concessit, verum tamen & in schisma iam inciderat, & putabat se habere alium Pontificem a se electum, & Concilio praesidentem: & praeterea in eo errore versabatur, quod putabat Concilium esse supra Papam. Deniq; Nicolaus 5. qui postea propter vniorem & pacem acta quaedam (ad iurisdictionem externam, non ad doctrinam pertinentia) ab illo Concilio rata esse voluit, indulgentias etiam confirmauit, quod sine auctoritate Pontificis non potuissent esse valida. Denique, quoties Concilium congregatur viuente Pontifice, ab illo potest habere potestatem concedendi indulgentias, quantum expediens fuerit, & ideo necessarium non est, vt ordinario iure illam habeat. Concilium autem generale Sede vacante rarissime celebratur, semelq; tantum legitimus id factum in Concilio Constantiensi, quod tempore schismatis coactum est, in quo nullus erat certus & indubitatus Papa, & ideo nullum etiam ordinarium ius pro tali Concilio in materia indulgentiarum statutum est: neque in Constantiensi synodo aliquas indulgentias legitimus fuisse concessas, quanquam aliis declarauerit habere se potestatem immediate a Christo Domino, quod quam certum sit, quomodo ve sit intelligendum, alio loco tractandum est latius. Nunc solum dicimus non esse extendendum ad potestatem concedendi indulgentias propter superius dicta, quod nullibi legitimus Christum hanc potestatem dedisse, neque ex traditione habetur, aut certa aliqua ratione colligi potest.

Matth. 16. Ioann. 21. Locu. Mat. 18. ob. sicatur. Soluitur.

2. Soluitur.

3. Enodatur.

8. Nullo ordinario iure humano concilium generale habet potestatem concedendi indulgentias

Conc. Basili.

7. Rationes dubitandi diluuntur.

SECTIO II.

Utrum inferiores sacerdotes, vel saltem Episcopi habeant iure diuino potestatem concedendi indulgentias aliquibus personis, vel locis.

Prima opinio.

IN superiori sectione dictum est de potestate vniuersali circa totam Ecclesiam: nunc dicendum est de potestate quasi partiali circa determinata loca, vel personas. Et prius quidem dicemus, stando in solo iure diuino, postea in humano. Potestatis in primis referri opinio quorundam qui dixerunt, sacerdotes omnes iure diuino habere potestatem concedendi indulgentiam etiam plenariam, quamquam nunc non possint, quia Papa sibi referuauit. Ita tenuit Marsilius in 4. quaest. 17. artic. 2. part. 2. illius, concl. 2. in fine, & Guillelmus de Rubion in 4. d. 19. quaest. 1. & alij, quos infra referam. Est tamen improbabilis sententia, quia vel non distinguit potestatem ordinis a potestate concedendi indulgentias, vel non distinguit iurisdictionem in foro sacramentali, & in foro indulgentiarum. Denique cum sacerdotes nunquam in Ecclesia tali potestate vti sint, & frustra illis data fuisset iure diuino, & gratis adferitur, ut clarior ex sequentibus constabit.

Marsil. Guille. de Rubion. Reuicitur.

Secunda opinio. Soto. Cordub. Petr. Soti. Medin. Nauar.

Omissis ergo inferioribus sacerdotibus, de Episcopis fuit secunda opinio dicens, vnumquemque Episcopum iure diuino habere potestatem ad concedendas indulgentias in sua diocesi, seu suis subditis. Ita tenent Soto & Cordub. supra, & Petr. Soto lect. 3. de Indulgentiis, & Medin. libr. de Indulgentiis, disput. 5. & 6. praesertim c. 27. & 30. & Nauar. in Commentario de Indulgentiis notab. 31. qui tamen non explicat hoc esse ius diuinum, sed esse ius ordinarium: unde eodem modo loquitur de legato Pontificis, de quo nemo dicit habere hanc potestatem iure diuino. Et eodem modo loquuntur Palud. & alij, qui solent pro hac sententia citari. Fundamentum est: quia generaliter putant iurisdictionem Episcoporum datam esse iure diuino, & vnumquemque ex vi iuris diuini posse in suo Episcopatu, quidquid Papa potest in vniuersa Ecclesia, nisi impediatur. Alia autem congruentia afferuntur parui momenti, nimiram, Episcopatum esse in diuino iure, & ex eodem esse perfectam praelationem, quamuis non supremam, ideoque ex eodem iure pertinere ad Episcopum omnes actus huius dignitatis, ex quibus vnus est indulgentiarum concessio. Item, quia vnusquisque Episcopus est sponsus Ecclesiae suae: sponsus autem, ex vi sui status & muneris habet potestatem disponendi bona sponsae suae, ergo & vnusquisque Episcopus bona suae Ecclesiae.

3. Vera sententia. Vide Supplem. Gabr. d. 45. q. 1. art. 2. concl. 4. 6. et 8. Richard. Ancona. Durand. D. Tho. Palua. Clem. VI.

Nihilominus probabilis censeo, solum Summum Pontificem habere immediate a Christo Domino potestatem concedendi indulgentias, tam in vniuersa Ecclesia, quam in qualibet parte eius, imo & singulis personis eius. Hanc sententiam tenet aperte Richard. d. 20. art. 5. q. 3. & Augustinus de Ancona libro de potestate Ecclesiastica q. 29. art. 5. Dur. d. 20. q. 1. ad 2. & reuera D. Tho. ibi idem sentit, & Palud. dist. qu. 4. artic. 2. licet videatur ambiguo loqui, tamen si attente legatur in fine 3. conclusionis num. 42 eiusdem est opinionis. Quam insinuare videtur Clem. 6. in Extrauag. Vnigenitus de Penit. & remission. dum ait Christum reliquisse Ecclesiae suae thesaurum suorum meritorum, quem per B. Petrum caeli clauigerum, eiusque successores, suos in terris Vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, & propriis & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debita, tam generaliter, quam specialiter. Vbi licet non ponat expresse

A exclusiuam, scilicet, per solum Petrum, tamen, sine dubio in eo sensu loquitur, tum quia completam tradit doctrinam, tum quia omnem dispensationem thesauri, tam generalem, quam specialem, dicit esse commissam Petro. Quod testimonium optime confirmat omnia, quae in proximo puncto diximus. Illud autem fundamentum est in verbis Christi saepe citatis, Tibi dabo clauis, & Quodcumque solueris, & Paece uos meas. Praeterea in superioribus ostendimus, iurisdictionem Episcoporum, etiam, in foro sacramentali, non esse immediate a iure diuino, sed medio Pontifice: ergo a fortiori idem dicendum est de iurisdictione ad indulgentias concedendas: ergo ex vi iuris diuini tota haec iurdictio soli Petro & successoribus eius collata est. Patet haec vltima consequentia: quia, si aliquibus esset collata vltra Petrum maxime Episcopis. Prima vero probatur, non solum ex similitudine rationis, sed etiam a fortiori, quia iurdictio in foro sacramentali est magis necessaria, magisque intrinseca muneris pastoralis, quam potestas concedendi indulgentias. Item: quia absolutio sacramentalis intrinsece, ac per se pendet ex characteris ordinis, quem propterea aliqui putant includere potestatem iurisdictionis, ac proinde dicunt non solum Episcopos, sed etiam sacerdotes omnes habere talem iurisdictionem ex diuino iure, licet, habere subditos in quos exerceatur, sit de iure humano. At vero absolutio indulgentiarum non est actus characteris ordinis, aut consecrationis Episcopalis, ut supra ostensum est, ergo omnino pendet ex iurisdictione, quae per hominem confertur: nam per hunc, vnus recipit potestatem in alium, & alius alteri subiicitur in ordine ad hunc indulgentiarum actum, quod totum est a iure humano.

Praeterea sicut iurdictio Episcoporum in foro poenitentiae limitatur, vel augetur ad beneplacitum Pontificis, ita etiam facultas concedendi indulgentias: hoc autem est signum iurisdictionis manantis ab homine, & non a Christo immediate. Et sane in praesenti est signum fere euidentissimum: nam, si Episcopi haberent hanc potestatem iure diuino, ergo, secusa limitatione seu prohibitione Summi Pontificis, possent plenarias indulgentias concedere, & in quacunque quantitate, & tam pro viuis, quam pro defunctis: quia ius diuinum nihil limitat, & ideo vel totum concedit, vel nihil, si autem Episcopi, ex vi iuris diuini tam amplam haberent potestatem, profecto non possent Pontifices tam limitatam illis eam permittere, vel solum quadraginta dies indulgentiae, & rarissime annum vnum solis viuentibus concedere valeant, ut sequente sectione videbimus: potestas enim a Christo data, vel non potest ab homine auferri, etiam ex parte: vel certe non in maiori parte, sine grauissima causa satisque certa, & vniuersali, quae in praesenti non potest facile ostendi, cum tamen maxima pars huius potestatis ablata sit Episcopis: quod non ita est in casuum reueruentione vel alia simili moderatione iurisdictionis sacramentalis. Accedit denique, quia, sicut Papa limitauit hanc iurisdictionem ad quadraginta dies indulgentiae, ita potuisset, vel amplius limitare, vel omnino auferre: quod si fecisset, factum teneret, ut colligitur ex cap. Cum ex eo, de Penitent. & remiss. quia non est maior ratio de vna, quam de alia, cum illa parua indulgentia ad Episcopale munus minime necessaria sit, & possit facile excogitari causa, ob quam illa non permittatur.

Ex quo tandem infero, hanc potestatem non solum non conuenire Episcopis immediate ex iure diuino quoad actualem confessionem, ut ita dicam: verum etiam nec quoad obligationem, sed solum quoad originem, & congruentiam quandam. Explico vltima singula. Diximus in superioribus, Episcopale munus quoad potestatem iurisdictionis in communi, esse de iure diuino seu ex Christi institutione, qui voluit

ad poenitentiam probatur.

Hanc potestatem non conuenit Episcopis, quoad originem, & congruentiam.

Ecclesiam per Episcopos gubernari: ex quo non sequitur, ipsum per se dedisse institutionem Episcopis, sed imposuisse obligationem Petro & successoribus eius gubernandi Ecclesiam mediis Episcopis, quibus conuenientem iurisdictionem communicarent. Ex quo fit consequenter vt teneatur Pontifex cōcedere Episcopis omnem iurisdictionem tali pastoralis muneris moraliter necessaria, & quod perinde est, vt non possit licite vel referuare casus ad libitum, aut dispensationes omnes, sed cum prudenti moderatione & ex iustis causis. Atque hac ratione iurisdicō Episcoporum in foro sacramentali, licet non fit immediate à Christo dante illam, potest tamen dici esse immediate à Christo obligante Vicarium suum ad communicandum illam. In præsentia autem dicimus, iurisdictionem ad concedendas indulgentias neutro ex his modis conuenire Episcopis iure diuino: & hoc sensu asserimus non conuenire illis quoad actuale collationem, vt probatum est; neque etiam quoad obligationem vt eis conferatur: quia hoc præceptum nullibi est specialiter impositum Pontifici: colligendum ergo esset veluti ex natura rei ex ipsa ratione intrinseca Episcopalis muneris: nam quia præcepit Christus hoc munus esse in Ecclesia, consequenter præcepit cum illo dari omnem iurisdictionem moraliter necessariam ad bonum regimen animarum: ex vi autem huius consecutionis nõ colligitur iurisdicō ad cōcedendas indulgentias: nam hæc iurisdicō non est necessaria, neque admodum refert ad salutem animarum, nam si huiusmodi esset, maior profecto iurisdicō esset illis concedenda: pertinet ergo hæc concessio, partim & aliquā maiorem vtilitatem fidelium, & ad quandam maiorem decentiam & auctoritatem dignitatis Episcopalis, quæ non sufficit ad indicendam præcepti obligationem: non est ergo hæc iurisdicō à iure diuino etiam quo ad obligationem communicandi illam. Est tamen ex diuino iure quoad originem: quia manat ex potestate à Christo data, & quoad congruentiam, quia posito Episcopali munere, congruum est, vt habeat coniunctam aliquam iurisdictionem in hoc foro. Dices, ergo posset Papa suo arbitrio, & sine alia causa priuare Episcopos omnino hac potestate, non solum valide, sed etiam licite. Respondeo, fortasse si à principio ita fuisset institutum Episcopale munus, nulla fuisset culpa: nunc vero mutare institutionem sine causa, scandalum afferret, & nouitatem vel inutilem, vel etiam perniciosam, & ideo non fieret sine culpa: factum tamen teneret: quia nullo diuino inri per hoc derogaretur.

Sed quoad originem & congruentiam.

Diluitur fundamentum contrariae sententiae.

Prima congruentia soluitur.

Secunda enodatur.

Ad fundamentum contrariae sententiae negatur assumptum, absolute loquendo, scilicet, Episcopum iure diuino posse in suo Episcopatu omnia, quæ Papa potest in vniuersa Ecclesia, nisi prohibeatur. De quo, præter supra dicta in materia de Pœnitentia, quæ ad illud forum spectant, dicam alia pertinentia ad forum externum, infra in materia de Censuris. De hoc autem foro indulgentiarum, quod est quasi medium, iam satis dictum est. Ad primam congruentiam patet etiam responsio ex dictis: nam quia hic actus concedendi indulgentias non est simpliciter necessarius, etiam in Principe & Prælato Ecclesiastico non supremo: ideo non sequitur conuenire illi de iure diuino, etiam quoad obligationem, sed solum ex quadam congruentia. Ad secundam coniecturam respondetur primo, non oportere metaphoram seruari in omnibus, alioqui potest Episcopi non deberet esse adeo limitata. Deinde dicitur, particulares Ecclesias non habere proprium thesaurum, sed vnum esse communem toti Ecclesie, quia præcipue constat ex Christi meritis: & ideo dispensatio eius Episcopo, & sponso totius Ecclesie commissam esse: aliorum enim Sanctorum merita quasi secũdaria sunt, & accessoria, &

A à Christi meritis seperari non possunt, à quibus habent suam vim & efficaciam, & ideo eundem thesaurum cum illis constituunt, eidemque dispensatori commissam sunt.

SECTIO III.

Vtrum Episcopi possint indulgentias concedere ordinario iure humano.

Fuit quorundam opinio, vt Palud. & alij referunt, neminem, præter Summum Pontificem concedere indulgentias, vel ad hoc recipere potestatem. Sed si qui sunt qui eas tribuere videantur, denũciare solum concessas à Pontifice, ipsos vero non esse auctores, neque causas efficientes earum. Qui potuerunt in hoc fundari, quod potestas concedendi indulgentias soli Petro, & successoribus eius data est. Sed hæc sententia falsa est, & contra vsum Ecclesie, vt constabit. Et fundamentum est nullius momenti, quia omnis potestas iurisdictionis Ecclesie soli Petro immediate data est, non tamen vt solus Pontifex ipsa immediate vtatur, sed vt eam aliis communicet: vnde nullus est actus iurisdictionis, seu clauium, cuius potestatem non possit Pontifex aliis delegare, præter infallibilem fidei definitionem, propter specialem Spiritus sancti assistentiam ad illam requisitam. In potestate autem concedendi indulgentias nihil singulare est propter quod communicari aliis non possit: ergo, quanuis Pontifici tantum immediate à Christo detur, per ipsum tamen poterit aliis inesse, qui vere efficiant, & concedant indulgentias.

Prima opinio.

Reiicitur.

Aliorum igitur opinio fuit, neminem præter Pontificem, posse concedere indulgentias potestate ordinaria, per potestatem autem delegatam à Pontifice aliquos hoc posse, quibus nimirum Pontifex voluit, aut in posterum voluerit hanc iurisdictionem delegare. Quorum fundamentum sumitur ex eodẽ principio, quod solus Pontifex habet hanc potestatem à Christo: & ideo illi soli conuenit ex vi sui muneris & officij, quanuis ipse possit aliis eam delegare. Ita sentit Durand, dist. quæstion. 5. & tribuitur etiam Richardo, sed non asserit. Veruntamen hæc sententia, licet in vfu terminorum potissimum errare videatur, simpliciter loquendo falsa est maleque infert ex predicto principio: nam alia etiam iurisdictiones, vel fori sacramentalis, vel fori contentiosæ, soli Pontifici immediate conferuntur à Christo, & inde non fit in omnibus aliis esse tantum delegatas. Supponenda est ergo distinctio hæc, de duplici modo habendi iurisdictionem, scilicet, ordinariam, vel delegatam, quam supra tetigimus, & infra in materia de Censuris iterum tractaturi sumus. Iurisdicō ordinaria dicitur illa, quæ alicui conuenit ex vi muneris & officij. Delegata vero quæ solum committitur ab eo, cui iure ordinario conuenit, vt ab altero vice sui exerceatur. Circa priorem autem hie solum aduerto (propter fundamentum præsentis opinionis) aliquod munus posse esse à Christo immediate institutum, aliquid vero immediate ab Ecclesia, vt verbi gratia, munus Pontificis supremi est à Christo immediate institutum: munus autẽ Summi Pœnitentiarij, ab ipsis Pontificibus institutum est. Vtrumque autem officium potest habere iurisdictionem ex vi sua, & vtraque erit iurisdicō ordinaria: sed prior ex diuino iure, altera ex humano: vtrumque ergo inueniri potest in iurisdictione necessaria ad concedendas indulgentias: quia nihil speciale in ea reperitur, propter quod non possit vtroque modo communicari. Cum ergo ex dicto principio habeamus, hanc iurisdictionem ordinariam tantum esse in Pontifice Summo ex diuino iure, adhuc superest videndum, an iure humano alicui cõpetat, vt

Secunda opinio.

Durandi improbat.

Iurisdictionis ordinariæ & delegatæ definitio.

Iurisdictionem ex humano iure, potest esse ordinariam.

ordinaria, & an aliquibus etiam committatur vt A delegata.

Episcopus posse iure ordinario indulgentiam concedere cum limitatione iuris. Conclusio 5.

D. Thom.  
Bonau.  
Alenf.  
Falud.  
Richard.  
Nauar.

Dicendum nihilominus est, Episcopos habere ordinariam potestatem concedendi aliquas indulgentias, limitatam tamen, iuxta iuris dispositionem. Hæc est sententia communis D. Thom. Bonau. Alenf. Palud. & aliorum, quos retuli. Et in eodem sensu dixit Richard. hanc potestatem esse concessam Episcopis per ius commune, & Nauar. dixit, Episcopos esse ordinarios dispensatores thesauri, quantum secundarios, quam dicit esse communem opinionem Iurisperitorum in cap. Quod autem, de Penit. & remiss. Ex quo potest sumi argumentum, quia posse delegare iurisdictionem, est signum ordinariæ iurisdictionis: quia delegatus non potest subdelegare, regulariter loquendo: sed Episcopi habent iurisdictionem concedendi indulgentias, vt in illo capite supponitur, & habetur etiam in c. Cum ex eo & c. Nofly, eod. tit. & potest illam aliis delegare, vt ex eod. c. Quod autem colligitur, quatenus dicit, subditos vnus Episcopi de licentia eius posse frui indulgentiis ab alio Episcopo concessis: hic enim est quidam delegationis modus, vt constat ex dictis supra in materia de Penitentia. Vfu etiam, & consuetudine constat Episcopos delegare hanc iurisdictionem, & illa vti vt ordinaria. Ratio vero est: quia communi iure Ecclesiastico, atque adeo ex vi sui muneris, prout à Pontificibus institutum ac definitum est, habent Episcopi hanc potestatem. Quauis enim dignitas Episcopalis, quoad potestatem ordinis sit immediate ex Christi institutione, & quoad pastorale munus, quod iurisdictionem requirit, sic etiam ex Christi mandato, in communi loquendo, tamen in particulari quoad talem & tantam potestatem, est ex ordinatione Ecclesiæ: at vero postquam hæc iure ordinario definita est, tota illa potestas conuenit Episcopo, tanquam ordinaria eius iurisdictione: hoc autem modo conuenit Episcopis iurisdictione concedendi indulgentias: est ergo in illis ordinaria. Tandem hic accommodari potest cõgruentia illa, quod Episcopi sunt sponsi suarum Ecclesiarum, & sunt indices, & quasi principes ordinarij: & ideo conueniens fuit vt haberent aliquam potestatem ordinariam ad dispensandum bona suæ sponsæ, & aliquas remissiones liberales faciendas. In hoc enim sensu coniecturis vtuntur, Alenf. Bonau. & ex parte D. Th.

Obiect.  
Quorundã solutio.

Dices, Ecclesiam tantum esse vnam, & vnicum habere thesaurum, & ideo, & vnum tantum habet sponsum, & vnicum etiam dispensatorem ordinarium. Respondent aliqui, Ecclesiam vniuersalẽ esse vnam, particulares autem esse plures: & similiter vniuersalem thesaurum esse vnum, particulares vero esse plures: nam, sicut vnaquæq; Ecclesia habet suos proprios fideles & iustos, quibus constat, ita etiam habet suam specialem thesaurum constantẽ ex superabundantibus meritis suorum membrorum, cuius dispensatio ad proprium vniuersaliusq; Episcopum pertinet, tanquam ad proprium & specialem sponsum ac prælaturum. Sed hic modus dicendi mihi nõ placet, tum quia illa thesaurorum multiplicatio admitti non debet, propterea, quæ at igitur in præcedenti sectione. Tum etiam, quia Papa est absolute primarius dispensator superabundantium meritorum, quæ in vniuersali Ecclesia, & in quacunq; particulari sunt. Tũ maxime: quia particularis Episcopus non solum concedit indulgentias ex illis meritis, quæ in sua diocesi superfuerunt, alioquin illa defessent, quod fieri potest, indulgentia esset nulla ex defectu thesauri, & consequenter semper esset inserta, quod absurdum est; de quo plura inferius dic-

Resistur.

cam. Habet ergo Episcopus iurisdictionẽ ad suspendendum simpliciter de thesauro Ecclesiæ, & de omnibus meritis eius, quæ ad effectum sibi proportionatum sufficiunt, quorum mentis fidelium fuerint. Respondetur ergo, metaphorã sponis, & sponsæ non esse in omnibus accommodandam, sed cum proportione ad corpus mysticum. Quatenus ergo Ecclesia vnum est vniuersale corpus, vnum habet sponsum in terris, vicariũ eius, quẽ habet in celis: quatenus vero hæc Ecclesia vniuersalis ex multis particularibus coalescit, quarum singule secundum particulares rationes spectatz: sunt quedam corpora mystica, sic vnaquæq; earum habere potest suum proprium sponsum, omnes vero vnum habent communem thesaurum, qui est Christus, in quo omnium Sanctorũ merita vniuntur, & ideo vni habet principalem dispensatorem huius thesauri, qui clauem eius ex parte communicat particularibus Episcopis, quantum earũ muneri expedit. Neq; enim repugnat eiusdem thesauri vnum esse primarium & quasi adæquatũ dispensatorem, & sub illo esse alios, quibus hoc competat ex officio dependenter ab illo.

Supereft explicanda vltima pars assertionis de limitatione huius potestatis Episcopalis. Circa quam aduertendum est, duplicem esse limitationem huius potestatis, vnam in quantitate indulgentiæ, alteram in personis quibus concedi potest. Prior est, vt Episcopi solum possint concedere vnum annum indulgentiæ in dedicatione alicuius Ecclesiæ: in anniuersario autem die talis dedicationis, solum indulgentiam quadraginta dierum, quam etiam concedere possunt in quocunq; casu, in quo eis occurrit causa sufficiens ad concedendas indulgentias. Ita statutum est in cap. Cum ex eo, de Penit. & remiss. Rationem autem tantæ limitationis aliqui fuisse credunt: quia thesaurus vniuersaliusq; Ecclesiæ re-nuis est. Sed hæc ratio supponit falsum, vt dictũ est. Idcirco existimo nullam aliã fuisse huius rei rationem, nisi quia secundum prudentem existimationem ad Episcopale munus hoc sufficiebat, & ad impediendas superfluas & indifferetas indulgentias erat maxime conueniens. Quæ ratio patet in dict. ca. insinuat: additurq; in fine eius, Summum Pontificem in ordinariis casibus vti solere hac moderatione, ac si deceretur, sufficere alijs Episcopis vt id possint, quod Pontifex in ordinarijs casibus solet efficere: nam, quæ maiora sunt. Papa conueniunt propter excellentiorem potestatem. Aduertendum est autem in d. cap. cum conceditur facultas dandi annum indulgentiæ in dedicatione Ecclesiæ: non addi particulam, de iudicis penitentis, quæ postea additur in indulgentiis quadragenarijs: vnde videtur prior facultas amplior quoad hanc partem. Existimo tamen, ex vi illius textus particulam illam cum tota illa concessione coniungi: nam est illa clausula veluti suspensa vsq; ad finem eius. Deinde, iuxta superius dicta illa particula nõ limitat penam remittendam, sed declarat quales dies, vel anni penæ remittantur. Et ideo existimo quadraginta dies indulgentiæ absolute posse concedi ab Episcopis, & valere ad remissionem tantæ penæ, & peccatis nõdum confessis, & ita, vt opinor, est in vfu illa concessio. Deinde, obseruandum est discrimen inter illas duas indulgentias: nam indulgentia vnus anni vno actu extinguitur: nõ solum potest concedi pro die dedicationis Ecclesiæ, indulgentia vero quadraginta dierum, concedi potest, vt duret perpetuo, donec reuocetur, potest enim semel concedi, pro omnibus diebus anniuersarij dedicationis, vel pro alijs similibus causis. Præterea, est notanda alia differentia, nõ in priori anno indulgentiæ additur, quod neque ab vno solo, neque à pluribus Episcopis etiam si contingat eos ad dedicationem concurrere, possit maior indulgentia concedi: in altera vero indulgentia, hæc restrictio non additur: & ideo non videtur prohibe-

Vna vltima

Limitatio potestatis Episcopalis in quantitate indulgentiæ

Cap. Cum ex eo de Pen. & Remiss.

Primum de iurisdictione in diocesi

Secundum de iurisdictione

Tertium de iurisdictione

prohibe

prohibitum, quod, à pluribus Episcopis, vel successiue, vel simul, si iurisdictione habeant, possint plures quadragezæ concedi pro anniuersario die dedicationis, vel alia simili causa: quia nec locus sit incapax secundæ indulgentiæ propter priorem, neque actio vnus Episcopi impedit alterius potestatem, neque illa conditio in illo textu, vel in alio tanquam necessaria ponitur. Atque ita sentit Palud. dict. q. 4. num. 34.

6 Paludani dictum.

Accidit vero, non solum posse hoc facere plures Episcopos, ex se habentes iurisdictionem in talem locum vel personam, sed etiam plures extraneos de licentia proprii, vt verbi gratia, omnes Episcopos huius Regni posse concedere quadragezæ dies indulgentiæ Ecclesiæ huius Collegij, & Episcopum Conimbricensem posse illas omnes indulgentias raras habere, vt eius subditi possint illas simul lucrari: quia vnus Episcopus de licentia alterius, potest dare indulgentiam in loco alterius, & nullus Episcopus prohibitus est dare hanc licentiam multis Episcopis, respectu eiusdem loci, licet per se non possit dare, & illi, qui de licentia alterius eas concedunt, suo nomine & potestate eas tribuunt, non eius qui licentiam concessit: sicut alienus sacerdos, de licentia proprii absoluens, nomine suo absoluit, non alterius. Sed hæc doctrina mihi non probatur: existimo enim, quod vnus Episcopus concedit indulgentiam de licentia alterius, vt iurisdictione delegata ab illo, & hac ratione concedere nomine vel vice illius. Probatur: quia talis Episcopus prius non habebat iurisdictionem circa hanc personam, vel locum, vt ei daret indulgentiam, ergo accipit illam ab Episcopo dante licentiam, & non accipit vt ordinariam, ergo vt delegatam. Respondet Paludan. Episcopum ex se habere potestatem ad quadragezæ dies indulgentiæ, alium vero, qui licentiam dat, solum supponere materiam. Sed hoc friuolum est: nam hæc potestas non est absoluta, sed respectiua, & sicut est limitata ad talem effectum, ita ad talem locum, & ad tales personas: non ergo potest vnus Episcopus suo iure, seu ordinaria potestate, concedere quadragezæ dies indulgentiæ nisi in sua diocesi, & suis subditis. Et patet: quia hæc potestas non est nisi iurisdictionis: sed ille non habet iurisdictionem nisi in subditos: ergo. Vnde etiam sumitur è contrario argumentum: nam Episcopus dans licentiam, dat iurisdictionem, ergo dat simpliciter totam potestatem necessariam ad hunc actum: cuius etiam argumentum est: quia posset eam dare clerico non Episcopo, vt infra videbimus. Vnde quoad hoc, non est simile de absolutione sacramentali: nam ibi necessario supponitur in alieno ministro potestas ordinis, quæ est quasi principium per se illius actionis, & ideo per iurisdictionem dicitur applicari materia. Hic vero actus non est à potestate ordinis, sed iurisdictionis est tota potestas à qua proficitur: ergo per talem licentiam communicatur vni potestate alterius, ergo iurisdictionis. Est ergo hæc vera delegatio, siue sit directè ad ipsum Episcopum, siue dandæ subditis facultatem lucrandi talem indulgentiam: nam vtrumq; in idem redit, vt sæpe dictum est. Hinc ergo concludo, non posse illo modo dari à pluribus Episcopis alienis, plures quadragezæ dies indulgentiæ eidem loco, & respectu eorundem subditorum alterius Episcopi, etiam si ipse id ratum habeat. Ratio est, quia nullus Episcopus potest per se ipsum concedere vni loco, nisi quadragezæ dies indulgentiæ: ergo nec per delegatos id potest. Sed omnes, si Episcopi quoad hoc se gerunt, vt delegati, vt ostensum est, ergo non possunt sic delegari. Solum superest probanda prima consequentia, quæ ex eo manifesta est, quod delegantis & delegati vna & eadem est iurisdictionis, nec potest plus extendi iurisdictionis delegati, quam delegantis, vt constat est tota titulus de offi. delegat.

Fr. Suarez. tom. 4.

Propter hanc ergo causam dixi, hæc plures indulgentias solum posse concedi à pluribus Episcopis iurisdictionem habentibus, vt erunt plures in eodem Episcopatu sibi succedentes: nam successor potest alicui loco indulgentiam concedere, etiam si similem habeat à prædecessore. Archiepiscopus etiam, in loco sui suffraganei potest eandem indulgentiam concedere, quauis Episcopus loci aliam similem tribuat, & subditi illius Episcopi vtramque lucrari poterunt: quia sunt subditi etiam Archiepiscopo quoad hunc actum, iuxta cap. Nostro, de Penitent. & remiss. At vero, si plures Episcopi non subordinati eidem loco talem indulgentiam concedant, vnaquæque tantum valebit respectu subditorum vniuscuiusque Episcopi: quia hoc modo nec sibi repugnat, nec excedit iurisdictionem, aut limitationem positam. Dices, neque hoc modo esse validas tales indulgentias: quia, sicut Episcopus non potest concedere indulgentiam nisi subditis, ita neque locis nisi suæ diocesis. Respondetur negando assumptum: quia indulgentia loci reuera non conceditur nisi personis, & ideo respectu subditorum valida est: quia potest Episcopus concedere subdito, vt visitando Ecclesiã alterius diocesis, quadragezæ dies indulgentiæ lucratur, vt infra dicã: ergo & e conuerso potest concedere cuiusque loco pio, vt omnes subditi sui, qui illum visitauerint, talem indulgentiam consequantur: nam perinde est: quia semper iurisdictionis exercetur circa personas, & circumstantia loci hic non refert: quia valde accidentarium est, quod sit in hac vel illa diocesi.

De hac re plura videri possunt in Hostiense in Summ. lib. 5. tit. de Remissionibus, §. Quid ergo, Germiniano in c. vlt. de Penitent. & remission. in 6. Syl. vestro verb. Indulgentia, Nauarro Commentar. de Indulgent. notabil. 31. nu. 12. Supplement. Gabriel distinctione 45. quæst. 3. art. 2. proposit. 8. Cordub. qu. 14. Qui neque inter se, nec nobiscum conueniunt in omnibus punctis quæ attigimus. Nam Hostien. indicat, Episcopum, & Archiepiscopum posse etiam duplicatum annum concedere in Ecclesiæ dedicatione, ita subditi Episcopi suffraganei duos annos indulgentiæ consequantur. Sed hoc plane repugnat textui. Vnde idem postea id negare videtur, etiã de Indulgentia quadragenaria: existimat enim limitationem additam in priori clausula ad posteriorem extendi. Sed hoc neque ex textu colligitur, neque oportet fauorem restringere vbi in nō cogit. Germinianus vero negat Episcopum, & successoris eius posse distinctas quadragezæ dies eidem loco concedere, quod Cordub. limitat, si pro eodem casu seu die concedantur. Sed neque hoc modo video sufficientem rationem, cum neuter excedat suam potestatem, & ex vi illius textus vnus alium non impediatur. Nauar. denique cum Calderino negat Episcopum aliquem posse concedere indulgentiam pro suis subditis in loco alienæ diocesis: sed nullum affert fundamentum, & oppositum sufficienter probabitur inferius.

Posterior limitatio huius potestatis, ex eisdem iuribus iuncto cap. Quod autem, de Penitent. & remiss. colligenda est, nimirum, Episcopos solum posse concedere indulgentias suis subditis, quæ ex natura rei sequitur, supposita limitatione iurisdictionis. Hinc vero sequi videtur posse Episcopos concedere indulgentias pro viuis, non vero pro defunctis. Quæ est communis sententia Doctorum in dict. cap. Quod autem, vbi præsertim Innocentius Cardinalis in capit. Quæ aliquando, §. In Leuitico, de Penitent. distinct. 1. num. 71. Vbi etiam Nauarrus notabil. 22. num. 4. Medina de Indulgentiis, capit. 37. & 47. Corduba quæst. 19. Idemque sentiunt antiqui Theologi in 4. distinct. 20. nunquam enim hanc potestatem tribuunt nisi Papæ, vt patet ex Bonau. ibi quæst. 5. & aliis. Bonau.

PPP Et

Improbatur.

Paludani eiusio.

Eluditur.

8 Hostien. Gen. in Syl. vest. Nauar. Supplement. Gabr. Cordub.

9 Posterior limitatio huius potestatis ex parte personarum.

Innoc. Cai. din. Nauar. Medin. Cordub.

Bonau.

Episcopi non possunt indulgentias pro defunctis concedere.

Corduba dictum in probatur.

Indulgentia aut potestas concedendi illam, non extenditur ad defunctos nisi quando Papa id expresse declarat. Supplementi dictum refertur.

Et patet ratio: iam insinuata: quia Episcopi solum suis subditis possunt indulgentias concedere ex dicto ca. Quod autem, sed anima Purgatorij non sunt subditi Episcoporum, ut constat: ergo Item solum concedunt indulgentiam per modum iudicis absolutantis, ut ex eodem cap. Quod autem, colligere licet: sed hoc modo non conceditur defunctis: ergo. Itē, si posset Episcopus concedere indulgentiam defunctis per modum suffragij, posset illam concedere etiam pro animabus defunctorum, qui in vita non fuerunt sibi subditi: ergo amplioem quodammodo haberet potestatem circa defunctos, quam circa vivos, quod est absurdum. Dices etiam viuentibus posse concedere indulgentias per modum suffragij: dummodo solum in subditis concedat, ut pro aliis etiam non subditis eas lucentur. Sed hoc sine fundamento dicitur: nam in dict. cap. Quod autem, simpliciter negatur posse fideles non subditos vni Episcopo consequi effectum indulgentiarum eius sine rati habitatione sui Episcopi. Deinde, si Episcopus posset indulgentiam concedere per modum suffragij pro viuentibus sibi non subditis, media opera suorum subditorum; cur non etiam immediate exigendo opus ab ipomet, cui conceditur indulgentia; nam si alienum opus potest esse sufficiens ratio ad talem indulgentiam, multo magis proprium, quando ille, qui lucraturus est indulgentiam, est in statu, in quo possit tale opus per se exequi: nam ad exigendum opus, non videtur necessarium ut exigatur à subdito, si alioqui est potestas dispensandi thesaurum, & applicandi illum per modum suffragij. Tandem hæc potestas nullibi datur Episcopis; unde ergo illam habent? Responderi potest, satis esse quod eis non auferatur, quia iure diuino illam habent. Sed hoc falsum esse generaliter supra ostensum est.

Tandem confirmatur: quia potestas hæc pro defunctis, nullo iure humano inuenitur data Episcopis, quod autem nec diuino conueniat, ex præcedenti sectione constat. Imo addit Corduba cum Medina supra, licet Episcopus ex iure diuino possit concedere indulgentias viuis, non tamen defunctis. Quod quam consequenter sit dictum, non video, nec quo fundamento negetur vnum, si affirmatur aliud, cum ius diuinum nihil inter hæc distinguat, sed simpliciter loquatur de potestate ligandi & soluendi. Melius ergo hinc colligetur, hanc potestatem non esse in Episcopis ex immediata concessione diuini iuris. Dicit vero aliquis, hanc potestatem concedi Episcopis in dict. capit. Cum ex eo quia absolute concedit eius facultatem, nihil distinguens inter viuos & defunctos, & ideo ad utrosque extendendam esse, cum privilegia sint amplianda. Responderetur potius esse generalem regulam, indulgentiam nunquam extendi ad defunctos, nisi quando Papa id expresse declarat, quam indicat Sixtus IIII. relatus à Gabriele lect. 57. in Canonem, eamque omnes Theologi amplectuntur, ut supra visum est. Cum ergo Episcopis concedatur potestas ad tales indulgentias, & non declaratur extendi ad defunctos, signum est non extendi ad illos. Ratio vero reddi potest, vel quia indulgentia simpliciter dicta iuxta usum Ecclesie significat indulgentiam per modum absolutionis, maxime quando declaratur nomine remissionis, vel relaxationis, ut fit in illis iuribus, vel quia in illo capit. non tam conceditur de nouo illa facultas, quam restringitur illa, quæ supponitur fuisse in Episcopis: illa autem nunquam fuit in Episcopis nisi respectu subditorum, ut colligitur ex præc. cap. Quod autem. Denique consuetudo, quæ est optima legum interpres, hanc intelligentiam illorum iurium probauit nunquam enim Episcopi vtuntur hac facultate concedendo indulgentiam pro defunctis. Solum inuenio relatum quoddam speciale factum Silicæi Archiepiscopi Tolerani, qui indulgentiam pro defunctis concessit:

fit: sed illud, nec per se sufficit, ut nos cogat ad credendum illam indulgentiam validam fuisse; neque etiam constat, an specialem potestatem à Pontifice delegatam ad id habuerit. Quamobrem nullum probabile fundamentum video propter quod dixerit Supplementum Gabr. in 4. d. 95. q. 3. art. 2. propos. 6. Episcopos ex vi suæ dignitatis posse concedere indulgentias pro defunctis, & hoc nullibi eis esse denegatum, citatq; in hanc sententiam D. Thom. & Palud. sed falso, nihil enim de hoc asserunt. Imo Palud. dict. q. 4. art. 3. concl. 6. in fine refert opinionem Innocentij, & nihil aliud dicit, sed tacite illam approbat. D. Tho. autem d. 20. q. 3. ad 2. & d. 45. q. 2. art. 3. q. 2. solum dicit, indulgentiam valere defuncto, seu alteri viuenti pro quo applicatur, quando Prælati Ecclesie sub ea forma indulgentiam concedit: non declarat autem quis Prælati possit hoc facere, neq; vnquam de hoc in particulari differuit: sed in dict. d. 20. art. 4. q. 3. generatim dixit, Episcopos posse dare indulgentias secundum quod est taxatum eis à Papa, & non amplius. Vnde falsum est, ex vi suæ dignitatis hoc posse, quia neque ex diuino, neque ex humano iure dignitas hæc habet talem iurisdictionem annexam, ut ostensum est.

Nonnulla dubia circa assertionem positam expediuntur.

Nonnulla vero supersunt dubia circa assertionem sic positam, & probatam. Primum est, an prohibitio hæc facta Episcopis, veteri solum, reddatque peccaminosam maiorem concessione, vel etiam illam irritam faciat. Responderetur, Cerrum est hanc prohibitionem esse irritantē. Nam in c. Nostro, & c. Cum ex eo, de Pœnit. remissionibus dicitur, indulgentias Episcoporum non amplius extendi, quod perinde est ac si diceretur, non amplius valere. Quod ita expresse declarauit Bonifacius VIII. cap. vlt. de Pœnit. & remiss. in 6. vbi non de nouo irritat, sed declarat sensum Concilij Lateranensis. Ratio est, quia hæc non solum est prohibitio, sed etiam ablatio potestatis, seu concessio vsque ad talem terminum, & non maiorem. Et in hoc conueniunt omnes Doctores Theologi, quantum Canonistæ oppositum senserint cum Glossa in di. c. Cum ex eo, verb. A pluribus, quam ibi videtur probare Panormitanus, & Hostiensis in Summa, titul. de Remiss. §. Quid ergo. Tamen eorum sententia secundum ius nouum omnino locum non habet, ut Panormitanus etiam notat. Idem autem existimo fuisse iuxta antiquum ius, & hoc ipsium declarasse ius nouum, ut ostensum est, neque repugnat Panormitanus, ut constat ex numero octauo.

Dubitant autem vterius iidem Doctores, an indulgentia concessa vltra illum terminum valeat saltem quoad quantitatem concessam. Aliqui enim affirmant omnino nihil valere, ut Supplement. Gabr. in 4. q. 45. quaestione tertia, articulo secundo, propos. 8. corol. 3. & Gemin. in ca. vlt. de Pœnit. & remiss. in 6. Calderinus, & alij, quos refert Additio ad Abbatem in ca. Cum ex eo, de Pœnit. & remiss. Fundamentum est: quia potestas hæc videtur concedi sub ea conditione, quod indulgentia prædictam quantitatem non excedat. Sic enim dicitur in cap. Nostro, de Pœnit. & remiss. Ita tamen ut statum Concilij generalis non excedat: ergo non impleta conditione, non datur potestas: ergo nihil fit. Secundo: quia in dict. capit. vlt. simpliciter dicitur, has indulgentias excedentes statutum Concilij generalis, vires non obtinere: vbi non dicit in excessu, sed absolute: ergo omnino nullæ sunt. Tertio: quia illa est iuridica sententia, sine iurisdictione sufficienti prolata: ergo tota est inualida, non enim potest eadem sententia illo modo partim

Dubium an hæc prohibitio Episcopis sit irritans.

Glossa Abb. Hostiensis

12. Dub. an indulgentia vltra remissam concilij generalis excedat.

partim valida esse, partim inualida. Vt, si iudex potens condemnare tantum in quantitate vt decem, condemnet vt viginti, sententia est omnino nulla, nec tenet: vt tenet Gloss. Bartholus, & alij in l. vt ff. de iurisd. omni. iudic.

Opposita sententia communionis est, quam tenet Abbas in dict. cap. Cum ex eo, in fine cum Glossa ibi, & in dict. cap. vlt. Ioannes Andreas, & Summistæ communiter. Fundantur præcipue in illa regula iuris in 6. *Vtile per inutile non vitiatur*: quanuis ergo in præsentem excessus inutilis sit, non reddet irritum id, quod per se est utile: nam regula hæc maxime locum habet in liberalibus largitionibus, & in fauoribus, quales sunt indulgentiæ. Secundo: quia supra diximus indulgentiam, quæ excedit proportionem causæ, valere quoad quantitatem proportionatam, quanuis sit nulla quoad excessum; ergo non reputat eandem sententiam ex parte validam esse, & ex parte nullam. Atque ita fuit fundamentum contrariæ sententiæ, siue hoc sit speciale in hoc foro, quod non seruat solemnitatem & rigorem fori contentiosi, siue quia illud solum habet locum quando sententia diuisibilis non est, aut quando tota causa, hoc ipso quod est circa maiorem quantitatem, constituitur extra iurisdictionem iudicantis; neutrum autem horum in præsentem locum habet. Ideoq; à potestate rationis procedit argumentum factum: nam, qui excedit proportionem causæ, excedit in quantitate indulgentiæ terminos à Christo positos, & conditionem sub qua talem potestatem dedit, & nihilominus indulgentia est valida in quantitate proportionata: ergo à fortiori quanuis indulgentia excedat terminos ab homine positos, erit valida intra terminos concessos. Tertio quia in dictis iuris nō tam conceditur noua potestas, quam limitatur antiqua, vt patet ex d. cap. Cum ex eo (quod est aliorum fundamentum) vbi prius refertur antiqua consuetudo concedendi largiores indulgentias, & postea solum ponitur limitatio per verba negatiua, non extendatur, non excedat: ergo illa iura solum auferunt potestatem ad maiores indulgentias concedendas, relinquunt ergo absolutam potestatem infra illam quantitatem, prout antea Episcopi illam habebant.

Neque in illis decretis est aliquod iudicium conditionalis concessionis, nam in cap. Cum ex eo, nihil huiusmodi ponitur: in ea autem *Nosro*, verbum illud, *Ita tamen &c.* solum positum est ad declarandum, Archiepiscoporū potestatem esse limitatam eodem modo quo limitata fuerat potestas Episcoporum in dict. c. Cum ex eo. Vnde in cap. 1. de Pœnit. & remiss. in 6. vbi eadem limitatio refertur, solum dicitur, in concedendis indulgentiis non excedat Archiepiscopus emens. statutum Concilij generalis. Habent ergo Episcopi absolutam potestatem concedendi indulgentias intra suos limites. Quando autem concedunt maiores, intendunt ad minimum facere quantum possunt: ergo saltē id assequuntur in quantitate sibi proportionata, licet excessus irritus sit. Patet consequentia: quia quoad illam quantitatem, concurrunt omnia necessaria ex parte concedentis ad valorem indulgentiæ, scilicet, potestas, & voluntas: de aliis vero requisitis hic supponitur. Nec vero dici potest, quasi in penam delicti irritatam esse illam actionem etiam quoad illam partem; nullo enim iure probari potest talis irritatio. Nam in dict. c. vlt. de Pœnit. & remiss. in 6. non fertur aliqua pena, imo nec nouum ius statuitur, sed declaratur solum ius statutum Concilij generalis, quod habetur in dict. ca. *Cauent.* ex quo solum habetur, indulgentias excedentes statutum illud, irritas esse quoad excessum: eodem ergo modo intelligendum est illud cap. vltim. Quapropter sententiam hanc, non solum rationabiliorem, sed etiam iuri conformiorem, esse existimo.

Fr. Suarez. tom. 4.

A Tertio dubitari solet, an hæc indulgentia sit irrita quoad excessum, etiam in foro pœnitentia & interiori, vel tantum in exteriori. Quidam enim Canonistæ limitant prædicta iura; vt intelligenda sint extra forum pœnitentiale: nam in illo aiunt, posse Episcopum concedere largiores indulgentias pro arbitrio suo discreto & prudente. Ita tenet Syluester. verb. *Indulgentia*, numero primo, cum Innocentio, Geminiano, & Ioanne Andrea, quos citat. Sed vix intelligo, quis fuerit horum auctorum sensus, aut quo fundamento moueri potuerint. Nam si intelligant, vt videntur significare posse Episcopos, maiores indulgentias concedere, quæ remittant maiore reatum pœnæ coram Deo, & consequenter tollant obligationem implendi satisfactionem in sacramento impostam, illi reati proportionatam, quanuis non possint tantam penam remittere in exteriori, & contentioso foro: hoc sensu illorum sententia omnino probabilis est, quia per illud statutum limitata fuerunt veræ indulgentiæ, & remissiones Episcoporum: non est autem vera indulgentia, nisi quæ remittit veram penam apud Deum: hæc ergo limitata est. Item nunquam Episcopi per indulgentias remiserunt pœnas debitas in foro contentioso. Vnde in dict. ca. *Cauent.* non redditur pro causa illius limitationis, quod iudicialis castigatio impeditur, sed quod *satisfactio pœnitentialis enervatur*: ergo loquitur Concilium de vera pœnitentia in foro animæ ac pœnitentia: ergo hanc limitat, & irritat excessum in illo foro. Tandem nunc etiã Episcopi per indulgentias annuas, vel quadragenas non concedunt remissionem alicuius pœnæ pertinentis ad forum contentiosum, vt constat ex dictis: ergo limitatio illa non pertinet ad illud forum.

Vel est sensus illorum auctorum, Episcopos in foro pœnitentia, id est, audiendo confessiones, & sacramentaliter iudicando, posse largiores concedere indulgentias. Et hic etiam sensus non magis probabilis est: quia Episcopi in illo foro non se gerunt proprie vt Episcopi, sed vt sacerdotes habentes iurisdictionem illi foro proportionatam, ex vi cuius nulla potest indulgentia concedi, vt infra dicam. Si vero simul vti velint iurisdictione Episcopali ad concedendas indulgentias, iam formaliter non remittunt in foro pœnitentia, sed in proprio foro indulgentiarum, quod distinctum est: quod autem simul eum altero concomitanter, & secrete exerceatur, per accidens est, nec mutat naturam talis actionis, nec excludit illam à limitatione iuris. Nam statutum generalis Concilij absolute loquitur, & vniuersalem ponit negatiuam, quod nulla indulgentia Episcopi talem mensuram excedat: hæc autem indulgentia, etiam si dicatur in confessione concedi, est indulgentia Episcopalis, & eiusdem rationis cum aliis: ergo sub eadem limitatione comprehenditur, alias etiam posset quis excipere omnem indulgentiam occulte concessam, vel aliquid simile. Denique ratio illius textus etiam in hac indulgentia locum habet, non enim minus enervatur satisfactio sacramentalis per superfluas indulgentias in confessione concessas, quam extra. Nec refert, si quis dicat in illis cessare inconueniens morale, quoniam Episcopi raro confessiones audiunt: hoc, inquam, non obstat, tum quia est per accidens, & pendens ex arbitrio Episcopi: tum etiam, quia posset Episcopus illam facultatem delegare sacerdotibus sibi subiectis. Itaq; decisio illius textus, simpliciter & absque limitatione in omni vera indulgentia locum habet.

Quarto dubitari hic solet, an possit Episcopus hæc iurisdictionem exercere extra territorium suum. Quam dubitationem late tractat Antonius Roselli tract. de Indulgentiis n. 209, & seq. plura distinguens membra. Mihi autem breuiter dicendum videtur, formaliter non posse iurisdictionem hanc exerceri

PPP extra

13  
Secunda  
sententia  
ver. a.  
Abb.  
Gloss.  
Ioan.  
Andr.

15  
Tertium  
dub.  
An hæc illa  
dub. sit irrita  
quoad  
excessum in  
virog. foro.  
Quorundã  
sententia,  
Syluest.  
Innoc.  
Gemin.  
Ioan.  
Andr.  
improbat.

16

17

vide Cor.  
dub. qu. 14  
in fin.

extra territorium, id est, circa personas alieni territorij, ut satis patet ex dictis. Materialiter autē dico exerceri posse: primo si Episcopus concedat indulgentiam omnibus subditis, etiam qui extra territorium versantur: nam talis indulgentia formaliter versatur circa subiectum capax: illa autem absentia, seu corporalis existentia extra territorium materialis est in hoc genere iurisdictionis, quia iurisdicō est voluntaria, quæ potest extra territorium exerceri, iuxta l. s. ff. de Off. Proconsul. etiam, quia actus huius iurisdictionis fit sine strepitu & figura iudicij, & sententia per se ipsam affert executionem. Et confirmatur: nam hac ratione excommunicatio, vel absolutio ab illa potest fieri in subditum extra territorium existentem: ergo à fortiori indulgentia. Secundo ob eandem rationes Episcopus extra suum territorium existens, potest concedere indulgentias suis subditis in territorio existentibus, vel vbi cumq; sint: procedunt enim eodem modo, ut facile culibet consideranti patebit. Confirmari etiam potest ex supra dictis, quod proprius sacerdos potest absolvere subditum suum extra territorium: eadem autem est ratio de absolutione per indulgentias. Neque contra hoc est difficultas alicuius momenti, Nam iura, quæ dicunt neminem posse dicere ius extra territorium, loquitur de iurisdictione contentiosa, & quæ exteriorem executionem, & publicam tribunal ex se requirit, ut latius in materia de censuris. Adde insuper, posse Prelatum concedere subdito indulgentiam, si opus pium extra territorium faciat, ut dando elemosinam Ecclesie alterius diocesis, vel ad illam peregrinando: quia in hoc multo minor est difficultas, cum in illa conditione apposita, quæ extra territorium implenda est, nulla iurisdicō extra territorium exerceatur: nam dare elemosinam, vel visitare Ecclesiam, non est iurisdictionem in illam exercere. Vnde aliquando potest quis hæc præcipere suis subditis, quia hoc est exercere in illos iurisdictionem, non in loco alieno: ergo multo magis potest Prelatus concedere indulgentiam pro opere pio vbi cumque facto. Item Papa potest concedere indulgentiam pro actu mere interno: in quem per se non habet iurisdictionem: ergo Indulgentia non requirit iurisdictionem in opus, quod postulat ut conditio necessaria: ergo multo minus requirit illam in locum vbi efficiendum est opus. Dices, esse ibi necessariam iurisdictionem, non propter opus, sed propter effectum indulgentiæ, qui ibi dandus est. Sed hoc nihil obstat, quia iam ostensum est hanc sententiam secum afferre executionem, & ideo posse extra territorium illam efficere. Atq; ita supra diximus contra Nauarrum: & idem tenet Rosella post proxiam disputationem. Qui etiam addit in num. 309. si conditio ad indulgentiam fit, verbi gratia, conferre manus adiutrices ad Ecclesiam alterius Episcopatus, & Episcopus illius loci impediat eas recipere: nihilominus alios consequi indulgentiam, quia non stat per eos, & ita conditio habetur pro impleta. Sed hoc in rigore non ita est, iuxta superius dicta, nisi Episcopus sufficienter explicet hanc esse intentionem suam. Supra enim diximus, quacumque ex causa conditio non impleatur etiam propter impotentiam, non comparari indulgentiam. Vnde non videtur referre quod conditio pendeat ex aliena voluntate: nam omnino requiritur, ut re ipsa impleatur, nisi aliud declaratur, ut dixi.

18  
Quis nomi-  
ne Episcopi  
intelliga-  
tur.

Vltimo dubitari potest, quis Episcopus hanc habeat potestatem. Est enim quidam Episcopus electus tantum: & de hoc constat non posse dare indulgentias: quia neque ordinem, neque iurisdictionem habet, vnde nondum est Episcopus, sed est designatus ut fiat Episcopus. Alius est Episcopus consecratus tantum: & de hoc etiam est certum, iure ordinario non posse concedere indulgentias, quia non habet

A iurisdictionem, & indulgentiarum concessio est actus iurisdictionis, ut diximus. Alius Episcopus electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus: & de hoc aliqui negant posse indulgentias concedere: alij distinguunt de indulgentia per modum suffragij & absolutionis, admittentes posse priorem concedere, non vero posteriorem: Alii saltem requirunt, ut sit ordinatus sacerdos. Dicendum vero est huiusmodi Episcopum posse concedere indulgentias, etiam si consecratus, vel ordinatus non sit. Quæ est communis sententia Doctorum, quos refert, & sequitur Nauar. dict. not. 31. numer. 3. & Additio ad Abb. in ea. *Accedentibus*. n. 4. fundamentum positum est supra Disp. 1. de hac materia, vbi ostendimus indulgentiam etiam per modum absolutionis non esse actum ordinis, sed iurisdictionis, addendo huiusmodi Episcopum valide posse exercere actus iurisdictionis, iuxta c. *Transmissam*, de Electione, vbi est communis consensus Doctorum. Solum ergo requiritur ut non habeat iurisdictionem impeditam. Et vtiar dicam. Addit vero Nauarrus supra huic æquiparari Episcopum prouium per literas Apostolicas cum presentatione, vel sine illa ex Gloss. quas ibidem refert. Alius denique est Episcopus confirmatus, & consecratus, de quo indubitatum est posse indulgentiam concedere. Solum necesse est ut per censuram Ecclesiasticam non sit suspensus ab usu iurisdictionis: nam tunc nullum actum iurisdictionis potest valide efficere: ut constabit infra in materia de Censuris, vbi explicabimus de quo excommunicato, vel suspensio hoc intelligendum sit, scilicet, nominatim denunciatio, seu non toleratio. Cum ergo indulgentia sit actus iurisdictionis, ut sepe dictum est, neque illam poterit valide concedere. Quod intelligi esse verum, non solum in indulgentia per modum absolutionis, sed etiam per modum suffragij: nam vtraq; est aliquo modo actus iurisdictionis: & saltem negari non potest quin etiam indulgentia per modum suffragij sit actus administrationis Ecclesiasticæ, qua etiam priuatur excommunicatus.

Vnde etiam constat huiusmodi Episcopum ligatum non posse alteri committere ut indulgentias concedat: quia non potest in illum iurisdictionem transmittere: quia etiam hic est usus iurisdictionis, & vnus ex præcipuis. Ait tamen Corduba q. 13. post se excommunicatum Episcopum dare licentiam subdito, ut ab alio Episcopo indulgentiam accipiat, sicut potest Parochus excommunicatus dare licentiam subdito ut alieno sacerdoti confiteatur. Veritatem hoc exemplum supra reieciimus in propria materia: & rationes quibus ibi vsi sumus, probant in presenti falsam esse dictam assertionem, scilicet: quia illa licentia ab excommunicato data, est actus iurisdictionis, & ideo est ipso iure nulla. Item quia illa est vera delegatio iurisdictionis, ut paulo antea diximus: à quo enim haberet alienus Episcopus iurisdictionem ad talem actum exercendum circa talem personam nisi ab alio Episcopo proprio ei delegaretur? sed non potest excommunicatus delegare iurisdictionem, ut diximus: ergo nec potest talem

E licentiam dare.  
Sed quid si Episcopus sit in peccato mortali absq; censura? Respondeo cum communi, peccatum non impedire validum usum iurisdictionis, ut de ministris sacramentorum supra late tractauimus: & ideo necq; impedire validam concessionem indulgentiarum, quia, licet talis Episcopus peccator habeat ligatam animam, ut sic dicam, non tamen potest statim & quavis sit separatus à Deo quoad amicitiam & utilitatem propriam, non tamen quoad misterium in utilitatem aliorum. Imo vterius censeo, per se loquendo & secluso scandalo, non esse peccatum, concedere indulgentias in eo statu, ut verbi gratia, Episcopi per solennem benedictionem concedere solent qua-

Episcopi  
electi post  
consecrationem  
indulgentias  
concedunt  
Nauar.  
Additio ad  
Abb. in ea.  
Accedentibus  
de Electione  
n. 4.

Episcopi  
sunt  
ligati  
sua  
iurisdictione

19  
Corduba  
dictum

Improbatur

20  
Quid sit  
peccatum  
mortale  
casu casus

quadragesima dies indulgentiæ, profecto, id facere in statu peccati mortalis secluso scandalo, non est nouum peccatum: quia ibi non interuenit absolutio sacramentalis, neque illa est tam sacra, tamque grauis actio, nec confert aliis essentiali sanctitatem, vt eam in ministro requirit tanquam condignam dispositionem. Atque hæc, quæ de statu peccati diximus, communia sunt Pontifici Summo: priora vero de censuris in eo locum non habent: quia nõ potest esse censura ligatus, vtraq; vero communia sunt omnibus, qui quacunq; ratione possunt indulgentias concedere, ne illas amplius repetere necesse sit, rationes enim datæ generales sunt.

Præterea sub Episcopo quoad hunc actum comprehendimus Archiepiscopum, qui illo superior est, de quo manifestum est posse hoc munus exercere in sua diocesi, in qua est immediatus, & ordinarius Episcopus. Dubitari tamen potest, an in tota Prouincia sua idem possit: hoc autem definitum est in c. Nostro, de Pœn. & remiss. vbi Honorius 3. respondet posse: Non constat autem an hoc potuerint Archiepiscopi iure antiquo, quod Honorius declarat, an vero Honorius de nouo concesserit. Quidquid tamen de hoc sit, intelligendum est, Archiepiscopum, non solum quando uisitat, sicut de audiendis confessionibus in superioribus diximus, sed semper id posse, quia in illo textu nulla restrictio ponitur, vt ibi Panormitanus notauit. Atque hinc constat idem dicendum esse de Primatibus, & Patriarchis, quatenus Archiepiscopi sunt. Nam ob propriam dignitatem Primatus, aut Patriarchatus nihil specialiter possunt ordinario iure, nulli enim habetur. Vnde Primas nõ potest in toto Regno, verbi gratia, indulgentiam concedere, sed solum in prouincia sui Archiepiscopatus, de qua sola loquitur textus in dict. c. Nostro. Contrarium sentit Nauar. d. n. 3. sed nullo iure id probat: nam in iure soli Archiepiscopo pro suo Archiepiscopatu hoc cõceditur: Patriarcha autem, & primas non habet in sua prouincia, seu Patriarchatu eandem iurisdictionem, quam habet Archiepiscopus in prouincia sua. Item nec Cardinalis ex vi sue dignitatis hoc potest: quia nulli ei conceditur, imo in ea. *Accedentibus*, de Excessib. prælat. inter ea, quæ sunt propria Episcopalis dignitatis, ponitur indulgentiarum concessio. Vnde, si Cardinalis sit Episcopus, suis ouibus poterit indulgentias concedere, non vero aliis, nisi speciali fauore hoc ei concessum sit, & tunc habebit potestatem delegatam, non ordinariam, vt ex declaratione harum iurisdictionum superius data constat.

Et ob eandem rationem, idem censent multi de Legato Pontificis, intra fines sue legationis. Nauar. autẽ d. n. 3. significat eum habere potestatem ordinariã: nam illum vocat ordinarium iudicem in hoc foro, & que ac Episcopum, & cum eadem limitatione. Sed id nullo iure probat: cum tamen certum videatur, Legatum Pontificis, non comprehendit in citatis iuribus nomine Episcopi, vel Archiepiscopi: sunt enim iurisdictiones & munera valde diuersa: & ideo ex vi iuris cõmunis non videtur Legatus habere hanc potestatem: quia neq; in toto tit. de offic. Legati, neq; in alio textu, communis hæc potestas eis cõceditur. Semper tamen habent illam ex commissione Pontificis: non constat autem mihi, an iuxta ritum, vel consuetudinem Romanæ Curiz intelligatur concessa, eo ipso quod aliquis in Legatum destinatur, quantum nihil aliud exprimitur, vel semper fiat specialis concessio. Et simili modo incertum est, an eadem potestas eis definita sit: quæ Episcopis, & Archiepiscopis, vel maior cõcedatur, aut ex vi muneris, aut arbitrio Pontificis, ac deniq; an hæc potestas ita eis concedatur, vt possint eam aliis delegare, vel tantum per se exercere: & ex horum resolutione pendet, an hæc potestas in eis sit vt ordinaria, vel tantum vt delegata. Idemq; de Summo Pœnitentiario di-

Fr. Suarez, tom. 4.

endum est, si facultatem aliquam habet concedendi indulgentias. Vnde Palud. d. 2. q. 4. art. 2. concl. 3. refert se audiuisse Summum Pœnitentiarium dicentem. *Auctoritate nostra ordinaria, damus vobis centum dies indulgentiæ.* Quod si hoc verum est, constat potestatem Pœnitentiarij non esse ita limitatam, sicut est Episcopi. Sed, cum hæc non sint iure communi definita, consulendæ sunt speciales ordinationes, vel consuetudines ex voluntate Pontificum introductæ: loquendo autem secundum ius commune, vt nos loquimur, soli Episcopi, & Archiepiscopi, sub statuta regula comprehenduntur. Dubitari vero potest, an comprehendatur etiam Concilium prouinciale, in quo plures Episcopi cum Archiepiscopo congregantur: & ideo videtur in toto Concilio esse potestas, quæ est in singulis. Dico tamen non comprehendit, quia nulli hoc declaratum est, neque de hoc extat ius diuinum, aut humanum: nihil ergo in hoc genere potest Concilium vt Concilium, sed omnes, qui in eo sunt, possunt sua potestate vt, non per modum vnus corporis, sed per modum plurium personarum.

SECTIO III.

Quid possint humano iure ordinario inferiores Prælati, aut sacerdotes circa indulgentiarum concessionem.

Primum statuendum est, nullum prælatum Episcopo inferiorem habere potestatem ordinariam, etiam iure humano, ad concedendam aliquam indulgentiam. Hæc est sententia communis Theologorum, & Iuristarum, quos citauimus. Sumiturq; ex cap. *Accedentibus*, de Excessib. Prælat. vbi reprehenduntur quidam Abbates, qui hoc munus usurpant, inter alia, quæ ad Episcopalem dignitatem specialiter pertinent. Ratio autem generalis est: quia diuino, vel humano iure aliis non est concessum. Prior pars, diuino iure difficile probari potest ab his, qui purant hoc competere Episcopis ex iure diuino: vnde enim possunt probare non esse idem de aliis sacerdotibus. Respondere possunt, Episcopalem dignitatem specialiter esse à Christo institutam, & eis maxime dictum esse, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, &c.* Sed obici etiam poterit, omnibus sacerdotibus dictum esse, *Quorum remissionis peccata remittuntur eis*, quæ verba multi ad indulgentias extendunt. Item verba illa, *Quacunq; solueritis*, non solum ad Episcopos, sed etiam ad inferiores Prælatos pertinere, eo ipso quod Ecclesie pastores, in foro exteriori constituuntur. Facilius ergo nos probamus, inferiores non habere hanc potestatem diuino iure, cum neque Episcopi illam habeant, sed solus Papa. Quod vero nec humano iure habeant probamus: quia nullum de hoc ius ostendi potest: nam omnia superius citata de Episcopis loquuntur, & illis solis hoc ius ordinarium tribuunt.

Hic vero, statim occurrit dubitandum, an sufficiat consuetudo vbi præscripta fuerit, vt aliquis inferior Prælati censeatur hæc iurisdictionem ordinariam habere. Sunt enim varix sententiæ. Prior affirmat, quam tenet Gloss. in d. ca. *Accedentibus*, colligitq; ex illo textu, quatenus dicit Prælatos inferiores Episcopis non posse indulgentias concedere, nisi vel speciali cõessione, vel alia legitima causa. Ex quibus exceptionibus prior manifesta est, vnde de tali cõessione constitit, quæ à Summo Pontifice manare debet: nam ab eo manat hæc iurisdictionis, vt sæpe dictum est. Et licet Episcopi interdum illã delegare valeant, non tamẽ vt ordinariam alicui concedere, quia hoc ad supremam potestatem spectat. Posterior autem, non potest esse nisi præscripta consuetudo,

Quid de Concilio prouinciali;

Nullus inferior Prælati habet hanc potestatem iure ordinario. Affer. 1.

Sufficiat ne inferioribus Prælati præscripta consuetudo ad hanc potestatem ordinariam habendam. 1. Opin.

An Archiepiscopi possint indulgentias concedere in tota prouincia. Cap. nostro de pœn. & remiss.

De Patriar. & Primatibus.

De Cardinalibus.

De Legato Pontificis. Nauar.

Legati hanc habent potestatem ex Papa cõmissione.

Quid de Summo Pœnitentiario.

quæ enim alia causa legitima excogitari potest? hæc autem videtur esse sufficiens: quia præscripta consuetudo iurisdictionem confert, iuxta cap. Cum con-  
*tingat*, cum aliis de foro compet. Atque hæc Glossæ opinionem sequuntur ibi Panormit. Hostient. & alij. Contrarium nihilominus tenet Turrecrem. in 9. Item in *Leuitico*, de Penit. d. n. 43. & sequitur Nauar. dict. not. 31. n. 7. Soto d. 22. quæst. 1. art. 4. & Cordub. quæst. 12. Fundamentum est, quia consuetudo non potest dare iurisdictionem, quæ debet ab ipso Christo, vel immediate, vel per suum Vicarium provenire, quia consuetudo non efficit ut Christus, aut Pater hoc velit, cum tamen sine illorum voluntate id fieri non possit: huiusmodi autem est præfens iurisdictione: nam, cum sit ad tollendas penas in foro Dei debitas, non nisi ab ipso Deo manare potest. Quo argumento supra etiam probamus iurisdictionem in foro penitentiae non posse consuetudine acquiri: & in eodem principio fundatur, ut nemo possit consuetudine acquirere privilegium eligendi confessionem, ut dicitur in capite 2. de Penitent. & remissi in 6.

Glossa.  
Panorm.  
Hostient.

2. Opinio.

3.  
Dubio resolu-  
tione.

Sed hæc controuersia eodem modo definienda est, quo in dicto loco similem definiuimus. Probat enim efficaciter ratio facta, consuetudinem ipsam non posse esse propriam ac per se originem talis iurisdictionis. Nihilominus tamen præscripta consuetudo, est indicium iurisdictionis aliquando concessæ à Summo Pontifice: quia non est verisimile in re tam graui propria auctoritate fuisse usurpatam, & tanto tempore tacentibus & consentientibus Prælati continuatam. Atque in hoc sensu intellecta prior opinio vera est, quam hoc sensu intelligi illa vitima verba cap. *Accedentibus*, si ad concessionem indulgentiarum referantur: nam possunt etiam facile ad illos actus referri, de quibus in textu mentio facta fuerat.

4.  
An Prælati  
seculares ex-  
empti, sub  
piscopis com-  
prehendantur.

Superest vero aliud dubium de Prælati, minoribus Episcopis quoque ad dignitatem, habentibus tamen iurisdictionem Episcopalem in suis locis, seu quasi diocesis, ut sunt aliqui Abbates vel Prælati seculares exempti, & immediate subiecti Summo Pontifici, videntur enim hi posse concedere indulgentias: nam possunt alios actus iurisdictionis Episcopalis exercere, & quoad illos comprehendendi solent Episcoporum nomine, ut in superioribus tactum est: cur ergo in præfenti non comprehenduntur? Et confirmatur, quia alii horum subditi erunt deterioris conditionis, non enim poterunt à suo immediato Præfato aliquas indulgentias obtinere. Nihilominus communis sententia est, nullum Prælatum huiusmodi, habere hanc iurisdictionem iure ordinario, nisi vel consuetudine, vel alia sufficienti ratione constet alicui esse specialiter concessam à Summo Pontifice. Ratio propria est supra tacta: quia hi Prælati non habent hanc potestatem iure diuino, quod fatentur etiam illi, qui de Episcopis hoc affirmant: quia licet hi Prælati suo modo sint perfecti pastores, & sponsi filiorum ecclesiarum, & ideo videantur, iuxta illam sententiam habere debere hanc potestatem, tamen dignitas illa est de iure humano, & non ita perfecta sicut Episcopalis, & ideo non est de illa eadem ratio. In nostra vero sententia efficacius ostenditur: quia potestas concedendi indulgentias, non est per se coniuncta ex vi iuris diuini, aut naturalis cum tali prælatione, ut à fortiori patet: ex his, quæ de Episcopis diximus. Rursus nec iure humano conceditur, tum quia nihil inuenitur tale ius, nisi iura sepe citata de Penit. & remis. solum loquuntur de Episcopis, & Archiepiscopis: tum etiam quia in dicto cap. *Accedentibus*, hæc potestas censetur propria dignitatis Episcopalis. Quanquam ergo hi Prælati inferiores interdum eximantur à iurisdictione Episcoporum, & perfectam quodammodo iurisdictionem

Resolutio.

sub Pontifice accipiant, & voluerunt tamen Pontifices aliqua referuare Episcopis propter maiorem eorum dignitatem, ex quibus vnum est concedere indulgentias communi, & ordinario iure. Idque merito: nam remittere reis penas lege debitas, ad Principes tantum pertinere solet, & ideo sicut Christus per seipsum, & suo diuino iure id tantum concessit Vicario suo, tanquam supremo Principi Ecclesie, ita Pontifices suo iure ordinario solis Episcopis, tanquam propriis & ordinariis Ecclesie Principibus eandem potestatem communicare voluerunt. Neque in hoc fit aliqua iniuria, vel in commodum subditis horum Prælatorum: quia quoad fructum indulgentiarum semper subiciuntur Episcopis, cum etiam religiosi exempti, quoad has gratias & fauores, uti possint hac iurisdictione voluntaria Episcoporum.

Atque hinc sequitur (quod etiam superiorem resolutionem confirmat) nec Vicarium Episcopi, nec (quod amplius est) Capitulum Sede vacante posse iure ordinario concedere indulgentias: quia nullo iure hoc eis conceditur. Nec refert, quod Capitulum succedat Episcopo in iurisdictione Episcopali, quia nunquam succedit in dignitate, & iura volunt potestatem hanc esse coniunctam, & quasi referuatam dignitati Episcopali. Atque ita docuit Calderinus in cap. *Nostro*, de Penit. & remis. quem Nauar. Cordub. & alij sequuntur. Nec reputatur inconueniens, quod diocesis, dum Episcopatus vacat, priuatur hoc beneficio, tum quia tempus illud, per se loquendo, breue est, & in eo frui possunt fideles indulgentias concessis, vel à Papa, vel ab Archiepiscopo, vel à præcedentibus Episcopis, quorum indulgentiæ durant: tum etiam, quia hæc carentia non est necessaria, sed supererogationis, potestque sufficere iurisdictione Episcopalis à Capitulo administrari sine hac potestate.

Secundo sequitur à fortiori ex dictis, nullum Parochum, aut sacerdotem, habentem etiam plenam iurisdictionem in foro sacramentali, posse iure ordinario indulgentias concedere. Ita docent iidem auctores: sequiturque euidenter ex eisdem principijs, & decretis, quæ repetere necesse non est. Propter quod supra etiam diximus verba illa Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis*, nullo modo comprehendere potestatem hanc concedendi indulgentias, tum quia in eis tantum est sermo de remissione peccatorum per sacramentum: tum etiam, quia per illa verba datur potestas ordinis in corpus Christi mysticum, non verò propria iurisdictionis potestas. Vnde illi solum potuerunt circa hanc veritatem errare, qui existimauerunt indulgentiarum absolutiones esse actum characteris sacerdotalis: hi enim consequenter dicere possent, eo ipso quod huic potestati sacerdotali applicatur materia, subiiciendo illi fideles, seu penitentes, posse sacerdotem talem potestatem habentem, exercere circa illam hunc actum absoluendi per indulgentias. Atque hoc modo videntur dixisse quidam Canonistæ, quemlibet sacerdotem proprium quocumque modo, id est, qui possit absolute à peccatis in foro penitentiae posse etiam concedere indulgentias. Ita tenuerunt quædam Glossæ, & Innocentius Archiepiscopus, Cardinalis, & Panormitanus, sicut eos refert, & sequitur Angelus in Summa verb. *Indulgentia*, n. 5. & Summa Rosella ibidem: quia tamè limitant hanc sententiam, ut intelligatur indulgentia concessa in foro penitentiae, non extra, ut hoc modo respondeant ad iura supra citata.

Hæc verò sententia intellecta de propria indulgentia, de qua Angelus aperte loquitur, est omnino improbabilis. Et inprimis supponit falsum fundamentum: scilicet, quod indulgentia sit actus manans à potestate ordinis. Deinde male infert: nam, licet id concederemus, nihilominus absolutio se-

Nec Capitulum  
iure ordinario  
concedere potest  
indulgentias  
Episcopalis  
iurisdictione  
habentibus  
ordinariis  
Cordub.

Parochi quoque  
non habent  
iure ordinario  
indulgentias  
concedere  
Ioan. 20.

Glossa  
Innocent.  
Archiep.  
Cardinalis  
Panorm.  
Angel.  
Sum. Rosell.

7.  
Rationem.

concedit.

cramentalis, & absolutio indulgentiæ essent actus diuersi, & requirerent diuersas iurisdictiones, quarum vna est separabilis ab alia. Nunc enim potest Papa cōcedere alicui simplici sacerdoti potestatem dandi aliquas indulgentias, & non approbare, neq̄ exponere illum ad confessiones audiendas: ergo & e conuerso, si est Parochus, & aliis confessoribus subiciatur plebs, quoad sacramentale iudicium, nō sequitur subdi quoad indulgentiæ forum. Tertio erant valde distinguentes de indulgentiis in foro sacramentali, vel extra. Nam, si loquantur formaliter de indulgentia quæ per ipsum sacramentale iudicium, eiusque absolutionem datur, est implicatio in verbis: nam de ratione indulgentiæ est, vt sit remissio pœnæ extra sacramentum, id est, non per sacramentum, vt supra probatum est. Si vero loquantur tantum concomitantur, sine fundamento loquuntur. Tū quia illa concomitantia est imperinēs, & accidentaria: & ideo qui potest cōcedere indulgentiā simul cum sacramento, potest etiā cōcedere sine illo, sicut supra arguētibamur: tum etiam, quia ostendere debent vbi sit hæc potestas, vel iurisdictionis concessa confessoribus, non enim conceditur ex vi muneris confessoris, vt sic, cum indulgentia nullo modo spectet ad sacramentum confessionis, sed omnino per accidens cum illo cōiungatur: nullo autem alio iure diuino, vel humano potest ostendi cōcessa. Neq̄ fuisse expediens, quia nimium eneruaretur rigor Ecclesiasticæ disciplinæ quoad sacramentales pœnitentias. Neque est verisimile Ecclesiam limitasse potestatem Episcoporum, & non potius fuisse limitatā hanc potestatem confessorū, si eam illos habere existimaret. Nec Glossæ illæ, quæ in cōtractarium citantur. Nec Doctores Canonistæ, qui illas sequuntur, de propria indulgentia loquuntur, sed de illa remissione pœnæ, quæ à cōfessore fit per impositionem pœnitentiæ sacramentalis, grauioris, aut leuioris: vt patet ex Gloss. in c. Mensuram, de Pœn. d. 1. & Panormitano in ca. Sicut dignum, de Homicidio n. 2. Putant enim illi auctores posse confesorem ita arbitrari de pœnitentia imponenda, vt licet minorē imponat, quā reatus pœnitentia mereatur, nihilominus ex virtute clauium totum remittat, quam ipsi dispensationem vocant: quæ si vera est, longe diuersa est ab indulgentia, de qua modo agimus. Quid vero de illa sentiendum sit, diximus supra agentes de satisfactione.

SECTIO V.

Quid possint Prælati religionum circa indulgentias concedendas.

**E**X dictis in præcedenti sectione plane inferri videtur, Prælatos religionum, siue locales, siue Provinciales, siue generales, iure ordinario, seu ex vi sui muneris nullam habere potestatem ad concedendas indulgentias. Nihilominus in hoc singulari rem habuit opinionem Medin. in dict. libr. capite vigesimo nono, dicens, hos Prælatos iure diuino habere potestatem concedendi indulgentias, qui profecto, cum id de Episcopis asseruerit, non omnino extra consequentiam loquitur, maxime de Generalibus, & Provincialibus, quoniam hi videntur habere plenam iurisdictionem Episcopalem in suos subditos, & respectu illorum sunt principales pastores & Prælati sub Pontifice. Non audet tamen hic auctor dicere, hos Prælatos de facto habere hanc potestatem, putat quoniam ita esse à Christo datam, vt possit per Ecclesiam auferri, aut impediri, & de facto sublatam esse propter tuēdam Episcoporum dignitatem iuxta dictum c. Accedentibus. Sed profecto mirum est, quod hi Prælati de iure diuino talem potestatem habeant, & tamen quod de facto in Eccle-

A si nunquam illam habuerint, nec modo habeant, neque vt creditur, habituri sint. Nam, si ita semper futurum erat expediens, immerito sanę Christi talem potestatem contulisset: si vero expediebat de facto illos talem potestatem habere, immerito Pontifices eos illa priuarunt, imo & inualidē, cum non possint, saltem sine sufficiente causa, immutare ea quæ sunt diuini iuris. Omitto cætera, quæ contra hanc concessionē iuris diuini extra Sūmū Pontificē generatim dixi, ex quibus à fortiori concluditur nō habere locum illam concessionem in his Prælatiis. Quod vero nec iure humano facta sit probant iura sæpius citata. Atque ita in illatione facta omnes Doctores conueniunt, tam in iure diuino, quam in humano stando.

Occurrit tamen hic specialis difficultas circa hos Prælatos: nam habent potestatem concedendi aliis quibus remissionem pœnarum, applicando eis bona merita, & satisfactionem suarum congregationū & efficiendo illos participes eorum, eos ad quandā specialem vnionem cum suis religionibus admittēdo, vt constat ex vtu Ecclesiæ: hoc autem est quoddam indulgentiæ genus, ergo. De hac difficultate multa dicuntur à Theologis, quæ breuissime attingit Soto in hac materia, & latius Corduba q. 42. sed reuera spectant potius ad suffragia. Et ideo breuiter dicendum est, quidquid in hoc genere Prælati religionum aut possint, aut faciant, solum esse suffragiorum oblationes, seu donationes, non vero esse indulgentiarum concessionem: & ideo nihil ob stare assertioni propositiæ. Nam quod hæc duo diuersa sint, manifestum est: nam, qualibet priuata persona potest offerre suffragium pro alio ex suis operibus, indulgentiam autem concedere non potest, etiam per modum suffragij, vt ex supra dictis constat, & ex communi sensu Ecclesiæ: alias posset vnusquisque sua auctoritate indulgentiam aliquam pro defunctis concedere, quod absurdum, & erroneum est.

Vt autem propria differentia à priori intelligatur aduertendum est, inter suffragia quædam esse, quæ per modum impetrationis, aut meriti de congruo offeruntur, alia vero per modum satisfactionis, aut solutionis. In prioribus manifesta est differentia ab indulgentiis: nam per illa, vt si non sit compensatio pro reatu pœnæ temporalis, & ideo ex vi illorum tantum non fit immediata remissio talis pœnæ (vt est probabile) vel saltem non fit ex iustitia, neq̄ est infallibilis, quod tamen fit per indulgentiam. Posteriora suffragia habent in hoc maiorem conuenientiā cum indulgentia: nam per ea fit solutio & compensatio ad æqualitatem, ideoq̄ & immediate, & infallibiliter, & ex iustitia obtinent remissionem proportionatæ pœnæ. In hoc ergo conueniunt cum indulgentiis. Vt autem differentia declaratur, considerādu vterius est, aliud esse satisfacere, p peccatis iam commissis, aliud vero esse satisfactiones iam factas, & quæ tunc non habuerunt effectum, applicare ad remittenda peccata postea commissa. Illud prius est secundum ordinariam legem, & iuxta propriū debitum, quod ex peccato resultat: & ideo à qualibet priuata persona fieri potest propria auctoritate, vel pro se ipsa, & tunc retinet proprium nomen satisfactionis, vel pro alio uiuente, aut defuncto propter vnionem charitatis, & vocatur suffragium satisfactorium. Secundum autem est exorbitans ab ordinaria lege, & debito peccatorum, includitque dispensationem quandam in diuino iure, vt supra declaratum est: & ideo nulla humana potestas ad hoc erat per se sufficiens, sed necessaria fuit potestas à Christo concessa Vicario suo immediate, & per illum aliis.

Et hinc etiam est vt nullus homo purus quantumuis iustus, & superabundans operans satisfactiones, possit thesaurum priuatum ex eis congregare:

Gloss. & Doctores præcedentis sectionis exponunt.

Suffragium duplex.

Quilibet potest satisfacere pro peccatis eius iam commissis.

Non autem pro commissis satisfactiones applicare.



quia esset profusus inutilis, cum non possit ab eo auctoritate sua dispensari, aut applicari. Potest enim vnusquisque, quando satisfactorium opus facit, satisfactionem illam, cui voluerit applicare, tamen si applicatio neque in ipso, neque in alio habuit effectum, postea non potest amplius satisfactionem illam applicare, alioqui etiam pro peccatis commissis id facere posset, vel etiam posset efficere vt applicatio, quæ fortasse propter obicem alterius effectum non habuit, recedente fictione illam habere incipiat: vtrumque autem est vltra hominis facultatem absq[ue] speciali Christi concessione. Et simili ratione necessarium est, eum, qui satisfactorium opus facit, tunc satisfactionem suam, sibi aut alteri intentione formali, vel virtuali applicare, quod si id non faciat, postea id non erit in eius voluntate, aut potestate, alioqui posset illud applicare, vel pro peccatis postea commissis, vel pro hominibus qui tunc erant in peccato, postea vero iustificati sunt. Quia igitur hoc non est in potestate priuatae personæ, ideo nec thesaurum priuatum thesaurizare potest, quem possit ipse postea dispensare. Eo vel maxime, quod opus factum sine intentione formali, vel virtuali satisfaciendi pro aliquo, vel aliquibus, vel aliqua communitate in particulari, profecto dici non potest proprie & in rigore satisfactorium: quia, cum satisfactio sit opus iustitiæ, necesse est vt voluntarie & in particulari fiat ad soluendum debitum: quia iustitia, præsertim satisfactoria apud Deum, debet esse voluntaria, & exerceri in particulari, quia morales actiones circa particulares sunt. Necesse est ergo veram satisfactionem hoc modo fieri, & tunc si efficaciter & cum effectu sit, nihil relinquatur in thesauro reponendi: si autem talis intentio non habet effectum iam non manet applicatio eius sub potestate operantis propter rationes factas, & quia iam non est Dominus illius operis, sed tantum quando illud operatur, ideoque non reconditur in priuato thesauro: ponitur autem in communi thesauro Ecclesiæ ex virtuali intentione, quam vnusquisque iustus habet, vt omnes satisfactiones suæ superabundantes, seu quæ effectum non habuerunt, profint, aliis eo modo quo legitime fieri possint, iuxta modum à Christo præscriptum.

Nulla priuata congregatio fidelium possit priuatum congregare thesaurum.

Atque eisdem rationibus vterius concludi potest, nullam priuatam congregationem fidelium ex his, quæ sunt in Ecclesiâ, posse congregare priuatum thesaurum ex superabundantibus satisfactionibus suorum membrorum: priuatum, inquam, id est, qui sit quasi sub priuato dominio talis congregationis, cuiusque dispensatio ad illam, seu prælatum eius speciali potestate pertineat. Patet ex eodem principio, quod nullus est effectus, ad quem possint tales satisfactiones applicari per modum solutionis, per potestatem humanam, ortam (vt sic dicam) ex dominio in talia opera, sed necessaria est specialis potestas concessa à Christo, quæ non est data his priuatis congregationibus, nec Prælati earum, vt ostensum est. Accedit etiam, quod si vnaquæque congregatio particulari, priuatum thesaurum sibi congereret, nihil remaneret, quod in thesauro communi Ecclesiæ reponeretur: quia tota Ecclesiâ vniuersalis constat ex congregationibus & Ecclesiis particularibus: si ergo vnaqueque pars sibi reseruaret suum thesaurum, quid pro vniuersali thesauro superfit? Respondere quis potest, vtrumque respectum posse in priuato thesauro considerari: scilicet, & totius respectu priuatae congregationis, & partis, respectu vniuersalis thesauri. Sed contra hoc, præter rationes adductas facit: quod nihil est æque primò sub dominio vel administratione particulari & vniuersali, sed quando hæc duo simul concurrunt ordinarius vsus rei pertinet ad proprium dominium, ad remotum vero seu communem solum in quibusdam casibus particularibus: atque ita fieret iuxta illam sententiã,

A dispensationem particularium thesaurorum ordinariè pertinere ad priuatas congregationes vel Prælatos earum, ad vniuersalem vero pastorem solum extraordinariè & pro causis vniuersalibus. Vnde, cõ ablati partibus nihil maneat in toto, non habere Pontifex, vt vniuersalis pastor est; thesaurum aliquem constarem ex satisfactionibus Sanctorum, quem possit ordinariè dispensare. Dico autem, vt vniuersalis pastor est, quia vt est Episcopus Romanus, habet solum Ecclesiæ suæ thesaurum. Consequens autem est omnino falsum, & contra doctrinam Clem. VI. & Leonis X. & aliorum Pontificum, vt supra vidimus.

B Ex his ergo satis constat, quando aliqua religio, vel Prælati eius aliquos admittit ad consortium, seu participationem operum talis religionis, non admittit illos ad participationem alicuius thesauri cum illo communicandi, neque applicare illis aliquas satisfactiones ad remissionem peccatorum, quæ commiserant, & consequenter in ea communitate nec ratione, nec concessione indulgentiæ operum suorum interuenire. Admittunt ergo illos ad applicationem suorum meritorum, & operum præcipue per modum impetrationis. Nam: quia propter pia operata eius religionis Deus specialiter bene facit membris eius, ideo omnibus etiam cum tali religione specialiter coniunctis specialia beneficia confert propter eadem opera. Possunt etiam aliquos admittit ad participationem suffragij satisfactorij, si velint satisfactiones suas eis applicare quædò eas faciunt. In hoc tamen aduertere oportet, huiusmodi applicatione semper requirere particularem voluntatem & intentionem singularium personarum operantium: itaque non satis est quod Prælati vnus domus, v. g. sua intentione & voluntate applicet pro beneficiis, aut pro tali benefactore tantam satisfactionem, vel tale opus satisfactorium, quod ab aliquo sibi subdito efficitur, sed necesse est vt etiã ipse subditus sua voluntate illud offerat, vel expresse & directe, vel intentionem suam ad superioris intentionem referendo. Ratio est: quia voluntas superioris non sufficit ad dirigendum moraliter alienum opus: quia non est directe & immediate sub dominio illius: licet habeat aliquod ius ad illud, vt illam dicam, proximus autem operans habet proprium dominium illius operis quoad vsum eius, & ideo ab illo pendet relatio eius in hunc vel illum finem. Et eadẽ ratione ab eius intentione pendet, quod opus sit satisfactorium pro hoc vel illo.

C Dico, Superior potest præcipere inferiori (inter religiosos loquimur) non solum vt faciat tale opus, sed etiam vt satisfactionem eius offerat pro tali persona: quia est Dominus voluntatis, & omnium actionum sui subditi, & fructuum earum: ergo etiam potest sua sola intentione efficaciter applicare alteri talem satisfactionem, irritando omnem voluntatem subditi, si forte repugnauerit. Respondetur, non deesse auctores, qui hoc argumento conuicti ita contestant: nam Soto dist. 21. quæst. 1. articulo quarto circa fin. Cordub. dict. quæst. punct. 3. dub. 3. ita sentire videntur. Alij vero extremè sentientes, negant antecedens: quia satisfactio propriorum operum, est bonum pertinens suo modo ad internam animæ salutem, & moraliter loquendo, necessarium ad tollendum impedimentum consequentis beatitudinis: quod sentire videtur Scor. quod lib. vigesimo. Et confirmari hoc potest: quia satisfactio hæc, & applicatio eius est res valde spiritualis, & interna, quæ non cadit sub præceptum humanum. Et vrgent amplius: quia non potest superior præcipere inferiori, vt efficiat opus cum omnibus conditionibus requisitis ad fructum satisfactionis: quia modus operandi in gratia, & cum omnibus bonis circumstantiis, non cadit sub præceptum, cum tam necessarius sit ad fructum satisfactionis: ergo multo minus potest

Quid sit ad...  
Ad applic...  
Prælati...  
Obiect...  
Superior...  
Dico...  
Soto...  
Sentire...  
Respon...

test præcipere applicationem satisfactionis pro aliquo.

**8.** Nihilominus probabilius censeo, posse Prælatum præcipere subdito, vt faciat opus ad satisfaciendum pro alio, quia hoc est opus charitatis: ergo, sicut potest superior præcipere inferiori, vt faciat eleemosynam, ita etiam, vt faciat hoc suffragium, est enim quedam spiritualis eleemosyna. Respondet Sotus: Superiorem solum posse præcipere eleemosynam, de superfluis, atque ita rationem ad summum procedere de satisfactionibus non necessariis ipsi operanti: quia vero in hac vita nec superior, nec subditus scire possunt, imo nec moraliter præsumere talem satisfactionem non esse necessariam ipsi operanti, ideo nunquam habet locum tale præceptum. Sed contra hoc retorquet eandem responsum: quia potius moraliter constat hic, & nunc talem satisfactionem non esse necessariam ipsi operanti, vt ex eius alienatione damnum alicuius momenti patiatur, in quo sensu, potest dici superflua: ergo id satis est, vt præcipi possit applicatio eius. Cur enim non poterit præcipere superior id, quod subditus facere potest sine graui nocimento suo in utilitatem alterius, si grauis ratio seu causa occurrat? Antecedens probatur: quia in primis hinc augetur essentialiter meritum, & præmium talis operis, cum propter obedientiam, tum propter charitatem, quæ magis reuertit sustinendo aliquam temporalem penam propter bonum alterius: id autem maioris comodi est ipsi subdito, quam sit detrimentum in carentia remissionis pœnæ temporalis. Deinde, quia nõ statim imminet periculum sustinendi hæc de causa aliquas pœnas Purgatorij: quia in potestate ipsius est, & alia satisfactoria opera pro se facere, & minuire peccata, quibus illas pœnas mereatur. Atque hæc ratio nõ nõ solum in Prælati religionum, sed etiam in Pontifice, vel Episcopo respectu suorum subditorum, habere potest locum, si causa publica, vel proportionata subsit, vt si præcipiant ieiunium, verbi gratia, offerre pro defunctis in bello pertinente ad causam religionis, vel aliquid huiusmodi. In religiosis autem intercedit specialis ratio, propter quam & frequentius, & ex minori causa hoc fit, nimirum quod Prælati religionis propter votum obedientiæ habet speciale ius, & dominium in voluntatem subditi, & ideo facilius potest de operibus eius disponere. Inuat etiam, quod religiosi ratione status debent pauciora habere debita, & pluribus satisfactionibus abundare, & ideo facilius etiam possunt aliis subuenire. Quia vero hoc dominium talium Prælatorum non est absolutum, sed quasi paternum, & principaliter in bonum subditorum, ideo non debent hac potestate vri, nimium grauando subditos, sed moderate, & ex iustis causis.

**9.** Neque vero obstat, quod hæc satisfactio, vel applicatio eius, quid spirituale sit: nam in primis possunt hæc præcipi, vt circumstantiæ operis externi: & deinde religiosi specialiter ex regula vel voto possunt suo modo obligari ad interiores actus, vel ad mentalem orationem, vel quid simile. An vero ex vi talis præcepti teneatur subditus tale opus facere cum omnibus requisitis ad satisfactionem, quod in vltima confirmatione tangebatur, magis dubia res est. Dico tamen, si grauitas causæ postulet, posse Prælatum præcipere subditis, vt quantum in ipsis est, se disponant ad illud opus ita faciendum, vt si gratum & acceptum Deo ad talem effectum: quia nec repugnat ex se talem modum operandi cadere sub præcepto, neque est onus valde difficile: & quamuis tale esset, propter grauisimam causam præcipi posset. Vltimus vero censeo, ordinariè præceptum hoc non ita intelligi, sed solum iniungi subdito, vt tale opus ex se satisfactorium faciat pro tali persona, reliquum autem supponi ex illa obligatione

qualiseunque illa sit, qua vnusquisque præsertim religiosus, tenetur & recte operari, & esse in statu gratiæ.

Hinc verò (vt ad obiectionem factam redeamus) non sequitur posse Prælatum immediate applicare opus subditi sine eius intentione, & quali cooperatione: quia illud dominium, quod dicitur habere Prælati, solum est in ordine ad debitum vsum, non tamen simpliciter in ordine ad vsum: nam, licet præcipiente Prælati, debeam id facere, tamen meum semper est facere, vel non facere, & hoc modo vsum absolute manet sub dominio subditi: nam si nolit opus facere, infectum manet, quidquid alius præcipiat. Similiter ergo, quamuis præcipiat satisfacere pro aliquo, si subditus non vult pro illo satisfacere quamuis male faciat, tamen reuera non satisfacit pro illo, etiam si opus ex se satisfactorium faciat, quia valor moralis talis operis ad satisfaciendum pro hoc vel illo, pendet intrinsece ex intentione ipsius operantis, quam non potest superior supplere: imo hoc ipso quod tale opus, quoad talem circumstantiam sit contra superioris voluntatem, videtur amittere bonitatem moralem, & consequenter etiam satisfactorium valorem, ita vt nec illi proficit, cui vult Prælati, neque ipsi operanti, aut alteri, cui ipse donat. Loquimur enim de satisfactione ex opere operantis, illa enim quæ est ex opere operato, alia ratione requirit propriam intentionem ipsius offerentis seu ministri, de qua re in superiori Tomo dictum est. Loquimur item de præcepto superioris, quod vere ad culpam obliget, alioqui opus aliter factum non ideo erit peccaminosum: & præterea minus efficax erit voluntas superioris ad applicandum opus subditi sine concursu voluntatis eius. Quapropter nec recte, nec valide faciunt Prælati religiosorum, si in suis subditis eorum opera aliis applicant, quoad satisfactiones: quia moraliter loquendo, subditi, qui ignorant Prælati intentionem, aliam diuersam habebunt, & illa erit quoad factum efficax: vt dixi, nec tenentur subditi quoties aliis applicant opera sua, subintellectam conditionem habere, nisi superior alteri applicaueris, quia hoc modo nullum suffragium certum facere possent, quod esset onus intolerabile: satis ergo est, vt teneantur intentioni superioris conformari quando iubentur. Quin potius existimo, quod licet subditus nulli applicaret suum opus ex inadvertentia, vel culpabili negligentia, sola intentio superioris non sufficeret ad applicandum illud: quia non habet potestatem immediatam in illud opus, sed solum in voluntatem à qua prodit, obligando illam. Vnde quantumuis conetur, nunquam refert opus illud, vt opus humanum est, ad talem finem seu effectum. Nec fortasse Soto, vel Corduba aliud senserunt, sed præceptum, aut voluntatem Prælati, qua vult subditum satisfacere pro alio, vocarunt applicationem.

Sed dicit aliquis. Quis ergo fructus provenit fidelibus (quos religiosi Fratres vocare solent) ex eo quod à Prælati religionum admittuntur ad obsequium & participationem bonorum operum religionis. Nam, si necessaria semper est particularis intentio & applicatio singulorum religiosorum, illa sola sufficeret sine tali admissione, vel vnione: & hæc sine dicta intentione non sufficit, nullum ergo fructum affert. Hoc autem erroneum esset asserere: nam insidit in hæresim VVicleph, dicentis has applicationes specialium orationum nihil prodesse, vt latius tractat VValdenf. tom. 2. de Sacram. tit. 10. cap. 93. & seq. & damnatur in Conc. Constant. sess. 8. Respondetur ex dictis supra in materia de Suffragiis, tribus modis posse suffragium prodesse alteri, per modum satisfactionis, & per modum directæ impetrationis, & indirecte per modum cuiusdam meriti de congruo. Dico ergo illam admissionem, seu vnionem in primis prodesse ad hunc postremum modum fructus, prodest ad

10. Vera obiectio solutio.

Opus à subdito non applicatum, non potest illi in seculo à superioribus applicari.

11. Quis fructus proveniat fidelibus, eo quod ad participationem operum religionis admittuntur.

Hæc ratio prodest ad qui

*in directam impetrationem.*

qui non pendet ex particulari intentione singulorum operantium, sed hoc ipso quod aliquis est peculiari modo membrum vel focus huius religionis, merita eiusdem religionis valent apud Deum, ut ratione illorum peculiari auxilio aliqua bona conferat personis ei coniunctis, etiam ad hunc finem talia merita non referantur. Et praesertim habebunt hanc efficaciam, si talis persona aliquid a Deo petat propter merita talis religionis. Quamvis enim unusquisque iustus semper possit a Deo petere propter aliorum iustorum merita, & inde accipiat oratio aliquam impetrandi vim, maiorem tamen accipiet, quod talis persona magis coniuncta fuerit eis, propter quorum merita petit: nam ratio amicitiae postulat, ut propter amicos alius eis coniunctis beneficiamus, etiam ipsis amicis nihil directe potentibus. Atque ita fere explicarunt fructum huius unionis, siue admissionis Adrian. quodlib. 8. & Corduba quaestione quadragesima secunda.

*Andr. Cordub.*

*Prodest etiam haec ratio ad directam impetrationem.*

Addendum vero est, etiam prodesse ad illum fructum, qui directe per propriam impetrationem obtineri potest. Nam, licet ad hunc fructum necessaria sit propria intentio personae orantis, tamen ceteris paribus efficacior est infusa oratio facta pro persona sibi coniuncta, quam pro extranea: nam sicut merita ipsa iustorum per se & absque alia intentione valent de congruo personis ipsis coniunctis, non vero extraneis, ita ob eandem proportionem eadem merita, adiecta speciali intentione & oratione, maiorem efficaciam habent respectu personae coniunctae, quam extraneae. Et simili modo oratio ipsa, ceteris paribus efficacior est ad impetrandum pro persona coniuncta, quam pro extranea: ad hunc ergo effectum conferet illa unio. Et praeterea prodest, ut participes fiant personae sic coniunctae orationum omnium, quae generaliter fieri solent pro ipsa religione, & membris eius, nam illas participant, non solum priori modo, seu indirecte, sed etiam quoad directam impetrationem. Et verisimile est, quando haec orationes sunt a tota communitate, & quasi nomine totius religionis, non pendere effectum earum, etiam quoad directam impetrationem ex intentione particulari singulorum membrorum, sed intentionem Prælatorum sufficere, quamquam si accedant etiam intentiones singulorum, multum conferent ceteris paribus, ad efficaciam impetrationem: sed de his latius in propria materia de Oratione. De suffragio autem satisfactorio concedimus unionem illam, vel præceptum superioris non sufficere sine intentione illius, cuius satisfactio applicatur. Quia vero haec applicatio saepe fit generaliter pro fratribus, & sociis religionis, ideo ad habendam partem in huiusmodi applicationibus conferre etiam illa coniunctio.

*Iuuat ad satisfactorium suffragium.*

*Prodest ad lucrandas indulgentias religionibus concessas.*

Adde ultimo, etiam interdum deseruire ad participandas, & lucrandas indulgentias a Sede Apostolica religionibus concessas, sed ad hoc necessaria est specialis facultas eiusdem Apostolicæ sedis extendentis tales indulgentias ad huiusmodi personas, qualis concessa est Mendicantibus: ut ex compedio priuilegiorum constat, tunc autem non Prælati religionis, sed ipsemet Summus Pontifex indulgentias concedit: atque ita indulgentiarum lucrum nunquam ab his Prælati religionum manat.

SECTIO VI.

*In quibus sit, vel esse possit potestas delegata ad indulgentias concedendas.*

*Artisius 4. quæst. 12. art. 2. part. 2. illius cap. 2. in fine: sentit hanc potestatem nunquam delegari. Nam, licet non neget posse ab aliquibus exerceri*

ex speciali licentia Pontificis, negat tamen illam esse delegationem, sed solum prohibitionis ablationem. Putat enim in primis, hanc potestatem solum posse exerceri per sacerdotes: addit subinde, omnes sacerdotes habere illam iure diuino in suos subditos: tertio existimat, iure humano esse prohibitos vel impeditos ab usu illius potestatis. Ex quibus principiis concludit, quando eis sit facultas, non delegari potestatem, sed solum auferri prohibitionem. Nuncitur tamen falsis principis, ut ex dictis constat. Et praeterea non recte infert vniuersaliter: quia dari potest hæc licentia sacerdoti etiam circa non subditos in foro poenitentiae: & tunc non est ablatio prohibitionis, sed collatio potestatis.

Dicendum ergo in primis est, hanc potestatem delegabilem esse. Conclusio est communis omnium Theologorum, quos sepe retuli, & clara: quia hæc potestas iurisdictionis est, ergo est delegabilis. Item potestas Ecclesiastica in foro mere interno, seu sacramentali, & in foro externo, seu contentioso delegabilis est, ergo & in hoc foro, nihil enim speciale adferri potest, quod impediat. Solum est necessarium facile exponere quis possit hanc potestatem delegare. Quod facile definitur ex dictis. Nam in primis Summus Pontifex maxime potest hanc delegationem facere, ut per se constat, & usu quoridie fit: sepe enim iudices delegati a Papa, & Generales religionum, vel viri insignes hac potestate vniuersa Pontifici sibi concessa, quæ est mere delegata: nec enim ex officio eis competit, aut eam possunt aliis subdelegare. Neque etiam dici potest, illos non esse delegatos, sed meros denunciatores indulgentiarum concessarum a Papa, quia reuera non ita est. Papa enim nullam indulgentiam concessit, sed potestatem tantum, alioqui idem dici posset de Legatis, & de Summo Poenitentario, quod est contra omnia. Deinde etiam Episcopus potest respectu suorum subditorum hanc potestatem delegare. Probat, quia illa potestas est ordinaria, ut ostensum est, ergo potest delegari. Idem etiam confirmat usus, & communis sententia. An vero Archiepiscopus, vel alius possit hanc delegationem facere, paulo inferius dicam.

De illo autem, cui potest fieri hæc delegatio, aliqui dixerunt necessario debere esse sacerdotem, etiam ex diuino iure. Sed falsum hoc est: quia, ut supra ostendimus, ordo sacerdotis non est per se necessarius ad hunc effectum, quod si ille necessarius non est, neque alij ordines sunt necessarii: quia nullus eorum est per se principium alicuius absolutionis. Quocirca Summus Pontifex de sacro committit hæc potestatem non sacerdotibus, ut Diaconis, Cardinalibus, & interdum etiam Cardinalibus nullum sacrum ordinem habentibus. An vero possit illa concedere omnino laicis, generalis quaestio est de qua, cumque iurisdictione Ecclesiastica, de qua supra dicam in materia de Censuris. Nunc breuiter dico, de absoluta potestate posse, iure tamen ordinario non posse, neque per generalem concessionem id facere, nisi aliquando fortasse expresse declararet in hoc dispensare.

Vnde falsum censo quod dixit Felinus in tract. de Indulgentiis, nu. 9. citans Antoninum in tit. 10. capite tertio, §. quinto, per clausulam generalem, qua alicui conceditur, ut in articulo mortis obtinere possit indulgentiam plenariam a confessore, potest illam obtinere a quolibet laico, si neque confessor neque sacerdos, vel clericus alius haberi possit: nam priuilegium hoc concedens confessor intelligi debet, si haberi possit. Hoc, inquam, falsum existimo non solum de laico, sed etiam de quocunque non sacerdote. De laico quidem: quia illud est contra commune ius: & quia generalis concessio facta sine derogatione particulari, non intelligitur fieri contra ius commune, si aliter habere potest sententiam

*Conclusio affirmans.*

*Quis possit hanc potestatem delegare.*

*An vero Archiepiscopus possit hanc potestatem delegare.*

*Relatus in prebatur.*

entem effectum. De aliis vero clericis sacerdoti inferioribus patet: quia illi non possunt comprehendere nomine confessoris cui soli talis potestas conceditur ex vi illorum verborum. Dicere autem subintelligi conditionem, si possit inveniri confessor, est adde- dere aliquid privilegio, quod in ipso non habetur, nec formaliter, nec virtute. Quin potius probabile etiam est sacerdotem non posse in illo articulo ex vi illorum verborum talem indulgentiam concedere, nisi exercendo munus confessoris. vnde, si audire confessionem non potest, neque concedere indulgentiam poterit, quia confessori conceditur potestas, quae formaliter intelligendum videtur, non enim sine causa dictum est confessori, non vero sacerdoti. Nihilominus quod hoc propositum est probabile, quia intelligi potest de confessore non actu, sed munere, & quia in illo articulo quilibet sacerdos, quantum in ipso est, potest esse confessor, ideo, si ex accidenti propter impotentiam poenitentis non potest confessionem audire, poterit in illo casu indulgentiam concedere, & pium est in probabili dubio ita facere, ut valeat quantum valere possit.

Atque ex his sequitur, Episcopum non posse hanc potestatem delegare laico, non quia iure divino sit incapax, sed quia iure humano laicus omnino remotus est ab Ecclesiasticis numeribus, ut latius dicemus in sequenti opere de censuris. Certum est autem unum Episcopum posse hanc facultatem delegare alteri respectu suorum subditorum, quia nullus potest esse magis capax huius delegationis, quam alter Episcopus, dummodo alioqui non sit per censuras impediens. Dubitari vero solet, an possit Episcopus delegare hanc potestatem sacerdoti simplici, aut inferioribus clericis. Quod attigit Antonius Roselli tract. de Indulgentiis, n. 391. & distinguit duplices indulgentias quasdam publicas, alias privatas in foro poenitentiali, & has posteriores ait delegari posse sacerdoti simplici, non vero priores, quia sunt iurisdictiones annexae dignitati Episcopali. Sed oppositum censeo verum quod tenuerunt Ioannes, & Gaspar Calderinus quos ipse citat. Et ratio est, quia licet dignitas Episcopalis habeat coniunctam hanc iurisdictionem, & illa, ut ordinaria, sit propria talis dignitatis, tamen quod illa, ut delegata, requirit dignitatem Episcopalem nullo iure constat, ideoque gratis asseritur. Item simplex sacerdos non est incapax huius delegationis, & Episcopus, nec divino, nec humano iure prohibitus est illam facere: ergo potest. Denique distinctio illa impertinens est: quia, ut saepe dixi, nulla est indulgentia fori poenitentialis nisi concomitanter, & ex accidentaria circumstantia, quae non variat rationem, aut potestatem concedendi indulgentiam. Vnde censeo posse Episcopum potestatem hanc delegare vicario suo, etiam si sacerdos non sit, dummodo sit clericus, quia ille est capax, & aliunde nulla invenitur iuris prohibitio.

Ex his etiam facile responderi poterit quarenti, quisnam habeat de facto hanc potestatem delegatam. Dicendum est enim, quaeestionem esse de facto, ad quam Doctor non responderet, quia pendet ex voluntate Papae, aut Episcoporum, quae consulenda est, aut rescripta, vel privilegia, per quae manifestatur. Nihilominus tamen quaeri potest, an iure, vel usu aliqui habeant hanc potestatem. Aliqui putant Archiepiscopum habere à iure: quia non habet inmediate à Christo, sed à Papa: omnis enim iurisdic- tio Archiepiscopi, ut sic, est ex institutione Ecclesiae, non Christi: & idem à foriori dicent de legato Papae: & de Summo Poenitentiario, quos consequenter dicere debent habere hanc potestatem delegatam ex usu, quantum non ex iure. Sed illa ratio nullius momenti est, quia potest esse iurisdic- tio à Papa, & non esse delegata, sed ordinaria, ut ex supra dictis con-

stat, & in ipso Archiepiscopo est manifestum, alias nullam iurisdictionem ordinariam exerceat in sua Prouincia, sed tantum in sua dioecesi, quod est euidenter falsum, & contra tex. in capit. Pastor dicit, de officio ordin. & in capit. primo cum aliis eodem tit. in 6. Vnde probabilius censeo in illo hac iurisdictionem non esse delegatam sed ordinariam utpote conuenientem ratione sui muneris & dignitatis. Vnde consequenter etiam censeo posse illam delegare, sicut & alios actus iurisdictionis Archiepiscopalis, ut sic, ut ex eisdem iuribus constat. De poenitentiario vero aut Legato iam dixi supra rem esse incertam, & ideo consulendum esse vsum.

Vltimo inquiri hæc potest, quis possit dare alicui licentiam ad lucrandas indulgentias concessas ab Episcopo non suo. Quod tractat Corduba quaestione de simonia, dub. primo. & refert opinionem Paludani, & quorundam Canonistarum, asserentium, Parochum posse dare hanc licentiam, quam sequitur etiam Nauarrus notab. 31. numer. decimo tertio. Ipse vero tenet oppositum, quod mihi omnino verum videtur. Omissis autem eius rationibus, illa mihi videtur propria quod hæc licentia est virtualis quaedam delegatio, ut supra etiam probaui, & ideo solus ille potest hanc licentiam dare, qui potest hanc iurisdictionem delegare. Potestque à simili confirmari de licentia eligendi confessorem: nam solus ille potest eam dare, qui iurisdictionem delegare potest. Et hæc fuit etiam sententia Glossæ in dict. cap. Quod autem, estque etiam apud Theologos communior.

7  
Quis possit dare sibi licentiam ad lucrandas indulgentias Episcopi non sui.

DISPUTATIO LVI.

De forma in concedendis indulgentiis seruanda.



Hæc est vitima indulgentiarum causa, de qua in primis considerandum est, quæ & qualis necessaria sit, vel sufficiat. Deinde vero, quia talis forma verbis, vel æquivalentibus signis exprimitur, non ad significandum tantum, sed etiam ad agendum, ideo duo alia circa formam hanc contemplanda erunt, scilicet, quomodo significatio eius interpretanda sit, & quanta sit eius efficacia.

SECTIO I.

Virum ad indulgentiam concedendam, seu efficiendam necessaria sit aliqua forma, eaque determinata.

Ratio dubitandi esse potest: quia auctores communiter solum numerant tria ad indulgentiam necessariam, potestatem in concedente, dispositionem in recipiente, & pietatem in causa finali; Nam, licet Altfiodorus, Hostiens. & alij alias conditiones requirant, illæ reuera necessariae non sunt, & prout ab ipsis ponuntur, etiam ad dispositionem recipientis pertinent, non vero ad formam. Signum ergo est nullam formam esse in hoc negotio necessariam: quia nullam de illa mentionem faciunt. Vnde sit, multo minus esse necessariam certam formam, præsertim, quia indulgentia non est sacramentum, ut determinatam formam requirat, id enim sacramentorum est proprium. Quod patet à simili: nam absolutio à censura, vel excommunicatione non requirit certam formam verborum: quia sacramentalis non est: ergo eadem ratione, neque ad indulgentiam requiretur. In contrarium vero est: quia indulgentia est absolutio quædam, quæ fit inter homines: huiusmodi autem absolutio fieri non

Rationes dub.

Cui p. p. Episcopus hanc potestatem delegare.

Anton. Rosell.

Calder.

Quis de facto habeat hanc potestatem delegatam.

non potest sing. aliqua sensibili significatione: ergo nec potest fieri sine aliqua forma. Pater consequentia, quia per formam solum intelligitur signum illud, quo vitur indulgentia auctor ad concedendam illam, seu ad effectum eius prestandum. Vnde videtur ulterius fieri, talem formam debere esse determinatam: quia effectus indulgentia esse debet definitus ac certus: ergo, & signum eius debet esse determinatum, quia debet esse illi proportionatum.

Forma in indulgentia duplex.

Discrimen inter indulgentiam et censuram ferendam.

Discrimen inter indulgentiam latam et ferendam.

Felin. Argon. Cordab.

Aduertendum est, duplicem posse à nobis distingui formam concedendi indulgentias, vnam continentem indulgentiam ferendam, aliam latam, ad eum modum, quo in excommunicatione distingui solent. Quod enim hi duo modi etiam in indulgentia inueniantur, manifestum est: nam aliquando concedit Papa, verbi gratia, alicui, vt, cum venerit ad articulum mortis, possit à confessore absolui, non solum à culpa, sed etiam ab omni pena: & tunc ex vi illius concessionis ipse immediate non absoluit, sed concedit alteri, vt absolueret possit, vt ex ipsa forma concessionis manifestum est: ergo recte dicitur talis indulgentia ferenda. Potest autem obiter notari differentia inter indulgentiam, & excommunicationem ferendam, quod per talem excommunicationem per se, & ex vi illius non delegatur potestas ad excommunicationem ferendam, sed solum transgressor præcepti fit reus excommunicationis, quam ille debet imponere, qui alias habet ius excommunicandi, seu exequendi talē legem. Quod si aliquando contingat per huiusmodi legem designari personam, quæ talem possit excommunicationem ferre, illud est accidentarium, & solum per quandam concomitantiam: nam excommunicatio ferenda ex vi sua hoc non requirit, sed id tantum quod diximus. At vero indulgentia ferenda intrinsece habet delegare potestatem ad concedendam indulgentiam: nam hæc potestas regulariter non est ordinaria in cæteris, vnde non inuenitur in his, per quos prestanda conceditur, nisi per ipsammet concessionem detur, vt patet in exemplo proxime posito: nā confessor ordinarius ex se, non habet potestatem concedendi plenam indulgentiam: ergo necesse est, vt accipiat illam per tale privilegium, siue illud directe detur ipsi confessori ad talem remissionem faciendam, siue proxime detur poenitenti, eumq; cõlituat, quasi proxime capacem & idoneum talis absolutionis: nam cum dicat relationem quandam ad concedentem, vt efficax sit privilegium, necesse est, vt potestatem alteri concedat.

Aliquando vero concedit Pontifex indulgentiã plenariam alicui, eo ipso, quod in gratia, & omnibus culpis remissis moriatur: & hæc est indulgentia ipso iure, seu facta lata: quia eo ipso quod homo in eo statu moriatur, ex vi illius absoluitur à tota pena. In quo principaliter differt hæc concessio à præcedente: nam in illa, præter primariam concessionem Pontificis, necessarius est actus alterius hominis, vt effectus fiat: in hac vero nullã alterius actionem interuenire oportet, sed posita conditione, ipse Pontifex immediate absoluit. Cuius ratio est: quia verba talis concessionis non postulant alterius actum: nec potestas Pontificis, quantum est ex se, illum requirit: nã per seipsum potest quem voluerit absolueret, quantumuis distantem loco, imo etiam tempore, vt ex dicendis Disp. seq. constabit, ac denique verba concessionis significant Pontificem vii hac potestate: ergo efficiunt, nihil enim deest ad eorum efficacitatem. Vnde potest etiam aliud discrimen considerari; nam in exemplo adducto, si alicui conceditur, vt possit absolui in articulo mortis, necesse est intelligi de articulo, in quo moraliter imminet mors, quantumuis reuera non sequatur, vt recte notauit Felinus tract. de indulgent. numer. 16. ex Antonino 1. part. tit. 10. cap. 3. nam absolutio in tali articulo da

ta valida est, etiam si non sequatur mors. Et ideo dicitur talis indulgentia dari pro articulo mortis præsumpto. Significat autem Corduba quæst. 39. punct. 2. in principio, hunc articulum non existere, donec probabiliter appareat infirmi velle expirare quando iam ei non superest facultas peccandi. Sed hoc non videtur ab ipso affirmari, vt necessarium, sed per modum consilij, quando indulgentia semel tantum obtineri potest. Vnde rationem subdit, quia si postea peccet, non poterit veniam pena illius peccati obtinere. Neutro autem modo mihi hoc placet. Itaque censeo eundem articulum, qui sufficit ad obtinendam absolutionem à quocunque sacerdote, vel à casibus referuatis, sufficere etiam ad talem indulgentiam: nam hæc est iuridica, & vitata significatio illius vocis. Deinde censeo consultius esse non expectare mortem iam instantem, siue illa indulgentia possit iterum obtineri, vt si indultum illum sæpius permittat, siue non, quia semel tantum: nam etiam in hoc casu potius est vitandum periculum moriendi sine tali indulgentia, quam timendum illud incommodum moriendi cum aliquo leui reatu postea contracto. At vero indulgentia posteriori modo concessa non datur, nisi pro vero articulo, seu puncto mortis, neque obtinetur, donec homo reuera moriatur, ideoque nunquam in ea ponitur, semel, vel sæpius, quia clarum est semel tantum posse comparari: quia conditio, sub qua conceditur, non impletur nisi interueniente morte. An vero effectus detur in primo instanti, in quo iam anima est separata à corpore, vel dum adhuc est in corpore, nunc parum refert, & in superioribus sufficienter tractatum est. Nec vero negamus posse Pontificem, & priorem potestatem sub ea conditione concedere, vt nõ habeat effectum donec mors reuera sequatur, & posteriori indulgentiam latam dare etiam pro articulo mortis præsumpto, quia neutrum repugnat: sed dicimus ex vi ordinariæ concessionis non ita fieri, sed in priori sensu, quia illum præ se ferunt verba, & est magis consentaneus vtrique concessioni.

Ex his ergo satis constat vtrumque indulgentie genus requirere aliquam formam verborum, vel æquiualentium signorum, quæ iuxta illos diuersos modos concedendi indulgentias diuersa etiam sit: vnde etiam sequitur vtranque debere esse aliquo modo determinatam. Probat, quia hæc duæ indulgentiæ distinctum effectum proximum habent, nã vna immediate dat potestatem, actum vero seu remissionem penæ mediate & remote, vt de indulgentia concedenda declarauimus: alia vero immediate dat ipsam remissionem. Hac autem diuersitas non solum prouenit ex sola potestate largientis, quia indifferens est ad vtrumque nec ex sola voluntate, quia interior voluntas inter homines nihil operatur, nisi verbis, aut aliquo signo exprimitur: ergo prouenit ex diuersitate forme, per quam talis indulgentia conceditur: ergo aliqua forma huiusmodi, est necessaria ad indulgentiæ concessionem; nam qd est necessarium ad distinctionem rei, est etiam ali quo modo necessarium ad constitutionem: ergo etiam est necessarium formam esse aliquo modo determinatam, quia distinctio nõ potest esse inter formas, nisi vnaquæque earum in sua ratione, & specie determinata sit. Dico autem, aliquo modo, quia non oportet vt in certis ac determinatis verbis consistat; imo nec, vt verbis fiat, sufficiunt enim literæ, vel si quæ alia esse possunt sufficientia signa, vt recte probat superior ratio dubitandi primo loco posita: sed ea determinatio necessaria est, quæ ad explicandum modum indulgentiæ, & effectum eius iustificat, sicut est necessaria in forma censuræ, vel absolutionis ei, vt latius in illa materia explicatur sumus. Negy auctores de necessitate huius forme dubitant, aut illam tacuerunt, nam de illa loquuntur cum dubitant, tantum valere indulgentiam, quantum sonat, si iuxta Tres

Qualiter ha... indulgentiam... sequitur... uerlam... sibi accom... modatam... formam.

Prius val... si dubit... sonat, si iuxta... Tres

Tres ergo conditiones supra positas requirunt ad indulgentiam quasi in potentia proxima: formam vero in ipsa actuali indulgentia includunt, vel sub agente causa comprehendunt, quia est veluti actio eius, ut in superioribus diximus. Atque ita satisfactum est prioribus rationibus dubitandi in principio positis; posteriores autem admittimus, confirmant enim doctrinam positam, & nihil aliud probant. Nonnulla vero superest difficultas, an in omni casu necessaria sit forma sensibilis: nam in aliquibus videri potest non necessaria, sed de his casibus dicemus melius explicando utrumque membrum diuisionis positae.

*De forma per quam aliquis exequitur potestatem sibi concessam ad ferendam indulgentiam.*

*Ad hanc indulgentiam requiritur noua forma prater priorem conditionem*

*Qualis forma sit forma illa.*

*Anton. Sylu.*

*Cordub.*

*An sit necessarium ut haec forma quantitate vel materia remissionis indicet.*

**E**X dictis ergo de priori forma indulgentiae per alium concedendae, sequitur, ad effectiorem seu consummationem talis indulgentiae necessaria esse nouam formam praeter priorem concessionem, seu priuilegium illius. Patet quia per illam concessionem data fuit potestas, non vero fuit facta ipsa indulgentia: sed haec fieri postea debet ab illa potestate: ergo necessaria est noua forma per quam fiat: quia, ut dictum est, non fit per solam interiorum voluntatem. Quod si de hac forma quaeratur, quoniam futura sit: respondetur esse eiusdem rationis cum illa, qua solet indulgentia concedi actualiter, seu ipso facto. Solum potest notari differentia saltem in ordinaria forma indulgentiarum, quia cum indulgentia immediate conceditur ab ipso primo dispensatore, seu ordinario indice, forma concessionis est conditionata, si hoc illud feceris, remitto, seu consequarum, obtineas, &c. impleta vero conditione transit in absolutam, & obtrinet effectum. At vero quando prius fuit concessa facultas obtrimenti indulgentiam ab aliquo in tali vel tali articulo, & postea in executione datur indulgentia, supponitur iam impleta conditio, & ideo forma debet esse absoluta, cum in talibus annis indulgentia, vel quid simile iuxta priuilegij tenorem. Solent tamen in Bullis longissimae formae apponi ad has indulgentias concedendas: sed ut omnes Doctores aduertunt, non est necessarium omnes illas proferre, nec ordinarie à Pontifice ponuntur, sed à commissariis, qui Bullas transferunt magis ad instructionem, & compendiosam narrationem omnium gratiarum, quam ad usum absolutionis. Ad huc ergo sufficienter praedicta verba, vel similia, quia non habet talis forma aliam determinationem in verbis, sicut de aliis dictum est. Vnde quod Antonin. supra & Sylu. q. 5. p. 5. & Felin. n. 15. aiunt, absoluentem debere uti verbis indulti, scilicet, *Auctoritate Sedis Apostolicae mihi commissi, concedo tibi talem, vel talem remissionem*, non est ita intelligendum, ut hoc rotum necessarium sit. Nam quod id fiat autoritate Sedis Apostolicae, supponendum potius est, quam in forma declarandum, etiam si conuenienter dici possit. Quod vero Flor. a. ad dedam esse limitationem, absoluo te à peccatis; exceptis his quae confidentialia huius indulti commissisti, necessarium non est, imo potest nocere, si indultum id non habet, & si habet, non est necessarium, nec prodest: & idem est de omnibus verbis similibus, ut recte Syluest. & Cordub. q. 38.

Dubitari vero potest, an sufficiat proferre formam per verba quae indicent remissionem, vel absolutionem, non explicando speciem, vel quantitatem indulgentiae, imo neque addendo aliquid, quod declararet esse remissionem poenae, potius quam culpae aut extra sacramentum potius quam in illo: an vero necessarium sit omnem hanc determinationem addere.

Videri enim potest hoc posterius necessarium, Fr. Suarez, tom. 4.

**A** quoniam alias non satis significatur effectus per indulgentiam intentus, quod videtur necessarium. Vnde dicti auctores aiunt absoluentem debere uti verbis indulti, quia per illam formam debet minister delegatus exequi mandatum, quae delegans vltius est: vnde saltem necessarium erit, ut per relationem ad indultum determinet suam formam, ut v. g. *concedo tibi indulgentiam iuxta talis indulti, vel quid simile.* Ego vero existimo nihil horum esse simpliciter necessarium, sed sufficere quodcunque verbum significans remissionem de presenti, seu indicatiui modi huius personae concessam, ut *Remitto tibi, vel absoluo te, &c.* hoc enim pronomen, vel aliquid aequiualens semper necessarium est, quia sine illo non haberetur completa significatio, neque practica, quae debet esse circa singularia, ut circa formam baptismi, & poenitentiae diximus, & dicemus etiam in materia

**B** de Censuris. Alia vero determinatione quantitate, seu materia remissionis, non opinor esse necessariam in ipsa forma, sed sufficere intentionem cum exteris circumstantiis externis, quae semper occurrunt. Vnde in exemplo superius posito de indulto obtinendi indulgentiam plenariam à confessore in articulo mortis, existimo haec sola verba, *Ego te absoluo*, sub duplici intentione faciendi sacramentum, & concedendi indulgentiam prolata, ad utrumque sufficere: quia sicut verbum *absoluo*, de se est indifferens ad peccata, & ad indulgentiam, & ad alia: supposita vero confessione sacramentali, ex intentione sacerdotis sufficienter determinatur ad peccata etiam in ipsa forma non exprimentur; ita, supposita petitione poenitentis postulantis absolutionem, iuxta suum indultum ex intentione etiam sufficienter determinatur ad concedendam indulgentiam in tali, vel tanta quantitate. Et confirmatur, nam haec eadem verba in proportionali casu possunt sufficere ad absoluentem à culpa, & censura, ut infra in materia de Censuris dicam, propter similem causam: idem ergo erit in presenti, Ed vel maxime, quod nulla est ratio, quae probet oportere, ut absoluens suis verbis exprimat totum effectum & modum indulgentiae, satis ergo est, ut poenitens practice & humano modo intelligat voluntatem, & actionem absoluentis. Vnde si poenitens interroget à confessore, *Concedis mihi indulgentiam ex vi huius indulti*, & confessor vno verbo, vel signo annuat ex intentione faciendi, sine dubio satis est: quia in omni actu iurisdictionis, qui non requirit praescriptam formam verborum, hoc sufficit, ut latius dicemus in materia de Censuris.

**D** Vnde vltius infero non esse necessarium, ut is, cui talis indulgentia conceditur, percipiat & intelligat sibi concedi, quia neque hoc est necessarium ad efficaciam actum absolutionis, absoluitur enim à peccatis, & à censura etiam is, qui nihil intelligit; ita ergo absolui potest, etiam quoad indulgentiam, satis est quae verba, vel signa de se sufficienter significant. Est tamen differentia inter absolutionem sacramenti, & indulgentiam, quae ad priorem, ut dari possit ei qui non sentit, nec percipit, necesse est, ut praecedat petitio absolutionis ex parte poenitentis, quia necesse est, ut praecedat aliqua accusatio & confessio. Quia forma sacramenti non potest valide proferri sine materia. At vero ad absolutionem indulgentiae in tali casu non est necessarium ut praecedat petitio, quia ad hunc actum non requiritur determinata materia, sed satis est, quod quacunque ratione constet hunc hominem habere indultum ad talem indulgentiam, & esse capacem, seu dispositum ad illam, habereque voluntatem saltem virtualem illius, ut v. g. si quis repente omnem sensum & rationem amittat, constituarque in mortis articulo, nullumque signum confessionis, vel contritionis in ordine ad confessionem dederit, quantum non possit sacramentaliter absolui, si tamen habeat indultum indulgentiae, & aliquibus coniecturis constet illum esse in statu gratiae, poterit ei indultum.



Indulgentia concedi à ministro in indulgentia defignato. Quod sentiunt Anton. & Felin. supra: & mihi placet, quia id satis est, ut ille censetur esse capax indulgentiæ, & habere virtuales voluntates eius. Item, quia si fortasse in illo homine desit talis capacitas, aut voluntas, & ob eam rem nihil fiat, non sequitur committi aliquod sacrilegium, aut irreuerentiam circa aliquam rem sacram, tum quia hic non fit aliquod sacramentum, tum etiam, quia potest concepti conditionata intentio: aliunde vero, si contingat validam esse absolutionem, est res magni momenti. Dices, ergo tunc sufficere interior actus sacerdotis volentis tantam poenam remittere, quantum indultum concedit. Patet sequela, quia hoc non est sacramentum, ut propterea requiratur signum sensibile, & alioqui videtur impertinens, quia recipiens non potest percipere illud, & propter aliud necessarium non est. Respondetur, in eo casu negandam esse sequelam (nam de alio inferius dicam). Et ratio est, quia in hoc non debet attendi quod est per accidens ex indispositione subiecti, sed quod per se necessarium est ad sententiam, seu absolutionem inter homines datam, hæc enim non fit cum solo actu interno sine externo signo: unde, cum per privilegium conceditur alicui, ut possit absolui, semper est sermo de absolutione sensibili, & externa.

Obiect.

Solutio.

Ultimo infero, posse confessorem huiusmodi indulgentiam concedere per verba absolutionis sacramentalis, etiam si nihil sciat de indulto poenitentis, neque ipse poenitens ex oblivione, vel inadvertentia indulgentiam petat, dum modo confessor intendat absolvere non solum à culpa, sed etiam à poena quantum potest quocunque titulo, id est, non solum per claves sacramentales, ut sic dicam, sed etiam per quamcumque participationem clauis, si fortasse illi communicata est. Hæc enim intentio optima est, ut per se constat: & ex parte sua est sufficiens ad effectum indulgentiæ; nam conditiona intentio, si conditio est de presentia, vel de præterito, optima est, & sufficiens etiam ad conficiendum sacramentum, subistente conditione. Aliunde vero etiam verba sufficiunt, ut dixi, quia nulla est necessitas explicandi distincte in forma totum modum, & quantitatem remissionis, sed satis est quod ex se totum id significare possit: verbum autem absolutum absolventi, seu remittenti optime significat totum id, quod proferens, seu iudicans potest absolvere, aliunde vero ex parte recipientis non deest sufficiens voluntas saltem virtualis, quia sine dubio intendit consequi quantum remissionem potest, imo etiam interpretativa voluntas videtur ad hoc sufficere, quam infallibiliter aliquis haberet, si animadverteret, aut interrogaretur: nam, si hæc intentio sufficit aliquando ad recipiendum sacramentum Extreme vniuersionis, & effectum eius, cur non magis sufficere ad indulgentiam? Hæc autem interpretativa voluntas ideo in his casibus sufficit, quia semper supponit aliquam virtuales voluntatem: & ideo ad tollendum omne dubium, est optimum consilium, tam in hoc opere, quam in aliis bonis, habere intentionem lucrandi quicquid possim, siue per viam indulgentiæ siue quocunque alio modo, sic enim sæpe fiet ut aliquis lucretur indulgentiam, quam sibi esse concessam ignorat, aut non aduertit.

De forma delegationis huius potestatis:

Atque hæc videntur sufficere de forma, per quam quis exequitur potestatem sibi delegatam. Circa formam autem ipsius delegationis alia occurrunt explicanda. Primum est, an oporteat talem concessionem fieri per specialia verba, vel sufficiant generalia verbi gratia, *Concedo tibi facultatem meam ad remittenda peccata*. Dicendum est enim, duobus modis posse esse generalia verba, primo, quia communia sunt

Sufficiunt generalia verba ad hanc delegationem.

tam indulgentiis, quam absolutioni sacramentali, ut sunt prædicta verba, per quæ conceditur, potestas absolventi, seu remittenti peccata: & de his censetur non sufficere ut intelligatur concessa potestas concedendi indulgentias. Huius rei argumentum sumere possumus ex verbis Christi, *Quorum remissionis peccata*: nam ex vi illorum non datur potestas concedendi indulgentias, ut dictum est. Neque fiat obiectio ex illis, *Quacunque solueris &c.* non enim est similis ratio: tum quia distributio illa, *Quacunque magis absoluta est, pluraque comprehendit*: tum etiam, quia illa verba coniungenda sunt cum præcedentibus, *Tibi dabo claves*, per quæ optime declaratur, maxime adiunctis aliis verbis dictis Petro in complementum illius promissionis, ut in superioribus dictum est. Ratio vero in presenti propria sumenda est ex illo principio iuris, *quod sub concessione generali non veniunt ea, quæ non esset quis in specie verisimiliter concessurus, c. 2. de Penit. & remiss. in 6. c. 3. de Offi. Vicarij in sexto*, Huiusmodi autem censetur esse concessio indulgentiarum, quando expressè non declaratur. Et hic est communis sensus pastorum Ecclesiæ. Est etiam aliud iuris principium, quod in generali concessione iurisdictionis, vel administrationis Ecclesiæ non veniunt libera donatio, nisi exprimat, ut sumitur ex dict. c. 3. de Offi. Vicarij in sexto, indulgentia vero habet rationem cuiusdam liberæ donationis. Quocirca, si alicui concedatur privilegium eligendi confessorem, qui possit illum absolvere ab omnibus reatibus suis non propterea ei conceditur, ut possit ei donari aliqua indulgentia, nisi aliqua verba addatur, quæ hoc requirant: huiusmodi autem esse solent in indulto Pontificis hæc, *qui possit absolvere à culpa, & poena, vel æquivalentia*, quia illa essent superflua, nihil operarentur, nisi aliquam indulgentiam concederent. Idemque aliqui existimant, si concedatur privilegium eligendi confessorem in articulo mortis, quia alias privilegium nihil operaretur, quia propter solam absolutionem sacramentalem sine privilegio eligi potest in illo articulo. Sed hoc non ita est, nisi aliquid amplius addatur, tum quia potest illud privilegium operari absolutam concessionem casuum reservatorum, quantum, neque hoc operetur nisi exprimat, iuxta c. 2. de Penit. & remiss. in 6. tum etiam quia potest operari illud ipsum quod verba sonant, scilicet, dare facultatem ad eligendum sacerdotem alienum omnino proprio, etiam commode haberi possit, hoc enim non est concessum, etiam in articulo mortis, absque privilegio, ut supra visum est.

Alio modo potest esse generalis hæc concessio intra latitudinem indulgentiarum, tunc non est dubium quin hoc sufficiat ad delegandam huiusmodi facultatem: quia hoc sufficienter exprimitur in tali forma. Quæri vero potest, qualis & quanta ex vi illius formæ concedatur: & maxime est dubium quando locutio est indefinita, ut concedo tibi facultatem indulgentias largiendi, vel aliquid simile: nam, si addatur signum distributum, *Quacunque indulgentias*, videtur tolli ambiguitas, quia ex vi talis formæ videtur concedere videtur totam suam potestatem: concedit enim quascunque indulgentias, scilicet, quas ipse potest concedere, quia neque aliquid excludit, neque quippiam aliud includere potest. At vero in locutione indefinita, res est magis ambigua. Videtur tamē idem esse dicendum, tum quia in huiusmodi locutionibus, quæ aliunde non possunt certam determinationem accipere, indefinita æquivalent vniuersali: hic autem nulla potest fieri determinatio, quia non est maior ratio de vna quantitate, quam de alia: tum etiam, quia alias talis concessio esset nullius momenti, quia non posset ad proximum vel vsum reduci, cum semper in re ipsa certa indulgentia concedenda sit, & ex vi talis indulti non conlucet quænam possit concedi. Distinctio hæc tamen videntur videtur: nam in Episcopis videntur probabiliter

Pote sunt concessio...

Generalis concessio...

Quid de hoc...

hæc omnia dici, quia indulgentiæ, quas ipsi possunt concedere, sunt valde limitatæ, & ideo absolute concedendo facultatem dandi quascunque indulgentias, vel etiam indefinite indulgentias, videtur simpliciter totam suam facultatem concedere: quia neque est aliqua probabilis ratio, vel modus limitandi illam concessionem, vt ratio facta probat: neque etiam est moralis necessitas, eo quod talis facultas ex se satis limitata sit. Solum potest aduertiri, si non dicatur, *Indulgentias*, in plurali, sed indefinite & in singulari. *Cõcedo tibi potestatem dandi indulgentiam*, ex vi verborum solum concedi potestatem semel tantum concedendi indulgentiam, aut loco, aut personæ, de qua est sermo: Quãtãtẽm vëro indulgentiæ esse totam, quam Episcopus potest concedere, cum proportionẽ ad occasionem, cuius gratia conceditur. Nam, si Episcopus Vicario committat, vt in die dedicationis Ecclesiæ largiatur indulgentiam, sine dubio intelligendum est de indulgentia vnius anni, quia illa tunc est indulgentia Episcopalis, quam concedere intendit. Extra illam vero occasionem tantum quadragesima intelligenda erit, propter rationem similem. An vero singulare illud aliquando accipiatur pro plurali, seu pro vniuersali, ex aliis verbis & circumstantiis constare oportebit, alioqui proprietati vocis standum erit, cum ex se optimam habeat determinationem.

A etiam si dicatur, *Quascunque indulgentias*, nam illa distributio, & optime limitatur ad indulgentias iure ordinario aliis concessas, & referri etiam potest ad numerum, seu multitudinem concessionum, nõ ad quantitatem indulgentiæ. Secus vero erit, si Papa declaret se concedere omnem suam potestatem, quia tunc satis in specie declarat potestatem, quam concedit, ideoque non possunt illa censeri tantum generalia verba. Deniq; si plenariam indulgentiam largiri concedat, consequenter concedit quamcunque minorem, quia pars sub toto comprehenditur.

*De forma indulgentiæ ipso facto latæ.*

B Circa indulgentiam, quæ ipso facto conceditur, & formam eius, aduertendum primo est, auctores interdum dicere, hanc indulgentiam non requirere verborum formam, quia ipso facto comparatur, vt videre licet in Antonino & aliis supra citatis. Sensus tamen illorum est, non requiri nouam formam absolutionis, quæ ab aliquo postea proferatur, non potest tamen negari, quin ipsamet concessio talis indulgentiæ sit quædam absolutio, vel thesauri dispensatio: illa ergo est ipsa forma talis indulgentiæ: quæ tamen, quia conditionata est, non statim operatur, donec impleatur conditio. Tum autem operatur iuxta verborum exigentiam; & ideo illorum proprietates, & significatio valde obseruanda est: & præcipue vsus, & stylus Curiz, à quo hæc res pendet, & solet interdum variari, vt notant Palud. 4. d. 20. q. 4. ar. 3. quæst. circa 2. Cordub. lib. 5. q. 9. in fine. Neque verò repugnat huiusmodi absolutionem dari sub conditione de futuro, quia non est absolutio sacramentalis, quæ debeat statim sacramentum constituere, & integræ efficacem habere significationem. Neque etiam ex alio capite illi repugnat modus ille concessionis sub conditione. Solum videtur obici posse 50. regulam iuris in 6. *Actus legitimi conditionem non recipiunt.* Sed illa regula non est ita vniuersè intelligenda de omni actu legitimo, id est, rationabiliter & secundum legem facti, nam manifestum est, plures actus hoc modo legitimos posse fieri sub conditione: sed intelligenda est de quibusdam actibus, qui secundum naturam suam, vel secundum specialem legum institutionem, absolutum, & quantum est ex se, perpetuum effectum habere debent, quorum varia exempla ibi Glossa ponit, & latius Iuristæ ff. de Reg. iur. in l. *Actus legitimi*, & infra agentes de absolutione à censuris hoc iterum attingemus.

C Circa necessitatem vero huius formæ sensibilis, occurrebatur hoc loco difficultas, quia nulla videtur esse sufficiens ratio huius necessitatis. Nam, si consideretur indulgentia, quæ per modum suffragij conceditur, videtur posse offerri & applicari per solam intentionem, & voluntatem interiorem eius, qui potestatem habet dispensandi thesaurum: sicut priuata suffragia sufficienter offerunt pro aliis per solos actus internos. Ratio enim in vtroque casu eadem est, nimirum, quia non oportet vt is, pro quo offertur suffragium, illud sciat; sed satis est, vt Deo innotescat oblatio, qui illam acceptaturus est. Si autem sit sermo de indulgentia per modum absolutionis, cum illa sit quædam spiritualis remissio, quantum est ex se, videtur sufficienter fieri per voluntatem internam. Signum autem sensibile hic necessarium nõ est propter aliquod sacramentum instituendum, vt per se constat; neque etiam vt aliis, vel ipsi etiam qui absoluitur, innotescat remissio, quia hoc per se necessarium non est, cum sæpe fiat remissio pœnæ, etiam ex opere operato, sine tali cognitione, vt patet in sacrificio Missæ pro alio oblato. Igitur, licet ordinariè hæc absolutio fiat per sensibilem & externam concessionem, quia fit sub conditione alicuius operis, quod debet notificari illi, qui indulgentiam con-

11. In Summo autem Pontifice, habet specialem difficultatem illa forma: quia eius potestas est amplissima, ideoque esset valde indiscreta concessio, si tota & sine limitatione delegaretur, maxime per sola generalia verba: non est ergo præsumendum Pontificem in eo sensu talem indulgentiam facere. Postestque hic applicari illud principium, in generali clausula non comprehendit ea, quæ non esset aliquis in specie verisimiliter concessurus: & ideo nõ solum per indefinitam locutionem, sed etiam per distributum generale, non videtur Papa concedere totam suam facultatem. Igitur in primis censetur in huiusmodi clausula generali nunquam includi potestatem concedendi indulgentiam pro defunctis, nisi id exprimat specialiter. Ratio est, quia hæc potestas est valde propria Summi Pontificis, quam iure ordinario alteri non concedit: ergo non est verisimile comprehendendi in clausula generali. Item quia declaratum est, indulgentias simpliciter concessas, nunquam extendi ad defunctos, nisi Papa id exprimat, vt supra visum est: ergo eadem ratione indultum dans facultatem indulgentiarum, nunquam intelligitur dari indulgentiam pro defunctis, nisi id exprimat. Deinde censetur, potestatem concedendi indulgentiam plenariam non comprehendendi in clausula indultu generalis, nisi in specie proferatur. Quod ita declaratum est in quadã regula Cancellariæ, quoad indulgentias, quæ ipso facto conceduntur, est autem eadem ratio de concessione potestatis, propter eandem causam, quia indulgentia est res gratissima, & propriissima Summi Pontificis, quæ olim rarissime concedebatur: ergo non est verisimile nunc tam facile concedi illam potestatem, sine ampliori declaratione. Vnde tandem concludo huiusmodi generalem facultatem, secundum aliquod esse interpretandam. Quia generalis clausula priuilegii, quando iuxta aliquam formam iuris intelligi potest, ita interpretanda est, præsertim si in absoluta intelligentia excessus aliquis, vel absurditas inueniatur: ita vero est in præsentem, quia huiusmodi generali concessione dari potest ea facultas, quam ordinarij pastores sub Pontifice habent: ergo hæc est iuridica interpretatio: Sicut in superioribus dicebamus, quando Pontifex concedit alicui absolutam potestatem audiendi confessiones, & absoluedi, non censeri maiorem in iurisdictionem concedere, quam Parochi ordinarij habeant. Hęc ergo interpretatio videtur vera, stando in rigore verborum, Fr. Suarez. tom. 4.

Non faceret dic ad de. function.

Neque ad in indulgentiarum plenariam.

sequaturus est: nihilominus per se, & ex vi indulgentiæ, non videtur actus externus necessarius. Quæ difficultas maxime videtur in Pontifice, respectu sui ipsius, supposito quod possit sibi immediate & in particulari indulgentiam concedere, ut supra resoluitur: nam, ut sibi innotescat sua voluntas nullo indiget sensibili signo.

16. Nihilominus recedendum non est ab assertione posita, esset enim res noua, & præter communem sensum Theologorum & extra usum Ecclesiæ: in his autem supernaturalibus rebus non est facile aliquid huiusmodi asserendum, præsertim cum pendeat ex institutione, & ex modo potestatis concessæ, de quo nobis constare non potest, nisi Scriptura, vel traditione, aut doctrina Ecclesiæ. Iuxta quæ principia dicendum est potestatem ligandi, & soluendi ita esse Petro datam, ut in vniuersum per sensibiles actus exercenda sit: nam sicut Ecclesia militans visibilis est, ita illi datum est caput visibile, quod proportionato modo influat in membra corporis, & ideo, licet potestas illi data in se spiritualis sit, quia est ad effectus spirituales; tamen influere debet visibili, seu sensibili modo, ideoque nihil soluere, aut ligare potest, nisi medio aliquo signo sensibili. Unde, sicut propter hanc causam non extenditur ad internos actus, nisi ut coniunctos aliquo modo exterioribus actibus, vel per illos manifestatos; ita & e conuerso nihil operari potest per actum mere interiore nisi in aliquem exteriorem prodeat. Denique, per se ac moraliter loquendo, hoc erat necessarium ad finem huius potestatis, & hoc satis est ut potestas ea lege, & modo fuerit concessa. Sicut autem cessante fine legis in particulari, non cessat lex, quia id est per accidens: ita etiam in præsentibus, licet in aliquo particulari actu videatur cessare necessitas signi sensibilibis sumpta ex aliquo fine particulari; nihilominus non cessat necessitas institutionis & legis, sub qua data est talis potestas. Et hoc vno verbo difficultas cessat: nam si indulgentia est absolutio, debet esse non diuina tantum, aut Angelica, sed humana, & Ecclesiastica, & non solum in foro Dei, sed etiam in foro Ecclesiæ: & ideo, siue ad alios, siue etiam admittamus illam ad seipsum, dari debet humano & Ecclesiastico modo, atque adeo per sensibilia signa. Si vero indulgentia sit per modum suffragij, etiam requirit sensibilem actum, quia non est priuatum suffragium, sed auctoritate publica factum, ideoque requirit applicationem ex se publicam.

17. Indulgentia, possunt alia gratia variis modis concedi.

Regula pro illa a sepe mendat.

Posita ergo necessitate huius formæ, ad exactam eius intelligentiam est ulterius aduertendum, formam indulgentiæ interdum late sumi pro toto indulto, in quo talis indulgentia, vel iubilæus conceditur, quod sepe includit alias gratias & fauores præter indulgentiam, quæ per se ac formaliter consistit in absolutione à pœna; & ideo oportet hæc distinguere, & attente animaduertere quomodo alij fauores concedantur, id est, an solum concomitanter, vel in ordine ad indulgentiam. Nam, cum dantur priori modo, nihil omnino participant de indulgentia, quia nullam connexionem habent cum illa, nisi solum materiale, ratione eiusdem rescripti, vel repositi: quando vero conceduntur posteriori modo, tunc pendere possunt aliquo modo ab indulgentia, vel saltem à bona fide & animo lucrandi indulgentiam, ut in superioribus explicatum est, in concessione obtinendi absolutionem à casibus reseruatæ: & huiusmodi possunt esse alia, quæ non possunt hic in particulari tractari, sed ponderanda & expendenda sunt verba rescripti. Potest tamen hæc generalis regula, seu distinctio obseruari. Nam, si fauor conceditur ratione indulgentiæ iam obtentæ, & quacunque ratione impediatur, etiam absque culpa, aut mala fide, impeditur subsequens priuilegium, ut verbi gratia, si forma rescripti sit, *Quicumque talem*

*indulgentiam consecutus fuerit, possit tempore interdicti in loco sacro sepeliri, vel aliquid simile: quia tunc indulgentia ponitur tanquam cõditio requisita ad alium fauorem, satis autem erit illam consequi in foro Ecclesiæ, id est fecisse diligentiam ab Ecclesia postulata ad talem indulgentiam. At vero si fauor antecedit indulgentiam, & propter illam conceditur, ut est absolutio à casibus reseruatæ, tunc sufficit bona fides, & intentio obtinendi indulgentiam, licet fortasse postea impediatur: quia prior effectus non potest pendere ex futuro euentu, ut patet in dicto exemplo de absolutione à casibus reseruatæ. Aliquando vero contingere potest, ut tale priuilegium & indulgentia simul concurrant, etiam si vnum propter aliud concedatur, ut v.g. si ad indulgentiam requiratur communicatio, & ratione illius statim detur, & ideo concedatur, ut propter lucrandam indulgentiam liceat communicare in loco interdicto. Tunc autem aduertere oportet, an ad talem indulgentiam sufficiat communicatio, vel si aliquod opus necessarium sit, iam fuerit executioni mandatum, tunc enim maxime licet uti tali priuilegio, quia pro eo casu conceditur. At vero, si erat aliud opus necessarium, ut ieiunium, verbi gratia, vel quid simile, & prætermisum fuit, iam non licet uti illo priuilegio, quia iam non potest indulgentia obtineri, neque bona fide intendi, seclusa ignorantia, quæ per accidens poterit excusare. Et per hæc possunt facile multa similia iudicari.*

Tandem circa ipsam propriam indulgentiæ formam, quia conditionata est (loquimur enim secundum communem usum) oportet duo distinguere, scilicet iniunctionem operis, & concessionem remissionis. Primum continetur in illis verbis: *Qui hoc vel illud fecerit, &c.* Secundum autem in illis: *Hoc vel illud consequatur, vel aliis similibus: & in his posterioribus consistit propria, & quasi substantiua forma indulgentiæ. Priora vero magis spectant ad dispositionem, vel causam indulgentiæ, vel interdum ad faciendum tempus, pro quo conceditur. In illis vero est attente considerandum, an reuera pertineant ad opus requisitum ad indulgentiam, vel potius ad limitandam indulgentiam: aliquando enim esse potest in hoc ambiguitas, & sic sensus valde diuersus. Ut cum in indulgentia continetur illa particula, *Commissis, & confessis*: potest referri ad personas, & sic pertinet ad causam & dispositionem necessariam ad indulgentiam: vel potest referri ad peccata, quorum pœna per indulgentiam remittitur, & sic spectat ad substantiam formæ indulgentiæ, potestque limitare illam iuxta rigorosam significationem illorum verborum, & multorum expositionem. Statim vero occurrebant hic varix quæstiones ad intelligentiam huius formæ quoad vitamque partem eius necessariam. Est enim certum, huiusmodi formam debere esse sufficienter determinatam, præsertim quoad posteriorem partem, seu quoad effectum indulgentiæ: nam, si in hoc esset forma indeterminate, nulla fieret concessio, ut si diceretur, *consequatur indulgentiam, vel quid simile, quia effectus in re non potest concedi nisi determinatus eorum vi autem illorum verborum nihil determinat um fieri potest: & ideo semper additur aliquid quo declaratur, talem indulgentiam, aut esse integram, aut alicuius certæ partis. Sunt autem in usu varij termini, quibus solet hæc determinatio fieri, de quibus dici hic poterat: sed illa dubia tractata sunt supra Disputatione I. de hac materia, & in sequenti sect. aliquid attingemus.**

## SECTIO II.

*Utrum indulgentiæ forma stricto, vel fauorabilius interpretanda sit.*

Contin.

Prima opi-  
nio.

Innocent.  
Hofienf.

Nauarr.

Baldw.

Cordub.

Regula Can-  
cellaria.

Secunda opi-  
nio.  
Gloss.  
Syluest.  
Angel.  
Cordub.

Contingit saepe ambigua esse verba, quibus vel quantitas indulgentiae determinatur, vel opus ad illam consequendam exigitur, vel privilegium aliquod illius gratia conceditur: & ideo oportet generalem regulam statuere de modo interpretandi talia verba ample, vel stricte, quoniam ad haec duo membra fere tota ambiguitas reuoceatur. Et ita ex illo principio fere omnes quaestiones de his formis occurrentes definiendae sunt. Est igitur multorum sententia, indulgentiam interpretandam esse secundum strictum ius. Ita sumitur ex Innocentio, & Hofstienf. in cap. Licet, de Translat. Episcop. & Glossa in Regula Cancellariae 56. quam refert, & sequitur Nauarrus in comment. de indulgentiis notab. 9. num. octavo & nono. Tenet Paludanus in 4. distinctione vigesima, quaestione quart. articulo tertio & Bald. in sua Margarita, verb. Indulgentia, & in l. Humanitatis. C. de Impuberum & aliis substitutionibus, quem refert Corduba addens etiam Angelum, verb. Indulgentia, sed falso.

Fundamentum esse debet, quia, licet indulgentia videatur favor respectu eius, cui conceditur, tamen simpliciter est res odiosa, ideoque restringenda. Quod in primis probatur ex usu Ecclesiae: nam hac de causa in cap. Cum ex eo, de Poenit. & remiss. facta est magna restrictio indulgentiarum: & additur ratio, quia per nimias indulgentias poenitentialis satisfactio enervatur, propter hanc ergo causam inter odia computanda est. Item hunc esse styllum Curiae & mentem Pontificis, colligit Nauarrus ex variis regulis Cancellariae. Nam indulgentia absolute concessa alicui Ecclesiae pro tali festo in singulis annis, restringitur ad viginti annos, etiam si simpliciter pro singulis annis concedatur, iuxta regulam 57. vel etiam ad duos, vel tres, aut quatuor annos, iuxta diuersas formulas respiciendi Pontificum, iuxta reg. 59. & indulgentia concessa alicui loco, qui aliam habebat, nulla est, si in imputatione posterioris nulla facta est mentio prioris, regula 58. quae omnia pertinent ad limitationem, & restrictionem. Ergo signum est in praxi Ecclesiae indulgentiam reputari rem odiosam & restringendam. Secundo ostenditur ratione, quia omnis dispensatio in communi iure odiosa est, multoque magis si sit in iure diuino: sed indulgentia continet dispensationem in diuino iure, ut supra probatum est: pertinet ergo ad materiam odiosam. Maior probatur à Nauarro ex capit. 1. & 2. de filiis presbyter. in 6. quae parum probant: quia in 2. nihil de hac re agitur: in primo vero non dispensatio illegitimi ad habendum beneficium, sed pluralitas beneficiorum odiosa dicitur. Nihilominus tamen ex natura rei propositio illa ostendi potest, quia partem discedare à toto in communi obseruatione legis odiosum est: sed hoc fit per dispensationem: ergo dispensatio ex se res odiosa est. Item hac ratione si fiat sine causa legitima aut male conceditur, aut etiam est irrita, saltem si attingat diuinum ius. Denique per dispensationes relaxantur iura, & paulatim remittitur rigor disciplinae, est ergo ex suo genere res odiosa. Quae omnia maxime locum habent in dispensatione indulgentiarum, tum quia per eam dispensatur alicui (ut sic dicam) ad soluendum alterius debitum: tum etiam quia ex parte derogatur ius diuinum, ut supra declaratum est, propter quod requiritur causa, & cum tanto rigore, ut petatur proportionata. Tum denique quia satisfactio poenitentialis, & rigor disciplinae Ecclesiasticae facile enervari potest occasione indulgentiarum, iuxta c. Cum ex eo, de Poenit. & remiss.

Nihilominus est secunda sententia affirmans indulgentiam esse favorabilem, ideoque amplissimo iure interpretandam. Ita sentit Glossa in Clem. vnica. de Reliq. & venerat. sanct. verb. Confessi. & tenet Syluest. verb. Indulgentia nu. 8. in fin. & n. 20. & 22. & Ang. n. 2. & inclinatur etiam Corduba q. 19. d. 1. contra 4. conclusionem. Fundamentum est, quia indulgentia

Fr. Suarez, tom. 4.

est beneficium Principis, & ideo latissime interpretandum, quando sine prauidicio, tertij fieri potest, iuxta cap. Olim, de Verb. significatione, & l. vlt. ff. de Constitutionibus Principum, de qua vide totum i. commun. opin. loc. 2. tit. 1. c. 1. in fin. & tit. 4. c. 1. Secundo, quia est opus charitatis & misericordiae afferens commodum ei cui conceditur, & reuera nulli inferens nocumentum: quia Deo fit integra solutio, & licet fiat ex satisfactionibus Christi, tamen non sine commissione & potestate ab ipso data, & thesaurus eius non propterea minuitur, quia semper manet infinitus: nec denique Ecclesia laeditur, nam potius per hanc remissionem purior, & quodammodo Deo gratior in suis membris efficitur.

Lubrica quaestiois resolutio, data distinctione sit clara.

Resolutio huius quaestiois lubrica est, quia reuera indulgentia medium quoddam tenere videtur inter odium & fauorem: nam directe spectata ex materia, & respectu personae cui donatur, est favor & liberalitas: sub alio vero respectu habet, nescio quid odij, maxime propter periculum multiplicandi indiscretas indulgentias, & enervandi satisfactioes poenitentialis. Et ideo Doctores ambigue loquuntur utrunque de indulgentiis afirmando prout occasio vel materia, de qua disputant, postulat, suaeque opinioni magis congruere videtur. Mihi vero distinctione vtendum occurrit, ut aliquid firmum & constans dicere possimus. Aliud est enim, loqui de potestate concedendi indulgentias, aliud, de actuali concessione illarum.

Et dicendum est primo, potestatem concedendi indulgentias stricte esse interpretandam. Hoc mihi probant argumenta adducta pro priori opinione. Et declaratur amplius: nam si haec potestas consideretur quatenus est in Summo Pontifice, licet eam fateamur esse amplissimam, quae in suo genere esse potest, tamen eam semper restringimus quantum ratio iustitiae commutativae, & legalis postulat: & ideo dicimus non esse potestatem meri & mixti imperij, quae nullis legibus subiecta sit, & pro solo arbitrio habentis illam operari possit: sed quae requirat causam legitimam, etiam ad valorem sui actus, &c. Et hoc etiam optime confirmat illa generalis ratio, quod potestas dispensandi in iure diuino restringenda est, quoad fieri possit, nec sine magna causa & evidenti necessitate sit admittenda, ut patet de potestate dispensandi in votis, iuramentis, & in aliquibus sacramentorum ritibus, ut in superioribus attingimus, & specialiter agentes de ministerio Confirmationis: ergo in praesenti eodem proportionali modo iudicandum est. Si vero consideremus hanc potestatem, prout est in Episcopis, sic manifestum est secundum strictum ius, non solum diuinum naturale, prout potestas Summi Pontificis, sed etiam posituum Ecclesiasticum esse regulandam: quia neque aliud, neque alio modo possunt, quam iure illis permissum est. Denique, si haec potestas consideretur, ut delegata, etiam stricto iure interpretanda est, quantum spectat ad naturam ipsius potestatis. Quod a fortiori patet: quia si in ipso delegante est huiusmodi, multo magis in delegato. Quantum ad delegationem autem ipsam, videri potest potius ample interpretanda iuxta ea quae statim dicemus: quia est favor & beneficium Principis. Tamen aliunde videtur stricte interpretanda etiam ipsa delegatio: tum quia nimia potestas, etiam in delegato, est aliquo modo odiosa, & onerosa ipsi Principi, & ideo, nisi clarissime eam concedat, non videtur ab ipso intentata. Tum etiam, quia in praesenti materia, delegatio huius potestatis parere solet abusus indiscretarum & superfluarum indulgentiarum, argumento dicti ca. Cuius

Potestatem concedendi indulgentias stricte interpretanda est.

ex eo ideo in superioribus in aliquibus casibus delegationes has Ariste interpretadas censuimus: & regulariter loquendo, ita esse faciendum iudicamus, quauis semper tenenda sit verborum proprietates, & non nimium scrupulose in aliquod extremum declinandum.

*Habentem hanc potestatem moderatè ea dicitur uti.*

*Conc. Trid.*

Atque hinc consequenter infero, cum, qui habet hanc potestatem, moderate debere illa uti, potius ad rigorem & strictum ius inclinando, quam ad relaxationem. Hoc etiam mihi probant motiua prioris sententia & cap. Cum ex eo, & alia decreta Pontificia sepe citata, quae postulant magnam discretionem & considerationem in concedendis indulgentiis. Sūtque ad idem grauissima verba Concil. Tridentini decreto de indulgentiis sess. 25. in fine. Vbi post commendatam potestatem concedendi indulgentias, subdit, *In his tamen concedendis moderationem iuxta vererem & probatam Ecclesiae consuetudinem abhiberi cupis (scilicet sancta synodus) ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina eneruetur.* Deinde vsus potestatis proportionatis esse debet naturae & conditioni talis potestatis: haec autem potestas talis est, vt limitanda potius sit, quam extendenda: ergo etiam vsus eius natura sua postulat dictam animaduersionem. Potestque hoc explicari in 6. §. Ille vero, nam pluralitas beneficiorum, quia exorbitans est, & odiosa, ideo potestas dispensandi in illa strictè interpretanda est, iuxta cap. 1. §. Ille vero, de Filiis praelib. in 6. idemque à fortiori dicendum est de potestate dispensandi in resistentia Episcopi, vel Parochi, & similibus ex quo rectè inferitur, habentes huiusmodi potestatem, cum magna moderatione & circumspectione debere illa uti: sic ergo in praesenti sentiendum est. Vnde fit, aliquando posse peccare grauius, qui talem potestatem habet, indiscrete illa vtendo, non solum quòd vltra potestatem facit; quod manifestum est: sed etià inconsiderate plures indulgentias praeter communem utilitatem concedendo. Quod expresse docuit D. Thom. in 4. dist. 20. quaest. 1. artic. 3. quaest. 2. ad 1.

*D. Thom.*

*Denuncians indiscretas indulgentias aut illas ex rebus qualiter peccat.*

Vnde à fortiori sequitur (vt hoc obiter dicamus) longe grauius peccare ministros seu denunciatores indulgentiarum, qui, cum nullam habeant potestatem concedendi indulgentias, non solum indiscrete, sed etiam infideliter eas annunciant, vltra veritatem eas extendendo turpis lucri gratia: quod est graue sacrilegium, & perniciosum mendacium. Et ideo religiosi specialiter prohibitum est in Clement. Religiosis, de priuilegiis, ne indulgentias pronuncient indiscretas, vbi glossa declarat, id est, non concessas, iuxta Clement. 2. de Pœnit. & remiss. vbi huiusmodi abusus iterum prohibetur, & remedia contra illos adhibentur; nulla tamen poena ipso facto incurrenda propter hanc culpam imponitur, sed Episcopis & Praelatis religiosorum respectiue praecipitur, vt grauius in huiusmodi quaestores, & deceptores animaduertant, Et quauis in priori Clem. ad religiosos dicatur. *Praecipimus in virtute sanctae obedientiae, & sub interminatione maledictionis aeternae: tamen illa verba non continent ipso facto aliquam censuram, sed ad summum collaminantur ferendā, vt inferius in materia de Censuris latius dicemus.* Non solum autem fallae indulgentiae indiscretae dicuntur, sed etiam dubiae, vt Syluest. Angel. & alij rectè adnotarunt, & ex vi ipsius vocis satis constat, & colligitur ex cap. Cum ex eo, & Clement. 2. de Pœnit. & remiss. quatenus vetant aliquid huiusmodi populo proponere, praeter id, quod in veris literis Apostolicis, vel diocesanis continetur. Vbi glossa rectè adiungit, *quia in talibus diligens inquisitio faciendā est.* Addunt vero praedicti auctores, eiusdem esse culpa praedicare indulgentias, in quibus concedendis Superior indiscrete se gerit, huiusmodi potestatem excellit, & Syluest. citat glossam dicti Clement. 1. de Priuilegiis. Sed reuera non dicit. Sunt tamen in ea sententia Cardinalis, & alij, quos

*Syluest. Angel.*

*Gloss.*

A Angelus refert. Videreturque consentanea rationi, quia illud est cooperari peccato alterius, & in re ipsa est falsam indulgentiam praedicare. Hoc autem vltimum solum habet locum quando concessio ipsa manifeste & sine vlla dubitatione iniusta, vel inualida est: alioquin in re dubia potest inferior deponere conscientiam suam, & pro actu Praelati praesumere.

*Concessionem indulgentiae intra latitudinem potestatis concedentis latissime interpretandam esse.*

Vltimo dicendum est, concessionem indulgentiae, si de potestate conficitur, intra eius latitudinem amplissime esse interpretandam, quantum veritas & proprietates verborum patiat. Hoc probant motiua posterioris sententiae: explicaturque in hunc modum (quod fortasse vlti esse poterit ad alia priuilegia explicanda) Nam ad concedendam indulgentiam duo concurrunt ex parte dantis, potestas scilicet, & voluntas: quauis ergo potestas strictè interpretanda sit: voluntas nihilominus quantum sub tali potestate valet, ample est interpretanda, tū quia quatenus indulgentia à voluntate manat, sic habet rationem beneficij, fauoris, &c. sub quibus rationibus non est dubium quin ei debeat ampliato: tū etiam, quia habere potestatem non est in voluntate eius cui datur, sed eius qui illam dat: vsus autem talis potestatis pendet ex voluntate habentis illam, & in eo ostendit benignitatem & liberalitatem suam: ergo talis voluntas ample interpretanda est. Itaque (vt resolutio clarius intelligatur) quado incidit dubitatio de sensu alicuius indulgentiae, aut dubitatio extenditur ad potestatem ipsam, quia nimirum in vno sensu indulgentia est certa, in alio vero antinualida, aut dubia in valore, vel saltem in prudenti moderatione & concessione: & tunc est indulgentia strictè interpretanda, Aut dubitatio versatur solum circa quantitatem, conditionem, aut durationem indulgentiae, quae in vtroque sensu & prudens & valida & certa esse potest; & tunc dicimus indulgentiam esse ample interpretandam, quia iam non agitur de potestate, sed de voluntate, cui nullum ius repugnat, cum vtroque modo commensuratur potestati etiam rectè rationi regulata.

D Atque ita cessant fundamenta contrariae sententiae, si contra hanc assertionem obiciantur. Nam iura, quae videntur indulgentias restringere, de potestate maxime loquuntur, & ideo solum probant illam esse restringendam, quia in obiecto eius aliquid odij includitur, & rari sunt, qui potestate accepta indiscrete vtantur. Exempla vero, quae Nauarr. inducit, potius probare possunt concessionem indulgentiae in ordine, ad voluntatem concedentis ample esse interpretandam. Nam, quia verba illa simpliciter prolata, perpetuitatem significare videbantur, & ita interpretanda fuissent, nisi vel specialiter vel generaliter fuisset eorum vsus limitatus; ideo necessarium fuit, illas generales regulas statueri, quibus positae indulgentias illas strictè interpretamur, non quia generaliter indulgentiae stricto iure interpretandae sunt, sed quia iam sunt ipso iure restrictae: nunquam enim tam ampla debet esse interpretatio, vt iure repugnet; quia hoc repugnat voluntati Principis, quae per ipsum ius declaratur. Propter quod etiam priuilegia, quatenus à iure communi exorbitant, strictè intelliguntur, iuxta textum cum Gloss. & Doctoribus in c. Licet, extra de Trāslat. Episcop. Et ob eandem causam, ampliatio nunquam debet esse tanta, vt excedat proprietatem verborum, quia haec non esset interpretatio, sed additio. Ex quo facile etiā respondetur ad rationem, vel distinctionem datam ad dispensationem applicando vel negādo dispensationem

*Enndamtu in Prima sententia, quatenus contra priuilegium ad sententiam procedunt. fauisti.*

ad odium pertinere: nam, licet excessus seu abusus sit odiosus, tamen dispensatio ipsa, per se loquendo, maxime necessaria est, & simpliciter est favor, & beneficium. Incommoda vero dispensationum, quæ ibi numerantur, ex abusu sequuntur, non ex legitimis dispensationibus: idemque de indulgentiis dicimus. Quia propter cessat omnia, si ampla interpretatio intra limites à nobis positos contineatur.

10  
Corollarium.

Ex quo tandem inferitur, cum in forma indulgentiæ regulariter duo contineantur, impositio alicuius oneris, & concessio alicuius remissionis; prior rem partem, strictè interpretandam esse, posteriorè vero large. Hæc posterior pars iam conitat ex dictis. Ratio vero prioris ex posteriori noscitur, nam limitatio oneris est amplificatio remissionis: nam eadem remissio maior est, respectu eius, qui minorem, quam alterius, qui maiorem exhibet satisfactionem. Semper tamen observare oportet limitationes positas, tam de proprietate verborum, quam de iustitia & certitudine indulgentiæ. Atque hæc regula in hoc sensu intellecta, vti sumus in superioribus, ad explicandas varias formulas & particulas, quæ addi solent in formis indulgentiarum, *De iniunctis penitentis, contritis & confessis seu de quibus contritus & confessus est.* Et simili modo expeditur possunt alia dubia, quæ frequenter incidunt, neque possunt hic specialitè tractari.

SECTIO III.

*Utrum forma indulgentiæ tantum valeat quantum sonat.*

1  
Prima opinio.

Questio hæc, sub his verbis proponitur ab antiquis Doctoribus, & ideo eam retinimus. Sensus autè est, an verba formæ totum illum effectum conferant, quem ex vi suæ significationis promittunt. Circa quam, duo sunt extrema vitanda. Primum est, eorum qui putant, semper hæc verba efficere totum quod significant, neque esse subintelligendam aliquam conditionem, ob cuius defectum possit talis formæ efficacitas impediri, nisi in ipsa forma expressa sit conditio. Ita opinati sunt, qui nullam causam ad valorem indulgentiæ requirebant: sed horum fundamentum euersum iam est. Ita etiam existimant alij, qui licet causam fateantur necessariam, putant tamen nunquam deesse posse, si absolute concedat Pontifex talem indulgentiam, hoc vel illud facienti. Quorum fundamentum est, quia alioqui Pontifices aut fideles deciperent absolute promittendo, quod solum sub conditione occulta & non explicata conferre possunt, vel saltem temere vt certum promitterent, quod valde incertum est, quod nec auctoritati Pontificum, nec communi sensui fidelium consentaneum est.

2  
Aliqua conditio requiritur ad valorem indulgentiæ, quæ non semper in ea explicatur.

Hic vero dicendi modus, habet quidem pietatis speciem non tamen solidum fundamentum veritatis. Certum enim est, aliquam esse conditionem requisitam ad valorem & effectum indulgentiæ, quæ non semper in ea explicatur, nec apè iustam & piam causam, quia non oportet vt hanc semper declarat Pontifex, sufficit enim quod eam intentione concipiat. Similiter ad valorem totius indulgentiæ, proportionata causa necessaria est, quam nunquam Pontifex in actu signato, vt sic dicam, declarat, id est asserendo causam esse proportionatam: sed ad summum causam motivam proponit & non semper adequatam. Et præterea, quanvis Pontifex expresse declararet se moveri propter talem causam, quam reputat sufficientem ad tantam indulgentiam concedendam, non esset infallibile vel causam esse talem, vel (quod consequens est) totam indulgentiam esse validam. Quia talis declaratio Pontificis, non est de doctrina ad fidem pertinente, sed

Non est infallibile. Papatem semper indulgentiam concedere ex sufficienti causa.

A de quodam facto particulari, quod ad prudentiam spectat, in qua Pontifex non habet infallibilem assistentiam Spiritus sancti, sed in his tantum, quæ ad doctrinam fidei, & morum spectant, iuxta illud Lucæ 22. *Ego rogavi pro te Petre, vt non desiciat fides tua:* Ergo nunquam potest non subesse tacita conditio de iustitia & æquitate cause in re ipsa. Quod patet à simili, ex dispensatione voti, quia licet Papa absolute dispenset, si tamen non intercedit causa sufficientis, dispensatio non est valida: vnde semper subintelligitur illa tacita conditio, *si causa subsistit*, vel potius supponitur, & per causalem propositionem melius explicatur, scilicet, *quia subest.* Et simili modo, quanvis Pontifex existimet aut declaret talem causam subesse, nihilominus decipi potest, quia quoad hoc, prudentia, & estimatione humana gubernatur, possitque etiam humano affectu moveri. Idem ergo est in indulgentiarum dispensatione.

Luc. 22.  
Non est infallibile a dispensatione voti semper esse valida.

B Neque vero ex tali errore facti, si fortasse contingat, sequitur inconueniens alicuius momenti, quia licet fideles non consequantur effectum indulgentiæ, bene merentur coram Deo, & potest bona eorum fides ad hoc conferre, vt ea de causa, fortasse aliquod pium opus faciant, quod alias non essent facturi. Et hanc ob causam aliqui antiqui cum Altitiodor. non dubitarunt ita loqui, vt dicerent amplas indulgentias esse pias fraudes fidelium, dummodo fraus non in malam partem, neque eum deformitate accipiatur. Sed absurda est illa locutio, & propter illam vitandam auctores huius sententiæ in illud extremum declinarunt: sed non erat necessarium: quia nullum genus fraudis, imò neque astutiæ aut calliditatis est, simpliciter proferre sententiam, præceptum, dispensationem, & alia huiusmodi, quæ causam requirunt, non explicando causam, sed illam supponendo, quia talis actio natura sua illam supponit, vt rectè fiat. Ergo, quanvis Pontifex absolute concedat indulgentiam, non propterea significat sine proportionata causa illam esse validam, sed potius prætere se implicite per talem actionem affirmat talem causam subesse. Quod si fortasse rudiores fideles id non apprehendunt aut intelligunt, non refert. Neque illa dici potest pia fraus, minusque absurde diceretur pia ignorantia: quia & pia de indulgentia existimationem non impedit, & contingere potest vt iuuet: quia est occasio faciendi tale opus pium, quod alias non fieret. Deceptio autem ex parte concedentis indulgentiam nullo modo dici potest: præsertim si ille bona fide procedat iuxta ea quæ dicimus.

Altitiodor. locutio reprehenditur.

C Est igitur secunda sententia quorundam Theologorum, qui non solum generatim & in abstracto, vt sic dicam, condemnant indiscretas & superfluas indulgentias, sed etiam nimiam licentiam Prælatos Ecclesiæ reprehendunt, ac si illas concederent. Pro hac sententia citari solet Bonau. d. 20. quæst. 6. sed ibi nihil loquitur de facto, sed de iure, rectèque explicat necessitatem causæ legitimæ ad valorem indulgentiæ. Illo ergo modo excessisse videtur Gerson. 2. p. tract. de Indulgentiis, considerat. 8. alias Alphab. 34. lit. A. dicens, *Solus Papa Christus potest illam tot dierum & annorum mille millium indulgentiam concedere: qualis posita reperitur in diuersis concessionibus Summorum Pontificum, vel aliorum sub variis temporibus, locis & causis.* Deinde vero subdit talem indulgentiæ formam fortasse fuisse consistam à quæstiosis. Idem in consider. 10. & in Opus. de absolutione sacramentali Alphab. 33. lit. K. In prioribus vero Opus. consider. 9. videtur significare non esse infallibile, formam indulgentiæ operari quantum sonat, etiam sustinente causa legitima, sed solum esse de hoc estimatione bonæ fidei, & probabilem coniecturam: quia semper subest illa conditio, *Nisi Christus illam reprobet.* Possimus tamen hunc postremum

Secunda opinio.  
Bonau.  
Gerson re. reprehenditur.

locum pie interpretari illa: nam cum ait *requiri causam legitimam, clauē non errante; neque Christo repro- bante*, non est intelligendum, has esse conditiones distinctas, sed eandem pluribus verbis explicatam: quando enim causa legitima est, neque clauis er- rat, neque Christus talem indulgentiam reprobat: cum vero subdit, non requiri certam fidem, sed probabilem, non intelligit de valore indulgentiæ supposita causa, sed de sufficientia ipsiusmet causa.

In aliis vero locis excessit, quia non intellexit, quo- modo illi anni vel dies computandi sint. Soto vero, loquutus est qui hoc non ignorauit; mirum est quomodo illum loquendi modum imitatus fuerit in 4. d. 21. quæst. 2. articulo. 1. & 2. Sed re vera excessit, & non satis caute locutus est: eiusque fundamentis in superioribus est responsum. Nonnullos vero nihilominus mouet, quod pro leui opere magna sæpe remissio fiat: sed non considerant tale opus non esse solum spe- ctandum, sed vt coniunctum aliis causis, quæ licet non exprimantur, non est, nec terea excluditur. Qua- propter difficillimum est concessas indulgentias, præsertim si constet esse in vsu Romanorum Ponti- ficum, reuicere, aut reprehendere sine magna teme- ritate.

Concurren- tibus causis necessariis, in indulgentia valet quan- tum sonant. 2. Concl.

Vt ergo medium teneamus, distinguendum est in hoc negotio vniuersale iudicium, & quasi specu- latium à practico seu particulari. Et dicendum est primo, indulgentiam infallibiliter operari quantum sonat, si causæ omnes ad illam necessariæ concurrant: ex defectu autem alicuius causæ, posse interdum operari. Hæc assertio & sufficienter probata est in superioribus, & satis etiam est explicata quoad causas omnes & conditiones quæ necessariæ sunt, & quoad necessariam connexionem effectus, quando omnes concurrunt. Et ideo nihil amplius de illa dicere necesse est. Difficultas vero, quæ hic obiici so- let: quia hoc modo posset Pontifex Purgatorium spoliare, & fideles omnes obligatione satisfaciendi liberare, iam in superioribus sæpe soluta est negan- do sequelam: quia non facile occurrit causa sufficiens ad remissionem adeo vniuersalem faciendam, quod si occurrere aliquando fingamus, vel conce- damus, nullum erit inconueniens quod inferatur, quia Christi merita infinita, efficaciora sunt. Atque hiæ inferunt communiter Theologi, indulgentia- rum suffragium esse vtilius aliis, quæ ex opere ope- rantis offerri possunt: quia esse solet maior, citiusque fieri solet: quod si extendatur ad indulgentiam plenariam, seu liberationem animæ à Purgatorio, est maximum quod in hoc genere, id est, quod remis- sionē poenæ desiderari potest, vt latius tractat Corduba qu. 40. referens plures alios. Verum est suffra- giū hoc in indiuiduo non esse tam certum, sicut alia vt ex dicendis constat.

Cordub.

6 In particu- laribus non est infallibile indulgentia tantum va- lete, quantum sonat. 2. Concl. Caier. Cordub.

Secundo dicendū est, in particulari non esse cer- tum & infallibile hanc indulgentiam tantum ope- rari, quantum sonat. In hoc conueniunt omnes Theo- logi, & specialiter id tractant Caetan. tom. 1. Opusc. tract. 4. q. 28. & Corduba q. 22. de Indulgentiis. Et sa- tis probata est ex dictis contra primam sententiam. Potestque aliis similibus exemplis confirmari, & de- clarari: Nam licet sit infallibile absolutioem sacer- dotis esse validam, & habere effectum subintellecta conditione, si penitens non sit fictus, nec ponat o- bicem, nihilominus in indiuiduo non est infallibile hanc absolutioem datam esse validam, præsertim quoad effectum: quia nunquā est ita infallibile poe- nitentem esse dispositum, & iudicium confessoris circa hoc semper est humanum & fallibile, etiam si fingamus esse à Pontifice Summo. Et hoc exemplo declaratur etiā quod antea dicebamus, absolutioem posse dari absolute nulla explicata conditione, quā- uis in re ipsa requiratur, neque illum esse fraudu- lentum absolutioem modum, sed prudenter & debetum: quando & conditio in ipsa re quasi ab in-

A trinseca natura includitur, & prudenter spectatiō meritis causæ supponi existimatur. Quin potius et- iam Deus ipse aliquid simpliciter promittit, quod postea in particulari non impletur: quia defuit ali- qua conditio, quæ licet non fuerit in promissione declarata, in re ipsa promissa intrinsece contineba- tur. Quid ergo mirum quod possit Pontifex abso- lutam remissionem dare seu effectum indulgentiæ simpliciter promittere, & nihilominus effectum non sequi ex defectu conditionis necessariæ ex in- trinseca ratione talis remissionis? In hoc tamen in- tercedit differentia quod, Pontifex decipi potest, existimando talem conditionem subsistere, quod in Deum cadere non potest: sed hoc etiam est in illo singulare, quod præuidens conditionem non esse implendam, nihilominus simpliciter promit- tit, quia rebus ipsis sermonem suum accommo- dat.

Dico tertio, Nihilominus vbi euidenter non cō- stiterit indulgentiam sine legitima causa esse con- cessam, contemnenda non est, nec minoris efficacię reputanda, quam verba sonent. In hoc etiam con- sentiunt citati auctores. Et ratio generalis est: quia superioris factum semper præsumendum est, legiti- mum, & validum: quod maxime verum habet in Summo Pontifice, non solum propter sanctitatem & prudentiam, quæ in eo esse creditur, sed etiam propter specialius Dei auxilium ad Ecclesiam gu- bernandam, etiam in practicis & particularibus. Propter quod dixit Gratianus de iudicio Summi Pō- tificis nemini licere disputare in §. *Qui autem*, 17. q. 4. vbi Gloss. aliqua iura congerit, & in cap. *Non nos*, 10. d. & in c. 1. 93. Item hac ratione præceptum Super- d. & in re dubia censetur legitimum, & sententia eius præsumitur iusta, quando non est euidenter in- iusta, nam illi etiam fauet illud principium, quod in dubiis meliorem conditio possidentis. Præterea de- claratur: quia vix contingere potest vt indulgentiæ concedantur sine vilo respectu ad causam piam: quia id fieri non potest nisi ex aperta malitia, aut i- gnorantia, non tantum facti, sed etiam iuris diuini: neutrum autem horum potest moraliter cadere in Pontificem, multo minus præsumi potest in par- ticulari, quando euidenter non constat. Hoc ergo satis est vt nulla indulgentia quantumcunque magna & excedens appareat, omnino contemnenda sit: quia, licet fortasse non integre valeat quoad totum effectum, semper valet quoad aliquem: nam ad hoc sufficit quæcunque causa pia, vt supra dictum est. Deinde difficile est priuato homini, quantumuis doctus sibi videatur, iudicare hanc concessioem indulgentiæ excedere proportionem causæ in hoc particulari facto: quia non potest ipse comprehen- dere totam causam quæ mouit Pontificem: vt ex dic- tis facile patet: quia nec opus iniunctum, nec causa expressa, est signum sufficiens: quia sæpe Pontifex aperit eam causam, quæ gratior & fauorabilior esse potest ei, in cuius fauorem, vel gratiam indulgentia conceditur, in animo autem suo retinet alias, quæ maioris momenti sunt. Tandem vt indulgentia sit integre valida, satis est quod secundum prædictum iudicium probabile, & humano modo prudens, sit causa proportionata, etiam si fortasse in re non sit talis: ergo, quantumvis priuata persona speculati- ue vere iudicet hanc causam non esse proportiona- ue huic tantæ indulgentiæ, nihilominus fieri pot- tuit vt Pontifex practice prudenter iudicauerit ta- lem indulgentiam esse concedendam, quod satis e- rit vt tota sit valida: ergo nunquam propter priua- tum iudicium speculatiuum potest indulgentia iu- dicari inefficax ad totum effectum consequen- dum.

Vltimo dico, quantumvis in aliquo particulari casu contingeret committi intolerabilem errorem & manifestum in quantitate vel in causa indulgentiæ, nun-

7 Vbi causa non constiterit, non est legitima, nisi indulgentia esse iusta causa est. 2. Concl. Gratian.

*continent in  
tolerabilem  
errorem non  
est publice  
spurnenda.  
V. l. Gene.*

Nunquam est publice spernenda, aut libere repre-  
henda. Hæc assertio magis ad prudentiam pertinet,  
quàm ad doctrinam. Probat tamen, tum quia omnino  
cauendum est ne cum hæreticis in verbis, aut factis,  
quæ Pontificiam auctoritatem imminuerentur, etiam  
apparenter conueniamus, præsertim publice: tum etiam  
quia populus Christianus regulariter nullam hinc adificationem  
accipit, sed potius scandalum: tum denique, quia hu-  
iusmodi zelus nec necessarius est, neque utilis. Ad-  
de, si qui interdum videntur esse excessus, regulariter  
oriri ex malitia, vel ignorantia eorum, per quos  
denunciantur indulgentiæ vel simplicium hominum  
qui illas suscipiunt, qui non satis intelligentes  
formam earum, vnicuique forte oratione putant plu-  
res indulgentias lucrari posse: in quibus casibus ad-  
hibendum est remedium primo ac præcipue à pas-  
toribus Ecclesiæ, malitiam & imperitiam, ministro-  
rum cohibentibus, vt in multis decretis pronissum  
est, ac tandem in Concil. Trid. sess. 21. cap. 9. & sess. 25.  
in fine. Deinde optimum consilium est docere gene-  
ratim veram de indulgentiis doctrinam, & nihilo-  
minus monere populum ad opera penitentiae, &  
quod ob nimiam fiduciam indulgentiarum illa non  
omitant: quia multis ex causis contingere potest,  
vt fructus earum non assequantur. Nunquam tamẽ  
existimo expedit, immo nec posse absque scanda-  
lo, & imprudentia fieri, vt aliqua indulgentia parti-  
cularis, quam constat esse à Pontifice concessam, pub-  
lice denuncietur esse nulla, aut superflua: quia id,  
moraliter loquendo, est inutile, & contra reueren-  
tiam Pontifici debitam, & ob alias rationes superius  
factas.

*Conc. Trid.*

Offerebat autem sese hic occasio dicendi de aliis  
formulis, quibus conceduntur alij fauores, qui cum  
indulgentia, & propter indulgentiam dari solent: &  
an in eis etiam verum habeat, quod tantum valent,  
quantum sonant: & specialiter tractari hic solet de  
Bulla seu clausula Compositionis. an in conscien-  
tia efficiat, quod videtur concedere, nimirum, com-  
mutare incerta debita pro minima quadam quan-  
titate debita, data in pium subsidium. Sed hæc res  
non spectat ad hunc locum: quia hæc priuilegia per  
accidens coniunguntur cum indulgentiis, per se ve-  
ro spectant ad proprias materias, vel de confessione,  
vel de Censuris, vel similibus, in quibus explicanda  
sunt, quamuis ex dictis in hac materia possint multa  
principia desumi. In speciali vero de illa composi-  
tione tractandum est in materia de Restitutione. In-  
terim videri potest Soto d. 21. quaest. 2. art. 4. & Cor-  
duba q. 4. 4. de Indulg.

DISPUTATIO LVII

*De duratione & reuocatione indulgentiarum.*



Hæc sola disputatio superest de hac  
materia, in qua illa duo tantum, que  
in titulo sunt proposita, explicanda  
sunt. Nam, quia indulgentia per ho-  
minis actionem fit, solumque potest  
habere effectum quamdiu durat, ideo explicare ne-  
cesse est, an semel concessa, semper maneat, & fru-  
ctuosa sit, vel quibus modis retinere possit, & amit-  
tere valorem suum.

SECTIO I.

*Vtrum indulgentia perpetua sit, vel cessare  
possit.*

1. Principio supponenda est distinctio superius da-  
ta de indulgentia obtinenda per aliquem, vel ipso  
facto: nam prior, vt dixi, potius est facultas dandi a-

licui indulgentiam, vel quod in idem redit, obti-  
nendi eam ab aliquo. De hac ergo nulla est difficul-  
tas: quia cum hæc indulgentia habeat vim cuiusdam  
delegationis, clarum est ex se non esse perpetuam,  
neque etiam illi repugnare vt semper duret, sed pen-  
dere à voluntate delegantis, & iuxta illius arbitrium  
durare. Imo simpliciter loquendo nulla potestas co-  
cedendi indulgentias est perpetua, nisi potestas Sum-  
mi Pontificis, quæ à tali dignitate inseparabilis est,  
quamuis possit separari à persona, si dignitati renū-  
ciet, aut ab illa propter hæresim manifestam cadat,  
si tamen id accidere potest. Quatenus vero hæc po-  
testas est in Episcopis, iure quidem ordinario perpe-  
tua etiam est, absolute vero non est perpetua, quia  
posset Pontifex aliud ius statuere, & dignitate prius  
prinare. Posset etiam aliquando relicto in re commu-  
ni, Episcopum aliquem priuare hac potestate, sicut  
per censuras priuantur Episcopi vsu illius, faciliusque  
& frequentius fit, vt persona, quæ habuit hanc po-  
testatem vt ordinariam, iam illa careat, quia Episco-  
patui renunciant. Multo ergo magis potestas hæc, si  
tantum sit delegata, non est ex se perpetua: quia abs-  
que alia causa ad nutum voluntatis delegantis au-  
ferri potest, cum tamen ordinaria potestas sine cau-  
sa tolli non possit, saltem licite. Similique modo illa  
facultas obtinendi indulgentiam ab aliquo pendet  
semper ex voluntate concedentis, quia delegatio  
quædam est. Hoc autem intelligendum est re non-  
dum facta: nam si absolutio iam data sit, amplius  
reuocari non potest. Quantum vero duret hæc fa-  
cultas, si non reuocatur, ex verbis priuilegij collig-  
endum est, & quoad hoc eadem est ratio de illa, &  
de alia indulgentia, quæ ipso facto comparatur, de  
qua dicendum iam superest.

*In du legens  
ab alio obti-  
nenda non  
est perpetua.*

*Nulla potes-  
tas conceden-  
di indulgenti-  
as, nisi  
Summi Pon-  
tificis est per-  
petua.*

Altera ergo indulgentia, quæ per aliquod optis  
obtinenda conceditur, in duplici statu considerari  
potest, vel antequam comparetur, vel post. Igitur  
quoad hoc secundum manifestum est, indulgen-  
tiam esse perpetuam & irreuocabilem, non solum  
ab homine, sed etiam ab ipso Deo, si semel illam  
acceperit, & effectum eius perfecit. Non tantum  
quia dona Dei sunt sine penitentia, sed etiam quia  
ablato semel reatu poenæ non potest iterum ab ex-  
trinseco fieri, vt supra in materia de Penitentia di-  
ctum est. Consideranda ergo est indulgentia in pri-  
ori statu, de qua vltius subdistingendum est.  
Nam aliquando conceditur ad certum tempus, a-  
liquando expresse in perpetuum, aliquando inde-  
finite nulla facta temporis, aut durationis men-  
tione.

*Indulgentia  
ipso facto, re-  
sua perfecta,  
irreuocabilis.*

Dico ergo primo, quando datur priori modo,  
non durare ultra præfixum tempus: quia indulgen-  
tia non plus valet, quam sonat, tam quoad duratio-  
nem, quam quoad reliqua, & in vniuersum nulla gra-  
tia, vel sententia excedit voluntatem superioris, ver-  
bis expressam. Quæri autem potest, an talis indul-  
gentia possit intra tale tempus reuocari. Respondeo  
si concedens habeat superiorem, non est dubium  
quin possit à superiore reuocari: quia nondum for-  
ta est effectum, & superior irritare potest quam-  
cunque facultatem ab inferiore datam. Adde et-  
iam, ab ipsomet concedente, verbi gratia, Ponti-  
fice Summo, reuocari posse: quia semper effectus  
pendet ex formali vel virtuali intentione eius, quæ  
nullo modo manet facta reuocatione, de qua re  
plura sequenti sectione. Et ex ibi dicendis etiam  
constabit, an possit hæc indulgentia alio modo ex-  
tingui intra illud tempus, etiam non facta reuoca-  
tione.

*Indulgentia  
ad certum  
tempus con-  
cessa, non du-  
rat ultra il-  
lud.  
An possit im-  
pra illud re-  
uocari.*

*Indulgentiam concessam vs perpetuam, semper  
durare, esse tamen semper obnoxiam  
reuocationi.*

Secund.

Secundo dicendum est, indulgentiam, quæ expressè conceditur vt perpetuo sit, ex vi concessionis semper durare, nihilominus tamen non esse ita perpetuam, quin auferri possit. Prior pars constat ex axiomate sepe repetito, *Indulgentia tantum valet, quantum sonant*: sed forma talis indulgentiæ sonat per perpetuitatem: ergo efficit illam, quantum est ex se. Idemque dicendum est quoties verba formæ æquivalentia sunt, quanuis non sint ita expressa, vt si indulgentia concedatur. *Vsq̄ ad beneplacitum huius Sedis*, reuera est perpetua, quia nullum habet præfixum terminum, nec conditio illa repugnat perpetuitati, quia nulla indulgentia est magis perpetua, quantumcunque enim perpetua dicatur, semper pendet ex beneplacito Sedis. An vero idem sit si in forma dicatur, *Vsq̄ ad beneplacitum nostrum*, dicam sectione sequente. Hinc vero facile probatur altera pars: quia, licet indulgentia expressè dicatur perpetua, semper reuocari potest ab ipso concedente, vel à superiore, vel etiam à successore, iuxta dicta in assertionem à superiori. Vnde hæc perpetuitas indulgentiæ est similis illi, quam in naturalibus habere potest effectus pendens in fieri, & in esse à sua causa: nam erit perpetuus, si ab illa perpetuo conseruetur, & nihilominus desinere poterit, si causa possit suspendere influxum suum. Dices, interdum concedit Pontifex priuilegium ita perpetuum, vt sit etiam irreuocabile: sæpe enim sub horum tenore verborum conceduntur priuilegia, de quibus ergo eodem modo erunt perpetua huiusmodi indulgentiæ. Respondetur, non esse nostri instituti nunc exponere quid operetur verbum illud *irreuocabile*, additum priuilegio Pontificio. Quidquid ergo de aliis sit, breuiter dico, in propria indulgentiæ concessione non solere addi similem exaggerationem, quod ego viderim: & fortasse ratio est: quia effectus indulgentiæ quo magis est internus & spiritualis, eo magis semper pendet ex voluntate Pastoris, vel etiam quia alia priuilegia possunt conferre ius aliquod & quasi dominium: nam versatur circa res alias, quæ donari possunt, & ideo non tam facile possunt reuocari sine noua causa. Indulgentia vero proprie non confert ius, sed facultatem quandam pendentem semper ex voluntate superioris. Quomodo autem hæc reuocatio fieri debeat quamve necessaria sit, dicetur melius sectione sequenti.

Quid significet verbum irreuocabile in dolo Pontificio.

*Indulgentia absolute concessa sine limitatione intelligitur esse perpetua.*

Varia indulgentiarum limitationes.

Vltimo dicendum est indulgentiam concessam sine limitatione temporis formali vel virtuali ex vi verborum esse perpetuam, dummodo per elausulam generalem non sit facta limitatio. Explico, & probo singula. Dixi enim, *sine limitatione formali vel virtuali*: quia multis modis potest indulgentia habere limitatum tempus, etiam si expressè non præscribat numerum dierum, vel annorum: nam illa, quæ datur ad vnum tantum actum, limitatur saltè ad tempus in quo finitur talis actus, quod si præscriperit tempus intra quod ille actus perficiendus est, erit expressè limitata. Item, quæ conceditur vt obtineri possit semel, aut bis in vita, saltem habet determinatum tempus vitæ, & hoc modo omnis indulgentia personalis potest dici limitata, quanuis proprio nomine *virtuali*, dici possit. Indulgentiæ vero locales magis stabiles sunt: quia loca durabiliora sunt: Quia vero etiam loca ipsa deficere possunt, vt templa, &c. quoad hoc videntur etiam habere tempus limitatum, de quo dicemus latius sectione sequente. Maxime vero carent limitatione temporis illæ, quæ conceduntur religionibus, alijsve com-

munitatibus, aut familiis, quæ cõcessione continua perseuerant. In omnibus autem prædictis indulgentiis habet locum conclusio posita respectu eius, cuius intuitu simpliciter conceditur, seruata proportionem ad illius rei permanentiam. Sic ergo declarata assertio communis est Theologorum distinct. 20. vbi specialiter Paludanus quæstione quarta, numero 24. & sumitur ex Diuo Thoma quæstione prima art. 3. quæst. 3. ad quartum, & ex Syluestro verb. *Indulgentia*, num. 16. vbi refert Innocentium Landulphum, & alios, & idem tenet Angelus ibi, & alij Summistæ. Et ratio est, quia in tali indulgentia non ponitur temporis limitatio, ergo neque à nobis, vel ab aliquo infra concedentem addi potest: ergo vel nunquam esse valida, quod dici non potest, vel sine limitatione temporis valet, quod est esse perpetuam. Prior consequentia patet, tum quia indulgentia quoad hoc potius amplianda, quam restringenda est: tum etiam: quia nullus inferior potest voluntatem superioris limitare, neque aliquis potest certa aliqua ratione definitum terminum assignare. Addidi vero, *dummodo limitatio non sit facta per aliquam legem*, propter regulas Cancellariæ supra citatas, & si quæ sunt aliæ similes: nam postquam Apostolica sedes sua verba declarauit, ac limitauit, idque pro lege, ac regula statuit, semper in eo sensu loquitur, si absque alia speciali declaratione loquatur.

Palud. D. Thom. Syluest. Angl.

*An possit aliquis sepius lucrari indulgentiam indefinite concessam visitanti tali die Ecclesiæ, sæpe illam visitando.*

Sed obicit potest: nam sequitur ex assertionem, quando indefinite conceditur indulgentia certa visitantibus talem locum pium, posse aliquem sepius lucrari indulgentiam illam, iterum atque iterum Ecclesiam illam visitando, est enim eadem similitudo rationis: quia si tempus indefinite positum, censetur esse perenne, etiam visitatio indefinite posita erit perennis, vt per illam semper indulgentia obtineri possit. Consequens autem videtur absurdum, alias quando conceditur indulgentia visitanti Ecclesiam infra octauam dedicationis, aut festi Titularis eius, pluries possit illam lucrari, scilicet, visitando pluries intra illos dies illam Ecclesiam, quod est contra communem vsum talium indulgentiarum. Est tamen eadem proportio huius indulgentiæ ad illos octo dies, quæ est alterius ad tempus indefinite sumptum. Ad hanc obiectionem, respondendo formaliter ad vim illationis, possit negari prior sequela: quia tempus est vnum continuum, quod nunquam finitur, & ideo indefinite sumptum, totum in rigore comprehenditur: visitatio autem Ecclesiæ vna actione perficitur, quæ potest sufficienter explere formam indulgentiæ, quæ propter visitationem conceditur: & ideo ex vi illorum verborum nõ videtur necessario sequi, propter plures visitationes plures indulgentias concedi eidem personæ.

Solutio.

Nihilominus de re ipsa respondendo, Doctores communiter concedunt illud primum consequens, vt D. Thom. loco proxime citato, & Felin. tract. de Indulg. n. 37. vbi alios plures refert, & consentiant ceteri Theologi, & Summistæ, & ita habet communis consuetudo, & intelligentia huiusmodi indulgentiarum, quæ pijs locis absolute, & sine vlla temporis determinatione conceduntur. Angelus etiã verb. *Indulgentia*, n. 4. & Rosella, n. 12. in causa lecturæ illationis concedunt indulgentiam illam toties obtineri posse, quoties factus fuerit repetitus. Sed reuera id videtur esse contra consuetudinem, &

D. Thom. Felin.

Angl. Rosell.

Con-

contra intentionem concedentis, ac propterea reli-  
qui Doctores negant secundam sequelam. Ratio ve-  
ro discriminis est: quia quando indulgentia conce-  
ditur visitantibus locum pium sine differentia tem-  
poris, non est verisimile concedi unicuique homini  
pro vna tantum vice in vita sua: quia neque verba  
id sonant, essetque nimia restrictio: & ideo nun-  
quam talia verba secundum communem usum in eo  
sensu accipiuntur. Si autem in prima vice non ex-  
tinguitur vniuscuiusque facultas, eadem ratione  
neque in secunda, neque in tertia: neque etiam pos-  
semus limitare illam vt semel in anno, vel in mense,  
vel hebdomada concedatur: quia omnis limitatio  
huiusmodi voluntaria est. Solum posset appa-  
reter limitari ad singulos dies, vt sentit Palud. su-  
pra, & sequitur Cordub. quest. 33 quia & locutio i-  
psa iuxta communem usum optime admittit illam  
determinationem, & videtur necessaria vt indul-  
gentia sit prudenti, & rationabili modo concessa:  
quia alias posset quis ingrediendo & egrediendo,  
millies lucrari illam indulgentiam, quod non solum  
superfluum, sed etiam irrisorium videtur. Na-  
uarrus autem in Comment. de Indulgentiis notab.  
31. num. 37. sequens Felinum, ait, etiam eodem die  
posse talem indulgentiam aliquoties, obtineri, quo-  
ties nimirum, aliquis prudenter ac religiose ad Ec-  
clesiam ad audienda diuina officia, vel verbum Dei,  
vel etiam ad orandum statutis temporibus. Sed in  
hoc nihil potest esse certum: quia pendet ex inten-  
tione concedentis. Est autem hæc pia interpretatio,  
quæ prodesset potest, & non nocere. At vero  
quando indulgentia datur ad definitum diem, vel  
paucos dies, pro vna tantum vice dari censetur: nam  
propterea pro tempore adeo limitatio præscribitur.

Neque hæc est communis etiam consuetudo, &  
intelligentia talium indulgentiarum: scilicet, vnam  
tantum indulgentiam pro vno actu visitandi, vel  
venerandi concedi: quia tamen pro toto populo  
necessarium est aliquod tempus sufficiens, ideo de-  
signari, vel vnum diem festiuium, qui à vesperis in-  
cipit: vel interdum totam octauam ob aliquam  
maiores solemnitate. Addit vero Corduba, usu  
iam receptum esse, vt quando indulgentia pro tota  
octaua conceditur, singulis diebus octauæ semel ab  
omnibus lucrari possit, de quo vltimè hi non con-  
stat: eritque semper rescriptum seu Bulla consulen-  
da: nam Prælati intentione, ex verbis facultatis eius  
colligenda est, nisi res esset valde antiqua: nam  
tunc consuetudo ipsa esset iudicium, concessionis,  
& intentionis Prælati, vt in superioribus dictum  
est.

SECTIO II.

Quibus modis possit indulgentia cessare.

**H**Æc questio maxime proponitur de indulgen-  
tia, quæ non conceditur pro tempore definito:  
nam quæ huiusmodi est, elapso tempore finitur, &  
intra illud tempus eadem ratio de illa est, quæ de  
indulgentia perpetua. Idemque iudicium est de in-  
dulgentia, quæ pro vna tantum vice, vel pro defini-  
to numero actuum conceditur: nam illis finitis,  
eo ipso extinguitur: alias durat pro eo tempore,  
pro quo concessa est, donec elabatur: intra illud ve-  
ro solis his modis desinere potest, quibus perpetua.  
Ex tribus autem capitibus, potest intelligi indul-  
gentia extingui, scilicet, ex parte concedentis, ex  
parte eius cui, & in cuius gratiam concessa est, & ex  
parte causæ propter quam fuit concessa: sunt enim  
hæc tria ad indulgentiæ valorem & effectum neces-  
saria, ita ab eis pendere videtur indulgentia, & con-

sequenter ratione omnium illorum posse desinere,  
Quod an sit verum, & quomodo, discutendo per  
singula videndum est.

An indulgentia expiret per mortem con-  
cedentis.

**P**rimo ergo videtur, indulgentiam desinere per  
mortem concedentis, quia pendet ex eius in-  
tentione & voluntate, vt sæpe diximus. Item quia  
effectus non potest fieri sine efficiente causa: sed cau-  
sa indulgentiæ, est is, qui illam concessit: ergo illa  
deficiente, non potest indulgentia illa habere effe-  
ctum, ergo eo ipso fit inutilis, atque adeo nulla. Item  
aliæ facultates extinguuntur per mortem con-  
cedentis, vt facultas eligendi confessorum, & similes:  
ergo similiter, &c. Nihilominus certa & commu-  
nis sententia est, indulgentiam non extingui per so-  
lam mortem concedentis, nisi in ipsamet concessio-  
ne his terminus illi præfigatur. Ita tenet Palud. d. 20.  
q. 4. art. 1. Syluest. verb. Indulgentia, n. 16. Ang. nu. 7. in  
c. Quod translationes, de off. Legati. & Nau. Comm.  
de Indulg. notab. 31. num. 26. vbi plures alios refert.  
Probatur, quia gratia non expirat per mortem con-  
cedentis, vt late dictum est in materia de Pœnitentia  
tractando de facultate eligendi confessorum, & ha-  
betur expresse in decisionibus antiquis Rotæ in 9.  
de Electione, & 87. de Rescriptis, sumiturque ex c. Si  
super gratia, de off. deleg. in 6. & ex reg. Decet, in 6. quæ  
sic habet, Decet concessum à Principe beneficium esse man-  
surum. Quod autem indulgentia sit gratia, manife-  
stum est, non ergo expirat per mortem concedentis.  
Dixi autem, nisi in concessione ipsa hoc limitetur,  
quia constat hoc positum esse in voluntate con-  
cedentis: intelligitur autem talis limitatio posita,  
non solum per verba omnino expressa, sed per  
hæc, vt que ad beneplacitum nostrum, vt dicto loco terti-  
gi.

Neque obstant coniecturæ in contrarium, quia  
ad effectum indulgentiæ sufficit voluntas præce-  
dens non retractata, nam moraliter manet, ideo  
etiam sufficit ad efficiendum effectum, qui moralis  
est: & moralitè modo fit, solumq; fit à concedente in-  
dulgentiæ ministerialiter, nam Deus est qui princi-  
paliter remittit. Accedit etiam, quod dum successor  
non reuocat indulgentiam, eam approbare, & con-  
cedere videtur. Neque est verum exemplum, quod  
in contrarium adducitur, quantum etiam non sit om-  
nino simile, quia facultas eligendi confessorum  
non tantum est gratia, sed est delegatio iurisdictio-  
nis, de qua est maior difficultas. Ex illo tamen exem-  
plo obiter colligo, non tantum indulgentiam illam,  
quæ ipso facto obtinenda conceditur, sed etiam  
illam, quæ per confessorum danda est, non expirare  
per mortem concedentis, etiam si res nondum in-  
choata sit, & in illa indulgentia includitur delega-  
tio iurisdictiois, quia etiam hæc delegatio est ali-  
quo modo in foro pœnitentia, vel (vt sic dicam)  
in foro omnino liberali & gratuito, & idcirco imi-  
tatur gratiam, & non odium, vel delegationem fori  
contentiosæ, quæ expirat per mortem concedentis,  
si negotium inchoatum non sit.

Querret aliquis, an hoc sit verum de omni in-  
dulgentia, etiam Pontificia non sit. Respondeo, hoc  
pendere ex modo prestatis inferioribus concessis:  
cum enim in eis sit ex concessione Pontificis, ex eius  
intentione potuit limitari, vel extendi ad indulgen-  
tias perpetuas. Loquendo autem secundum ordi-  
nariū ius, & communem usum, dicendum est, in-  
dulgentiam concessam ab eo, qui habet potestatem or-  
dinariam concedendi illam, durare etiam post mor-  
tem concedentis. Probatur inductione: quia de E-  
piscopis est communis sententia, vt patet ex Paluda-  
no, Syluestro, & aliis supra, & constat ex usu, & quæ  
eorum

Ratio dubia  
Vera respo-  
lunio  
Paludani  
Syluest.  
Angel.  
Innoc.  
Nauar.

Satisfit ra-  
tionibus cũ  
eratis.

Corollariū

An precedat  
conclusio in  
indulgentiis  
non Pontifici-  
cis.

Ex tribus ca-  
pitibus po-  
test extingui  
indulg.

eorum potestas non limitatur in iure nisi ad tantam quantitatem, non vero quoad durationem: nec est vlla ratio que nos illam addamus. Et vsus idem confirmat. De Legato etiam Pontificis idem docent omnes, ob eandem rationes, vel à fortiori: quia censetur habere maiorem potestatem: item argumto c. vii. de Officio Legati, vbi dicitur, statutum Legati non cessare per mortem illius. Vbi Glossa idē dicit esse de indulgentia, quia non magis limitatur hæc potestas, quā illa. Ratio autem generalis esse potest: quia potestas ordinaria censetur concedi simpliciter & iuxta rei naturam, nisi expresse limitetur. At vero potestas delegata magis arbitraria est, & ideo non potest de illa statui regula adeo certa, sed solū pendere ex voluntate concedentis: & ita iuxta modum B delegationis iudicandū esse. Nihilominus si absolute datur ad concedendā talē, vel talē indulgentiam; credo etiā illam durare post mortē concedētis: quia si indulgentia non limitatur ad hoc, vt pendeat ex vita concedētis, ex se non habet talem dependentiam nec est cur dicamus cum illa limitatione concedi: & reliquæ rationes factæ cum proportione procedunt.

De secundo modo quo indulgentia potest cessare.

Secundo modo potest desinere indulgentia per reuocationem eius, qui illam concessit, vel successoris, qui moraliter idem cum ipso censetur, vel Superioris à fortiori. Et hic modus est certissim⁹, & in eo conueniunt auctores citati, & Geminianus cū aliis in cap. i. de Concess. præbendæ in 6 colligitur; ex vsu frequenti Ecclesiæ, qui etiam in iure habetur, vt sumi potest ex Extrauag. Quædam modū, de Pœnit. & remiss. & in Clem. Dudum, § Nos autem, de Sepulchris, & quotidie fit in grans beneficiis, & aliis similibus. Ratio vero iam est supra data. Quæri verò potest, an hæc reuocatio requirat causam, vel fieri possit ad nutum concedētis. In quo videtur certum, vt valida sit, sufficere voluntatem concedentis, etiam si absq; alia causa, vel necessitate fiat: quia res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Hæc autem gratia sola voluntate concedentis facta est, neque ex diuino iure, aut aliunde habet immobilitatem, imo effectus eius semper pendet ex intentione largientis, saltem per voluntatem moraliter durantem, seu retractatā. Confirmatur, quia reuocatio legis positivæ facta tenet, etiam si absque causa fiat.

Hoc autem posito inquiri potest, an possit etiam licite reuocari sine causa. Aliqui enim negant, quia donatio, aut beneficium semel factum non potest absque causa reuocari rationabiliter, nam & indicat animi leuitatem, & non fit sine aliquo grauamine alterius. Aliis autem videtur nullam esse necessariā causam, vt hoc licite fiat. Quod verius videtur, quia à principio hoc fuit beneficium gratuitum, quod tunc posset absque alia causa licite negari: ergo potest etiam postea licite reuocari sine causa, quia hoc nihil aliud est quam non conseruari, vel non dari pro tempore futuro, etiam si pro præterito datum fuerit. Item, qui concessit indulgentiam non se obligauit ad illam conseruandam: ergo tam libere potest non conseruare, sicut potuit non dare. Præterea quia per concessionem indulgentiæ perpetuè nullum ius acquiritur illi, cui conceditur, sed semper manet in ratione cuiusdam gratiæ pendētis ex voluntate concedentis: & ideo nulla fit alteri iniuria neque imponitur ei grauamen contra iusticiam, vel aliam virtutem, etiam si hoc fauore priuatur ex sola voluntate, absq; alia causa. Cum autem causam excludimus, non auferimus finem aliquem honestum, qualis necessarius est ad honestatem cuiuscunque actionis humanæ ex obiecto indifferētis:

sed solum asserimus non esse necessariam specialem causam, quæ honestet hunc actum.

Hoc autem intelligitur per se loquendo: quia ab extrinseco & per accidens potest hæc reuocatio esse illicita, si absque causa fiat. Primo si possit scandalum generare, vt verbi gratia, quia est signum alicuius odij: secundo, si concedens promittit se non reuocaturum: nam promissio illa honesta est in consensu: quod saltem sine causa non fieri reuocatio: obligat ergo saltem ex fidelitate quadam: obligat autem tantum ipsum promittentem, non vero successorē: quia personalis est actio. Tertio si talis indulgentia creditur esse valde fructuosa animabus nullumq; nocumentum asserre: nam tunc profectio alienum esset à charitate pastoris illam sine causa reuocare, quando vtrumque illorum experimento compertum esset. In quo est differentia inter conuersionem, seu non reuocationem, & primam indulgentiæ concessionem: quia ante primam concessionem tantum potest esse spes fructus de futuro, quæ magis incerta est. Quarto potest excogitari casus in quo vsus indulgentiæ fit iam inchoatus, & ideo videatur esse aliquo modo ius acquisitum, vt non possit sine magna causa reuocari. Vt verbi gratia, si iubilæus conceditur, & quis ieiunauerit, elemosynam fecerit, confessus fuerit, vel cepit illa opera facere, hoc ipso videtur acquisisse ius, vnde reuocetur gratia iubilæi priusquam illa opera perficiat, & indulgentiam consequatur. Eo etiam, in illo casu non fit proprium ius acquisitum: tamen ex quadam fidelitate, & tacita promissione profectio esset illicitum huiusmodi hominem tali indulgentia defraudare, nisi vrgens causa cogeret ad vniuersalem eius reuocationem.

Rursus vero inquiri potest, an indulgentia extinguatur statim ac reuocatio fit Romæ, verbi gratia, Responso communis est non auferri donec reuocatio perueniat ad noticiam eorum qui indulgentiæ gaudebant. Ita Nauarr. & Corduba supra, qui citant Dominicum cum aliis in ca. i. de Concessione præbendæ lib. 6. Syluest. & alios Summistas verb. Nauarr. Gratia, idemq; habet Syluest. verb. Indulgentia, n. 17. Cordub. Quorum fundamentum est, quia hæc est intentio Pontificis, quam solum probant ex communi interpretatione Doctorum. Ratio autem huius interpretationis esse potest, quia intentio Pontificis præsumenda est prudens & cordata: huiusmodi autem est illa, scilicet, vt reuocatio non noceret priusquam de illa constet, alioqui facerent multi fideles opera requisita ad indulgentiam, & fraudarentur spe illius absque culpa sua: quod credibile non est esse intentum à Pontifice. Accedit, quod sicut indulgentia ample interpretanda est quoad voluntatem concedentis, ita è contrario reuocatio restringenda est.

Duobus autem modis potest intelligi hæc sententia. Primo quod reuocatio non habeat effectum donec sit sufficienter promulgata, ita vt, per se loquendo, peruenire potuerit ad noticiam Ecclesiæ, vel Prouinciæ, in qua, vel pro qua fit. Et in hoc sensu est hæc sententia maxime consentanea rationi, & praxi Ecclesiæ. Alius vero sensus est, vt nulli personæ in particulari noceat illa reuocatio, donec illi sufficienter constet de tali reuocatione. Et in hoc sensu videtur affirmari dicta sententia à prædictis auctoribus, quia non agunt de promulgatione, sed de notitia & scientia: & exempla, quæ adducunt, ad hoc tendunt. Et sane cupio esse veram sententiam, quia valde fauorabilis est: eritq; vera, si hæc sit voluntas Pontificum: vnde autem hæc voluntas colligatur, non satis apparet, nam leges etiam irritantes post sufficientem promulgationem habent suum effectum, in personis etiam quæ iniuriabiles illas ignorant, cum tamē maiora in eisdem modis possint sequi, quam ex reuocatione indulgentiarum.

Geminia.

Re. utat no hæc reuocatio causam.

Cordub. q. 36. ubi re. fert alios, qui hoc non dicunt.

Pars affirmans præfertur.

Per actum postre-

Avindul. effu. suam ac reuocatio fit.

Communis sententia. Nauarr. Domin. Syluest.

Prior sensus communis sentent.

Posterior sensus.

hic

hic enim fere nullum est, nam solum sequitur quaedam materialis deceptio inducens ad bonos actus, per se vitios. Supponendo autem communem sententiam piam & probabilem, cōfeso iuxta eam (quod ad praxim multum refert) si quis bona fide confessus esset reservata peccata in virtute talis indulgentiæ concessi in ordine ad talem indulgentiam, cuius reuocationem inuincibiliter ignorat, talem confessionem esse validam, & illum hominem sic absolutum etiā à Censuris, liberum manere etiam ab onere comparandi, & verisimiliter creditur, hanc esse mentem Pontificis, quia aliud esset, & periculosum, & valde onerosum.

<sup>70</sup> Dubitari autem hic potest, an possit Pontifex per solum actum interiore contrariæ voluntatis reuocare indulgentiam. Videtur enim non posse, quia oppositorum eadem est ratio: non potest autem cōcedere indulgentiam per solum interiore actum, ergo nec reuocare. Contrarium nihilominus verum est, & commune, quia efficacia indulgentiæ pender ex voluntate concedentis, vt sæpe dictum est. Item, quia licet exterius concedat sine intentione interiori, nihil facit: ergo licet contineat (vt sic dicā) externam confessionem, si intentionem mutet, iam nihil facit. Et ideo non est simile de confessione, nam ad hanc verumque requiritur, scilicet voluntas, & interior actus: & ideo quolibet horum sublato, auferitur, quia facilius est destruiere, quam construere, & quia bonum ex integra causa: malum ex quocūque defectu. Qualiter autem peccaret Pontifex qui hoc faceret, nam esset grauis illusio & deceptio Ecclesiæ. Et ideo nunquam id Pontifices faciunt sine expressa reuocatione externā, siue per specialia, siue per generalia verba, quæ tamen sufficiant ad voluntatē explicandam. Neque etiam volunt habere effectum saltem vsq̄ ad sufficientem promulgationem, quia oppositum esset nimis durum. Expectare vero in singulis actum notitiam ad hunc effectum, nō est tam necessarium ad prudentem reuocationem; est tamen piam & favorabile. Atque hæc omnia, quæ de reuocatione sunt dicta, intelligenda etiam sunt de suspensione: vt idem Doctores asserunt, quia est veluti quædam reuocatio ad tempus facta, quo elapso indulgentia restituitur.

*De tertio modo quo indulgentia cessare potest.*

<sup>71</sup> Tertius modus quo indulgentia tollitur, est per destructionem rei, pro qua indulgentia est concessa. Ita Palud. Syluest. Nauarr. Cordub. & omnes. Ratio est: quia destructis nobis, destruentur ea, quæ sunt in nobis, indulgentia autem est veluti quoddam morale accidens ad hærens ei, cui conceditur. Vt tamen hoc magis explicetur, aduertenda est distinctio supra data de indulgentia personali, & locali. In priori ergo est res manifesta, si indulgentia sit propria personæ, quæ vitalis potius, quam perpetua dici potest. Si autem sit indulgentia communitatis, in illa semper manet indulgentia, quamuis deficiente particulari persona, desinat esse quoad illam, nā si quis possit illam lucrari pro membro iam defuncto, id est ex alio titulo, scilicet, quia reliquis viuētibz etiam pro mortuis concessa est. Oportet autem aduertere, aliud esse loqui de persona, cui Pontifex facit gratiam indulgentiæ, id est, qui à Pontifice illam impetrat: aliud vero de iis, pro quibus indulgentia conceditur, scilicet, vt eam lucrētur, si hoc vel illud fecerint. Nam personalis indulgentia extinguitur cum persona, quæ lucratura est suo opere indulgentiam, non vero, cum impetrante illam nisi talis terminus in ipsa concessione præfigatur, quia alias indulgentia per se non pender à tali persona. At vero de indulgentia locali omnes concedunt extingui

Fr. Suarez. tom. 4.

<sup>72</sup> A destructo loco: quia, licet non proprie ipsi loco concedatur, sed hominibus, qui eam lucraturi sunt, tamen, quia eam non possunt lucrari in tali loco, in cuius gratiam, concessa est, ideo, destructo loco, tollitur potestas lucrandi indulgentiam. Et declaratur à simili; nam indulgentia concessa vt tali tempore obtineatur, transacto tempore extinguitur quia iam non existit illa mensura durationis pro qua concessa fuit. Similiter ergo destructo loco perit indulgentia, quia tollitur locus, pro quo solo concessa fuerat. Hic vero occurrebant dubitationes, quæ tam oporteat esse talem destructionem, & quid dicendum sit si templum reedificetur. Sed hæ tractadæ late à nobis sunt in materia de interdicto, vbi sunt magis propriæ.

*De Quarto modo cessationis indulgentiæ.*

<sup>73</sup> Quartus modus addi solet, quod vna indulgentia destruat internum per aduentum alterius, quando ambæ simul in eodem existere non possunt: vt v. g. si in die dedicationis alicuius ecclesiæ Episcopus concessit vnum annum indulgentiæ, & superueniens Archiepiscopus similem concedat indulgentiam, hæc posterior valebit, & prior extinguetur. Ita Cordub. qu. 36. in fine. Sed non placet hic dicendi modus: existimo enim nunquam indulgentiam hoc modo tolli, sed potius posteriorē irritam esse, loquendo ex iure communi, seu ex vi ipsarum indulgentiarum. Nam si concedens nolit dare vnā, nisi reuocando priorem, iam hic modus periret: nebit ad secundum prius positum. Declaratur ergo & probatur nostra sententia, nam in primis hoc nō habet locū in indulgentiis personabilibus, quia nunquam sunt incompatibiles in eadem persona plures indulgentiæ, nec scio de hac re esse aliquod ius statutum. De localibus autem est regula 57. Cancellariæ duas indulgentias esse incompatibiles in eodem loco, si nulla facta fuit mentio prioris in impetratione posterioris: tunc autem non excludit posterior priorē, sed potius posterior est nulla, eo quod per subreptionem impetrata censetur. Sic ergo in prædicto exemplo, quando Archiepiscopus concedit annum indulgentiæ factā iam concessione ab Episcopo, cessat posterior concessio esse nullam, quia est vltra terminos iuris, & quia iam ibi factū erat quantum fieri poterat, & locus ille est incapax (vt sic dicam) plurium indulgentiarum ex vi iuris, neque Archiepiscopus tantam habet potestatem, vt possit reuocare indulgentiam datam ab Episcopo: nullum enim ius talem facultatē illi tribuit: sicut neq̄e contrario si Archiepiscopus præueniat, poterit Episcopus illius indulgentiam tollere, & suam introumittere, quia non habet etiam in hoc superiore facultatem: videtur ergo esse hoc ius præuenientis. Nunquam ergo potest fingi casus, in quo vna indulgentia aliam expellat.

*De Quinto cessationis modo.*

<sup>74</sup> Quintus modus extinguendi indulgentiam excogitari potest per renunciationem eius; nam vnusquisque potest proprio priuilegio, quatenus ad ipsum spectat, renunciare, iuxta eā p. Nuper, & communem sententiam Doctorum ibi. de Decimis: indulgentia autem est veluti quoddam priuilegium ergo. Sed hic etiam modus nunquam moraliter cōtingere potest. Etenim cū in indulgentiis exerceatur iurisdictio voluntaria, poterit quis libere renunciare vsui illarum, tamen per suam renunciationem nō potest voluntatem concedentis mutare, aut irritare, & ideo quoties ipse voluerit mutare voluntatē suam, poterit tali indulgentia vt. Indulgentia ergo

Rrr

ipsa

ipsa extincta non fuit, quia facultas lucrandi illam semper manet. Neque est simile de aliis privilegiis, quae conferunt aliquod ius, cui homo renunciare potest, qua renuntiatione acceptata, statim tali iure priuatur: per indulgentias autem, ut dixi nullum acquiritur ius, sed consistunt semper in liberali beneficio concedentis. Quod si quis fortasse fingat, eum, qui indulgentiam concessit, acceptare renuntiationem, id potius esse indulgentiam reuocare quasi in poenam eius, qui illam lucrari noluit. Et simili modo, si fingamus superiorem concedere posteriorem indulgentiam sub conditione, ut renuncietur priori, illud etiam virtualiter esset vnam reuocare dando aliam, vel solum velle alterutram concedere ad liberam electionem recipientis.

*De sexto cessationis modo.*

**S**extus & vltimus modus cessandi indulgentiam cogitari potest, per cessationem causae, propter quam concessa est: tum quia, cessante causa, cessat effectus: tum etiam, quia indulgentia concessa sine causa est nulla: ergo etiam fit nulla, cessante causa, quia nunquam haec liberalis remissio potest fieri sine causa: fieret autem sine vlla causa, si post illam ablatam indulgentia operaretur. Denique declaratur à simili, quia tributum propter causam impositum cessat, cessante causa. Nihilominus etiam hunc modum praetermittunt auctores, & merito, quia ex solo hoc capite nunquam definit indulgentia. Quod patet, quia non est necesse ut causa tantum duret, quantum durat indulgentia: nam propter causam

**A** temporalem potest concedi indulgentia perpetua: Igitur à principio consideranda est causa indulgentiae: nam, si illa fuit sufficiens ad tantam indulgentiam pro tali tempore concedendam, etiam si illa transeat, indulgentia durabit, ut v.g. dedicatio Ecclesiae, quae vno die fit, est sufficiens causa ut concedatur indulgentia vnius anni, & respectu Pontificis posset esse sufficiens ad indulgentiam perpetuam, praesertim si aliae causae concurrant. Non est ergo haec talis causa, à qua pendeat effectus in fieri: & conseruari, sicut esse solet in aliquibus tributis, de quibus proinde alia ratio est. Verum est tamen, ex hac causa semper relinqui aliquem effectum, vel saltem aliquem respectum moralem ad illam, ratione cuius talis duratio indulgentiae nunquam est sine sufficienti causa morali. At vero si à principio causa non sit sufficiens ad concedendam perpetuam indulgentiam, sed solum pro tanto tempore, tunc quidem etiam si perpetua concedatur, non est in totum valida, sed solum pro tempore proportionato causae. Sicut enim in alia quantitate indulgentiae seruanda est proportio ad causam, ita etiam in duratione. Et ideo transacto illo proportionato tempore, cessabit indulgentia apud Deum, non quia cessauit causa: fieri enim potest ut antea iam cessauerit, sed quia à principio concessio non fuit valida, nisi pro tali tempore. Relinquitur ergo ut indulgentia solum per reuocationem, vel destructionem rei, cui annexa est, possit extinguí. Atque haec de hac materia, & de toto hoc opere, ad laudem Omnipotentis Dei, dixisse sufficiat.

F I N I S.



RERVM